Audi iſrael ⁊ obſerua vt facias que precepit tibi deus vt bene ſit tibi. Deu.vj. Spũſſanctus ꝑ organũ illud ſingulare moyſen loquens his verbis. Circa diuina precepta tria tangit principaliter. Primo nãq̃ oſtendit ꝙ audienda ſunt hilariter cum dicit. Audi iſrl': hoc ipm̃ in eodeꝫ li.frequẽter ingeminans. Nimirũ cuꝫ p̄cepta naturã lapſam releuent curando vulnus peccati merito chriſti mentẽ quoq̃ rõnalẽ ad vite ꝑfectiõnẽ eleuent: ⁊ de vita btã certificent. Scđo tangit ꝙ ſunt retinẽda memoraliter cũ addit Et obſerua. Uñ ꝓſequit̃. Erũtq̃ verba hec que ego p̄cipio tibi hodie in corde tuo ⁊ narrabis ea filijs tuis ⁊ meditaberis ſedens in domo tua ⁊ ambulans in itinere dormiens atq̃ conſurgens: nec ſolũ corde ſed etiã opere ſunt ꝑficienda. Uñ ſubdit. Et ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua: erũtq̃ ⁊ mouebunt̃ int' oculos tuos: ſcribeſq̃ ea in limine ⁊ oſtijs domus tue. In themate quoq̃ cauſam hoꝝ adiungit dicẽs. Ut facias q̄ precepit tibi dñs Tertio oſtendit ꝙ obſeruata precepta a deo ſunt p̄mianda eternaliter cum ſubinfert ⁊ bene ſit tibi. Audi igitur iſrael ⁊c̃.

A Ad euidentiã aũt huius thematis p̄io queri põt: vtrũ om̃es hoĩes erant obligati ad obſeruantiã p̄ceptoruꝫ legis veteris. ꝓſertim cũ dr̃ Deut̃.xxvij. Maledictus qui nõ permanet in ſermonibꝫ legis huius: nec eos ꝑficit ope. Nimirũ quicũq̃ ſubijcitur alicui regi neceſſario ſequit̃ ꝙ ſubdat̃ etiã illius legi: ſꝫ lex vetus data eſt a deo q̇ eſt rex omnis terre: vt dr̃ in pſ̄. Ad hoc rñdet doc.ſanctus p̄ma ſcđe.q.xvj. ꝙ lex vetus manifeſtabat p̄cepta legis nature ⁊ ſupaddebat quedã ꝓpria p̄cepta. Quantũ igit̃ ad illa q̄ lex vetus cõtinebat đ lege nature omnes tenebant̃ ad obſeruantiã veteris legis: nõ qꝛ erant de veteri lege: ſed quia erãt đ lege nature q̄ lex ſcripta eſt naturalr' in cordibꝫ hoĩm ⁊ manifeſtabat̃ deo dilectis inſtructiõe angeloꝝ. Dicit enim Diony.iiij.c.cel'.hierar. ꝙ multi gentilium ꝑ angelos ſunt reducti in deũ: ſicut Job ⁊ ſimiles qui legẽ nature ꝑfectiſſime obſeruabant. Unde apl's Ro.ij.dicit ꝙ gentes q̄ legẽ non habent naturalr' ea q̄ legis ſunt faciunt: ſed quantũ ad illa q̄ lex vetus ſupaddebat nulli tenebant̃ niſi ppl's iudeoꝝ: cuius rõ eſt: quia data tm̃ fuit pplo iudeoꝝ vt quandã p̄rogatiuã ſanctitatis obtineret ꝓpter reuerentiam chriſti qui ex illo populo naſciturꝰ erat. Quecunq̃ vero ſtatuunt̃ ad ſpecialeꝫ aliquorum ſanctificationẽ non obligãt niſi illos: ſicut ad quedam obligantur clerici qui diuino mancipant̃ miniſterio: ad q̄ laici non obligantur: ſimiliter religioſi ex ſua profeſſiõe obligantur ad que ſeculares non obligant̃. Unde iudei quadã ꝓfeſſione vtebant̃: vt patꝫ Deu.xxvj. Profiteor hodie coram dño ⁊c. Sic etiã rex aliquãdo quedã inſtituit ſuis miniſtris familiaribus ad que ceteri non obligantur.

¶ Notandum tamẽ ꝙ gentiles admittebãtur ad obſeruantiã legis: vt patꝫ Exo.xij. vbi dicitur. Si quis peregrinorũ in vr̃am voluerit trãſire coloniã: ⁊ facere phaſe domini circumcidetur prius omne maſculinum eius et tunc rite celebrabit: eritq̃ ſicut indigena terre: ⁊ hoc ideo qꝛ perfectius ⁊ ſecurius ſalutem conſequebant̃ ſub obſeruãtijs legis q̄ꝫ ſub ſola lege naturali. ſicut ⁊ nunc laici tranſeunt ad clericatũ ⁊ ſeculares ad religionem q̄uis abſq̃ hac ſaluari poſſint. Uerũtamen cuꝫ venit plenitudo temporis. plenitudo gracie chriſtus apparuit: ⁊ habitauit in nobis qui filijs gratie donans legem libertatis: abſtulit illud iugum graue legis ſeruilis decernens ad illam ſuos minime obligari: decetero prout apoſtoli ſpiritu ſancto plenꝰ inſtructi reſponderunt: Act̃.xv. His qui voluerũt in chriſto baptizatos inducere ad obſeruantiam legis. Quid temptatis deuꝫ imponere iugum ſuper ceruicem diſcipuloruꝫ qđ neq̃ nos neq̃ patres noſtri portare potuimus: ſed per gratiam Jeſu chriſti credimus ſaluari ſicut ⁊ illi. Nimirũ cum dicit rabbi moyſes ꝙ in veteri lege erant ducenta.xviij. precepta affirmatiua: quia tot oſſa dicũtur eſſe in corpore humano ad deſignanduꝫ ꝙ de omnibus membris debet homo ſeruire deo ⁊ bene operari. Precepta vero negatiua ſiue prohibitiua fuerunt ſecundũ eundẽ trecenta lxv. quia tot ſunt dies in anno ad deſignandum ꝙ nullo die homo debet tranſgredi legem: ita ꝙ precepta veteris legis in vniuerſo erant quingenta.lxxxiij. ⁊ ſic multo grauiꝰ erat iſta ſeruare q̄ꝫ p̄cepta noue legis: ita ꝙ dominus diceret omnibꝫ iudeis. Uenite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. Sequit̃. Jugũ enim meũ ſuaue eſt ⁊ onus meum leue. Hinc etiam dicitur prime Johan.v. Hec eſt charitas dei: vt mandata eius cuſtodiamus: ⁊ mãdata eius

grauia non ſunt: vnde dicit: Hic eſt charitas
dei: q̄ꝛ charitatē dei hn̄ti dei p̄cepta ſunt faci⸗
lia: ſꝫ nō hn̄ti ſunt difficilia. Sicut Augꝰ. ex⸗
emplū ponit de aue ſine plumis cui difficile ē
volare: hn̄ti ꝟo facile: ſimilr̄ hn̄ti ꝑuerſā volū
tatē mādata videnꝛ̄ difficilia q̄ charitatē ha⸗
bēti ſunt facilia. Sed ne habeas qđ cauſerꝭ
nec q̄ras velamē excuſatiōis: dico ꝙ cuilibet
nō hn̄ti charitatē facile ē eā hr̄e: q̄ꝛ deꝰ ſemꝑ
paratꝰ ē eā dare cuiqꝫ ſe diſponēti eā recipe
vt etiā exēplariter pꝫ in ceſario de q̄dam pu
ella ſeculari vaga ⁊ luxurioſa: q̄ rapta ad iudi
ciū vidit multos ad ſupplicia dānari: tūc iu⸗
dicē ſupplicit̄ orās rn̄ſum accepit. Quid me
oras: da mihi minimū digitū tuū ⁊ ego dabo
tibi manꝰ meas. q̄ſi dicat: Da mihi modicā
fidē ꝙ te emēdes ⁊ ego dabo tibi grām. Vn̄
dn̄s Deut. xxx. Mādatū qđ ego p̄cipio tibi
hodie nō eſt ſuꝑ te nec ꝓcul a te poſitum nec
in celo ſitum: ſꝫ iuxta te eſt valde ꝟmo meus
in ore tuo ⁊ in corde tuo: vt facias illum. Ex
quibus pꝫ ꝙ obſeruantia p̄ceptorum eſt in
noſtra ptāte. ❡ Secūdo igit̄ queri p̄t: vtꝝ
ergo dei p̄cepta ſint merito ſeruāda p̄ſertim
cum dicit Dauid. Tu mandaſti mādata tua
cuſtodiri nimis: adijciens penas diuerſas in
lege veteri contemnentib₃. Ad hoc reſpōdet
Aſteñ. li. i. ti. iij. artı. iiij. ꝙ precepta diuina me
rito ſunt ſeruanda: qđ patet primo ex p̄te dei
cuius auc̄te nulla maior eſt. pſ. Tu ſolus al⸗
tiſſimus ſuꝑ omnē terram. ipe ē eñi dn̄s nr̄ iu
re creationis: iure gubernationis ⁊ iure re⸗
demptiōis. Exo. xx. Ego ſum dn̄s deus tuꝰ
ecce primum. qui eduxi te de terra egypti: ec⸗
ce ſecundum: ⁊ de domo ſeruitutis: ecce ter⸗
tium. Si ergo filij rechab tā arduā obediētiā
exhibuerūt ſuo patri. O quid faciet viliſſima
creatura ſuo creatori ⁊ redemptori. Nam le
gitur Hiere. xxxv. ꝙ filij rechab Hieremie
ad iuſſum dn̄i vinū ꝓponēti ⁊ ad potū inuitan
ti: rn̄derūt. Nō bibemus vinum q̄ꝛ ionadab
filius rechab pr̄ nr̄ p̄cepit nobis dicens: Nō
bibetis vinum vos ⁊ filij veſtri vſqꝫ in ſempi
ternum ⁊ domos non edificabitis ⁊ ſementē
non ſeretis ⁊ vineas non plantabitis nec ha
bebitis ſed in tabernaculis habitabitis cun
ctis diebus veſtris. Sequit̄. Obediuimus ḡ
voci ionadab filij rechab p̄ris noſtri in omni
bus q̄ precepit nobis ita vt non biberemus
vinum cūctis dieb₃ nr̄is nos ⁊ mulieres no⸗
ſtre filij a filie noſtre ⁊ non edificauimus do
mos ad habitandum ⁊ vineas ⁊ agrum ⁊ ſe
mentē nō habuimꝰ ⁊c̄. vide ſi placet. Scđo
pꝫ ex parte noſtri q̄ꝛ mādatoꝝ obſeruatio eſt
nobis fructuoſiſſima ad adipiſcēda dona ſpi
ritualia. In lege ꝟo veteri tanq̄ꝫ populo ru⸗
di etiā tꝑales benedictiōes ꝓmittebanꝛ̄ obſer
uantib₃ ⁊ maledictiōes trāſgrediētib₃: vt pꝫ
Deut. xj. vbi dr̄. En ꝓpono in conſpectu vr̄o
hodie benedictionē ⁊ maledictionem: bn̄di
ctionē ſi obedieritis mandatis dn̄i dei veſtri
q̄ hodie p̄cipio vobis: maledictionē ſi nō au⸗
dieritꝭ. Sꝫ in lege gr̄e q̄ ꝑfectior eſt ſpūales
dūtaxat benedictiōes ⁊ maledictiōes ꝓponū
tur in retributionē a deo ꝙ precepta ꝯtēnens
pleruqꝫ ꝓſperitatib₃ erigit̄: cōſeruās aūt ad⸗
uerſitatib₃ angit̄: vt āmirās. pſ. diceret. Ec⸗
ce ipſi pctōres ⁊ abundantes in ſeculo obti⸗
nuerūt diuitias: ⁊ dixi ergo ſine cā ⁊c̄. Eſt ta
men eoꝝ obſeruantia nobis ſumme neceſſa⸗
ria: q̄ꝛ dr̄ Math. ix. Si vis vitā ingredi ſer⸗
ua mandata. Eſt inquā eoꝝ tranſgreſſio pe⸗
riculoſiſſima. pſ. Maledicti qui declināt a
mandatis tuis: illa ſcꝫ maledictione. Ite ma
ledicti in ignē eternum. Hinc dominꝰ poſuit
nos inter paradiſuꝫ ⁊ infernū vt ſciamꝰ nos
nō aliter poſſe paradiſum ingredi vel infer⸗
nū euadere niſi ꝑ obſeruantiā mādatoꝝ: nec
putemꝰ ꝙ illa p̄cepta p̄ſertim. x. filij iſrl̄ dūtax
at pro ſe ſuſceperunt ſed etiā ꝓ poſteris ſuis:
q̄ꝛ ligabant omnes p̄ntes ⁊ abſentes ⁊ futu⸗
ros: ſm ꝙ dicit̄ Deut. xxix. Nō ſolum vobis
hoc fedus fero ⁊ hic mandata confirmo: ſed
cūctis p̄ntibus ⁊ abſentib₃. ⁊ ideo p̄cepit pa⸗
trib₃ dn̄s vt inſtruerent in eis filios: vt pꝫ in
pſ. lxxvij. Quāta mandauit patrib₃ noſtris
notū facere ea filijs ſuis vt cognoſcat gene⸗
ratio altera: ne ſcꝫ pretendant excuſationem
ignorantie. Tertio deniqꝫ pꝫ ex parte ipſorū
mandatoꝝ q̄ ſunt irrep̄henſibilia nihil irrō⸗
nabile continētia. pſ. Lex dn̄i immaculata con
uertens aīas teſtimoniū ⁊c̄. ꝑ totū. ⁊ Ro. vij.
Lex q̄dem ſctā ⁊ mandatū ſctm̄ ⁊ iuſtū ⁊ bo⸗
nuꝫ. ❡ Tertio ꝓinde q̄ri pōt. Vtrū pre⸗
cepta dei ſint diſpenſabilia p̄ſertim cum ſicut
hō ſe habꝫ ad legē humanā: ſic deꝰ ſe hꝫ ad
legē diuinitus datā: ſed hō diſpenſare pōt in
preceptis legis q̄ hō ſtatuit: ḡ videt̄ ꝙ ⁊ deꝰ.
Hinc etiam furtū qđ omnib₃ prohibuit filijs
iſrael in egreſſu de egypto p̄cepit. ⁊ qui ho⸗
micidiū prohibuit abraā de filicidio manda⸗
uit: ſilr̄ ⁊ Ozee ad meretricē accedere man⸗
dauit qui tn̄ fornicationē prohibuit. Ad hoc
reſpondet ſanctus Tho. prima ſcđe. q. c. ꝙ



tunc in p̄ceptis debꝫ fieri diſpēſatio cū incur⸗
rit aliquis caſus particularis in quo ſi verbū
legis obſeruet̄ intentioni legiſlatoris contra
riat̄. Intentio autē legiſlatoris cuiuſlibet or⸗
dinat̄. Primo quidē ⁊ principaliter ad bonū
cōmune. Scđo vero ad ordinē iuſticie ⁊ vir
tutꝭ: ſm quē bonū cōmune ꝯſeruat̄ ⁊ ad ip̄m
ꝑuenit̄. Si q̄ dent̄ ḡ p̄cepta q̄ cōtineāt ip̄am
cōſeruationē boni cōis ⁊ ip̄m ordinē iuſticie
et virtutis: hmōi p̄cepta ꝯtinēt intentioneꝫ le
giſlatoris ⁊ ideo ſunt indiſpenſabilia: puta ſi
poneret̄ hoc p̄ceptū ꝙ nullus deſtrueret rē⸗
publicam: nec ꝓderet ciuitatē hoſtib₃: nec fa⸗
ceret aliqđ iniuſte vl̄ male: hmōi p̄cepta ſunt
indiſpenſabilia. ſed illa p̄cepta q̄ traduntur
tanq̄ꝫ ordinantia ad iſta p̄cepta: diſpenſabi⸗
lia ſunt inq̄ꝫtuꝫ ꝑ diſpenſationem in aliquib₃
caſib₃ nō fieret p̄iudiciū primis p̄ceptis que
cōtinēt intentionē legiſlatoris: vt ſi ſtatueret̄
ꝙ ſingulis noctib₃ per vices vigilarent aliq̄
ad cuſtodiam ciuitatis obſeſſe: ⁊ fieret cū ali
quib₃ diſpenſatio ꝓpter maiorem vtilitatem.
Precepta ergo nature que cōtinent legiſlato
ris intentionē nō ſunt diſpenſabilia: ⁊ p̄cepta
decalogi que ſumūt̄ ex lege nature: ſm ꝙ cō
tinent etiā intentionē legiſlatoris. Nam pre⸗
cepta prime tabule q̄ ordinant ad deū conti⸗
nent ip̄m ordinē ad bonuꝫ cōmune ⁊ finale
qđ deus eſt. Precepta ꝟo ſecūde tabule con⸗
tinent ip̄m ordinē iuſticie inter homines ob⸗
ſeruande: vt ſcꝫ nullū fiat indebitū ⁊ cuilibet
reddat̄ debitum: ⁊ ſm hanc rationē ſunt indi
ſpenſabilia: nec a deo nec ab hoīe: quia dicit
aplūs. ij. ad Timoth. ij. ꝙ deꝰ fidelis perma
nens non pōt ſeip̄m negare: negaret eñi ſeip⸗
ſum ſi ordinem ſue iuſticie auferret cum ipſe
ſit ipſa iuſticia. Vnde prohibet̄ in decalogo
hominis occiſio ſm ꝙ habet rōnem indebiti
quia ſic cōtinet ipſam rōnem iuſticie: ⁊ lex hu
mana non poteſt hoc cōcedere ꝙ homo indebi
te occidat̄: ſed quia malefactores vel hoſtes
reipublice occidi non eſt indebitū. iō non cō⸗
trariat̄ p̄cepto decalogi: nec eſt homicidium
qđ illo p̄cepto ꝓhibet̄: vt dicit Augꝰ. in pri⸗
mo đ li. ar. Silr̄ ſi auferat̄ alicui qđ ſuū erat
ſi debitū eſt qđ ipſum amittat hoc non eſt fur
tum vel rapina q̄ p̄cepto decalogi ꝓhibent̄:
et ideo q̄ñ filij iſrl̄ p̄cepto dei tulerūt egyptio⸗
rum ſpolia non fuit furtum q̄ꝛ hoc eis debe⸗
batur ex ſn̄ia dei. Silr̄ abraam cum cōſenſit
occidere filiū nō cōſenſit in homicidiū q̄ꝛ de⸗
bitū erat ei occidi ꝑ mādatū dei q̄ eſt dn̄s vi⸗
te ⁊ mortis: q̄ ꝓ pctīs ꝑmi parentis oībus in
fligit penā mortis cuiꝰ ſn̄ie ſi ſit hō executor
auc̄te diuina nō erit homicida. Similiter et
Ozee accedens ad mulierē fornicariam vel
adulterā non eſt mechatꝰ nec fornicatus: q̄ꝛ
acceſſit ad eā q̄ ſua erat ſm mādatū diuinū
qui eſt auctor inſtitutionis mr̄imonij. Vn̄ vt
quidā volūt accepit eā in vxorē. Sic ḡ pre⸗
cepta q̄ꝫtū ad rōnē iuſticie quā cōtinent ſunt
immutabilia: ſed q̄ꝫtū ad aliquā determina⸗
tionē per applicationeꝫ ad aliquos actus: vt
ſcꝫ hoc vel illud ſit homicidiū furtū vel adul
teriū aut non: hoc eſt mutabile. q̄ñqꝫ ſola au⸗
ctoritate diuina in his q̄ a ſolo deo ſunt inſti⸗
tuta: ſicut in matrimonio ⁊ alijs hmōi: q̄ñqꝫ
etiā auctoritate hūana ſicut in his q̄ ſunt cō⸗
miſſa hoīm interdictioni: quia q̄ꝫtum ad hoc
hoīes dei vicem agunt non q̄ꝫtū ad omnia.
❡ Deniqꝫ queri pōt: vtrū oīs lex poſitiua ob
liget in foro cōſcie: p̄ſertim cū dr̄ precipue de
iure canonico. Quodcunqꝫ ligaueris ⁊c̄. Ad h̄
dicendū ꝙ q̄ñ lex non inducit peccatū nec nu
trit ſed ordinat ad bonū cōe: tūc obligat etiā
in foro ꝯſcie: q̄ꝛ tūc ab eterna lege deriuatur
et tales leges deꝰ per imperatores ⁊ reges tri
buit. Notandū tn̄ ſm Tho. ꝑma ſcđe. q. xcvj.
Lex humana iuſta eſt ex fine q̄ñ ordinat̄ ad
bonū cōe: ⁊ ex auctoritate q̄ñ non excedit po
teſtateꝫ cōdentis: ⁊ ex forma quādo ſm qua
litatē ꝓportiōis ſubditis onera ꝓponit in ordi
ne ad bonū cōe. Cū eñi q̄libet hō ſit pſ mul
titudinis: hoc ipſuꝫ qđ eſt ⁊ qđ habet eſt mul
titudinis: ſicut ⁊ quelibꝫ pars id qđ totꝰ eſt.
Sicut ergo natura infert aliqđ detrimentuꝫ
parti vt ſaluet totū: ſic talis lex humana pro⸗
portionabiliter inferens onera ꝓpter bonum
cōe iuſta eſt ⁊ obligat in foro ꝯſcie. Econtra
lex iniuſta eſt ex fine q̄ñ onus ꝓpter vtilitatem
cōem nō īponitur ſed forte ꝓpter gl̄iam ⁊ cu
piditatem imponentis: vel ex auctoritate q̄ñ
ſe extendunt vltra poteſtatem faciēns: vl̄ ex
forma q̄ñ ſubditis inequaliter imponunt one
ra: vel inequaliter ad bonum cōe ordinet̄: et
tales nō ſunt leges ſed violentie: nec obligāt
in foro conſcientie niſi forte ꝓpter ſcandalum
vitandū ⁊ tribulationē: ꝓpter qđ homo tunc
iuri ſuo cedere debet: iuxta illud Math. v.
Qui angariauerit te mille paſſus: ⁊ qui ab⸗
ſtulit tibi tunicā. Eſſet etiā iniuſta ſi precipe⸗
ret id qđ eſt cōtra legem diuinā: ⁊ tunc deo
magis q̄ꝫ hominibus obediendū eſt. Ad lau
dem dei omnipotentis.

¶ De decē p̄ceptis ⁊ quō chriſt⁹ illa
per legem gratie perfecit ⁊ adimple
uit. ¶ Sermo pꝛeambulus. 4

Audi iſrahel ⁊ obſerua Deutro.
vj. Iā pꝛoſequendo de p̄ceptis decalo
gi. Sciendū ꝙ ſm apoſtolū plenitudo legis
eſt dilectio: ⁊ ideo oīa p̄cepta ⁊ eoꝝ adimple
tio ſalutifera oꝛiginaliter emanant a radice
charitatis tanꝙ a fontali ſuo pꝛincipio ⁊ in
ipſam vltime oꝛdinant̄ tanꝙ in finē ⁊ termi
nū cōpletiuū: qd̄ ſic ptꝫ: Nā p̄cepta pꝛime ta
bule q̄ ſunt tria: vt dicit glo. ij. xxxij. q. vij. in. c.
quid in omnib. emanāt a dilectione dei ⁊ fi
naliter nos oꝛdināt in deū. Pꝛecepta vero ſe
cunde tabule emanāt a dilectione ꝓximi ⁊ fi
naliter nos oꝛdināt reſpectu pꝛoximi. Pro q̊
notandum ꝙ ꝑfecta dei dilectio pꝛimo men
tē vnit diuine ꝑtāti ⁊ vnitati: q2 ꝑfecta dei di
lectione ſic hō vnit̄ deo ꝙ oēs actiones ſuas
in dei laudē refert ⁊ honoꝛē potentiam eius
cū obſeq̄uio venerādo ⁊ vnum deū fideliter
credendo: q̊ ad pꝛimū mandatū ꝙ refert̄ ad
patrē. Hinc Exo. xx. ⁊ Deut. v. pꝛecipit̄: Nō
habebis deos alienos coꝛam me: vel non fa
cias tibi ſculptile nec oēm ſimilitudinem. In
q̊ ſm Aug. includit̄ qd̄libet obſequiū operis
deo neceſſariū exhibendū. Scd̄o per eā oēs
locutiones ſuas refert in honoꝛē deifice veri
tatis. ⁊ ſic oꝛdinatur in reuerētiā oꝛis que de
betur diuine veritati quo ad perſonaꝫ filij et
ſic eſt ſcd̄m p̄ceptū .ſ. Non aſſumes nomen
dei tui inuanū. Tertio per eā oēs affectiōes
ſuas refert in honoꝛē diuine bonitatis eidem
ꝑ amoꝛem ꝑfectū ſuauiſſime inherendo quo
ad tertiū mandatum qd̄ in deuotione coꝛdis
implet̄ que debet̄ diuine bonitati. quo ad per
ſonā ſpūſſancti: ⁊ includit̄ in illo. Sabbata
ſanctifices. Poꝛro ꝙ alia p̄cepta emanant a
perfecta dilectiōe ꝓximi. ſicut ptꝫ. Cōſtat eīn
ꝙ qui ꝓximū ſuum perfecte diligeret: ipſum li
benter honoꝛaret ⁊ eius neceſſitatib ſtudio
ſe ſubueniret ⁊ nuꝗ nocumentum aliqd̄ ſi
bi inferret nec coꝛde nec oꝛe nec opere: ⁊ in
his includūtur pꝛecepta ſcd̄e tabule: ⁊ hec p̄
cepta decalogi data explicite ꝑ legem nature
ſunt in coꝛde cuiuſlibet hoīs implicite natu
raliter inſcripta. q2 illud pꝛeceptū legis natu
re Qd̄ tibi non vis fieri alteri ne feceris: in
cludit in ſe omnia p̄cepta negatiua. vt nō oc
cides: non furtū facies ⁊c. ¶ Unde ad maio
rē euidentiā ſciendū ꝙ hō oꝛdinat̄ in ꝓximū
duob modis. A Pꝛimo mō in bn̄ficentia
vt bona q̄ pōt in ꝓximū ipēdat: ⁊ ſic eſt q̄rtū
p̄ceptū. ſ. Honoꝛa p̄rem ⁊ matrē Secundo
mō in innocētia: vt pꝛoximo nihil iniuſte infe
rat nec noceat: qd̄ fieri pōt tripliciter: Pꝛimo
opere q̊ quis ꝓximo nocet vl̄ in ꝓpꝛia ꝑſona
ꝯtra qd̄ eſt quintū p̄ceptū. ſ. Non occides: vl̄
in ꝑſona coniuncta: ꝯtra qd̄ eſt ſextū p̄ceptū
ſcꝫ Nō mechaberis: vl̄ in inferioꝛi ſubā: cō
tra qd̄ eſt ſeptimū p̄ceptū. ſ. Nō furtū facies
Scd̄o quis infert nocumentū oꝛe: ꝯ qd̄ eſt
octauū pꝛeceptū. ſ. Nō falſum teſtimoniū da
vbi ſm Aug. ꝓhibet̄ oē mendaciū ip̄ſicite et
oē nocumentuꝫ oꝛis reſpectu ꝓximi. Tertio
q̇s infert nocumētū ꝓximis q̄ꝫtū in ſe eſt coꝛ
de. ſ. qn̄ cogitat malū ꝯtra ꝓximū dupliciter.
Uel hoc eſt reſpectu rei rōnalis ⁊ cōtra hoc
p̄cipit̄. Nō ꝯcupiſces vxoꝛē pꝛoximi tui: vel
reſpectu rei irrōnalis: ⁊ ꝯ hoc eſt decimū pꝛe
ceptū. ſ. nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. ¶ Hic q̄ri
pōt: vtrum oīa p̄cepta veteris legis moꝛalia
reducant̄ ad decē p̄cepta d̄calogi: pꝛeſertim
cū pꝛīa ⁊ pꝛincipalia legis p̄cepta ſunt. Dili
ges dn̄m deū tuū ⁊ diliges ꝓximū: vt dicitur
Math. xxij. ſꝫ iſta duo nō vident̄ ꝯtineri int̄
p̄cepta decalogi. Ad h̊ rn̄dꝫ doc. ſctūs ꝓma
2e. q. xcviij. ꝙ pꝛecepta d̄calogi differūt in h̊
ab alijs legis pꝛeceptis: ꝙ pꝛecepta legis de
calogi ꝑ ſemetipm̄ de⁹ d̄r ꝓplo ꝓpoſuiſſe.
Alia vero pꝛecepta ꝓpoſuit ꝓplo ꝑ moyſen.
Illa ḡ p̄cepta ad decalogū ꝑtinēt quoꝝ no
ticiā hꝫ hō ꝑ ſeipm̄ a deo: hmōi ꝟo ſunt illa q̄
ſtatim ex fide infuſa diuinit⁹ inoteſcūt: ⁊ iteꝝ
illa q̄ ſtatim ex ꝓ̇ncipijs cōibus modica cōſi
deratiōe cognoſci pn̄t. Inter pꝛecepta igitur
decalogi nō ꝯputant̄ duo genera p̄ceptoꝝ. ſ.
illa q̄ ſūt ꝓma ⁊ cōia q̊rū nō opoꝛtet aliā edi
tionē eē niſi ꝙ ſunt ſcripta in rōne naturali q̄
ſi ꝑ ſe nota rōni vel ꝑ naturā vel ꝑ fidē: vt pꝛe
cepta de dilectione dei ⁊ ꝓximi: q̄ tn̄ ꝯtinent̄
in decē pꝛeceptis: ſicut ꝓ̇ncipia in ꝯcluſionib
ꝓximis: ita ꝙ oīa pꝛecepta decalogi ad illa
duo referūt̄ ſicut cōcluſiōes ad cōia ꝓ̇ncipia
Scd̄o inter pꝛecepta decalogi nō cōputant̄
illa q̄ ꝑ diligentē inquiſitionē ſane inueniunt̄
rationi cōuenire: hec eīn ad ꝓpl̄m a deo per
ueniunt mediante diſciplina ſapiētis. Cū eīn
ratio debiti in alijs virtutib eſt magis latēs
q̄ꝫ in iuſticia: ideo pꝛecepta d̄ actib aliaꝝ vir
tutū nō ſunt ita nota populo: ſicut p̄cepta de
actib iuſticie. Hinc actus iuſticie ſpecialiter
cadūt ſub pꝛeceptis decalogi que ſunt ꝓma



legis elemēta. Actus vero aliaꝝ virtutū nō
q2 indigēt maioꝛi explanatiōe ⁊ infoꝛmatiōe
ſapiētis: illa tn̄ q̄ ꝑ ſapientes cognoſcunt̄ cō
tinent̄ etiā in p̄ceptis d̄calogi licꝫ ecōuerſo. ſ.
ſicut cōcluſiōes in ꝓ̇ncipijs. B Scd̄o q̄ri
pōt cū q̄dā p̄cepta ſint affirmatiua ⁊ q̄dā ne
gatiua. Que ē dr̄ia inter obligationē p̄cepto
rū affirmatiuoꝝ ⁊ ꝓhibitionē negatiuoꝝ. Ad
hoc rn̄det Aſteſ. li. j. ti. ij. arti. ij. ꝙ p̄ceptū af
firmatiuū qd̄ reſtrictio noīe ſolet dici p̄ceptū
obligat ſemꝑ. i. oī tꝑe ſꝫ non ad ſemꝑ. i. ad oē
tēpus: ⁊ hoc intellige tā de p̄ceptis decalogi
q̄ꝫ iuris naturalis. Uerbi grā. Honoꝛa pa
trē tuū ⁊ ma. t. p̄ceptū eſt affirmatiuū qd̄ me
obligat ſemꝑ: q2 ſemꝑ teneoꝛ honoꝛare p̄rez
ſed nō ad ſemꝑ honoꝛandū: q2 hoc nō eſſet
expediēs nec poſſibile: ſꝫ tm̄ cū opoꝛtunitas
occurrit ⁊ tempus req̄rit. Pꝛeceptū ꝟo nega
tiuū obligat ſemꝑ ⁊ ad ſemꝑ: ſicut nō mecha
beris: q2 ſemꝑ teneoꝛ: ⁊ q̊cūꝗ tꝑe nō mecha
ri. Nimirū cū p̄cepta negatiua ſint de pecca
tis que ꝑ ſe mala ſunt nec bn̄ fieri pn̄t: vt ptꝫ
extra de iureiuran. c. ⁊ ſi chriſt⁹. ꝟ. q̄dā. Et ꝓ
tanto dicit̄ ꝙ potius debꝫ quis oīa mala pa
ti q̄ꝫ malo conſentire. xxxij. q. v. c. ita ne. Sed
pꝛecepta affirmatiua nō obligāt ad ſemꝑ ſꝫ
cū debitis circūſtantijs: immo pꝛopter inde
bitas cicūſtantias q̇s excuſat̄ ab illoꝛum ob
ſeruantia: ita ꝙ interduꝫ filius dicere poteſt
immo debꝫ parentib nō noui vos: xciij. di. c.
diaconi. Ulti. vide pulchꝛū ꝓceſſuꝫ ⁊ gloſaꝫ
et ſic excuſat̄ a p̄cepto de honoꝛādis parēti
bus. Huius ratio eſt q2 p̄cepta affirmatiua
inducūt ad actus virtutū: ſed actus virtutū
nō hn̄t fieri q̊libet modo ſed obſeruatis debi
tis circūſtantijs q̄ req̄runt̄ ad hoc ꝙ ſit act⁹
virtuoſus: ſcꝫ vt fiat: vbi: qn̄ ⁊ quō debꝫ. He
vero circūſtantie ꝯſiderant̄ ꝓpꝛie ꝓpter finē
qui eſt bonū virtutis. iiij. di. c. facte ſunt autē
leges. vbi ergo ceſſat circumſtantia ſine qua
nō ꝑuenit̄ ad bonū virtutis: tūc obmittit̄ ob
ſeruātia p̄cepti ſine pctō. Uerūtn̄ interdum
circūſtantie ceſſatio nō tollit bonū virtutis li
cet ꝓpter hoc non perfecte attingit̄: ⁊ ſic dicit
phs. ij. Ethi. ꝙ ſi parū diſcedat̄ a medio nō
eſt cōtra virtutē: ſed ſi multū tūc coꝛrūpit̄ vir
tus in ſuo actu. ¶ Tertio q̄ri pōt vtrū pctā
q̄ ſūt cōtra p̄cepta ꝓme tabule grauioꝛa ſint
q̄ꝫ cōtra p̄cepta ſcd̄e tabule vl̄ ecōuerſo. Ad
hoc rn̄det ſanct⁹ Tho. in qd̄libet ꝙ foꝛmal̄
rō pcti moꝛtal̄ auerſiōe a deo ꝯſiſtit. Si eīn
eſſꝫ inoꝛdinata ꝯuerſio ad bonū cōmutabile
ſine auerſiōe a deo nō eēt pctm̄ moꝛtale. Cū
igit̄ p̄cepta pꝛīe tabule ſm ſe directe oꝛdinēt
hominē in deū: ⁊ iō dicant̄ ad dilectionē dei
ꝑtinere: iō pctā q̄ ſunt ꝯtra p̄cepta ꝓme tabu
le ꝑ ſe ipoꝛtāt auerſionē a d̄o. Pctā ꝟo q̄ ſunt
ꝯtra p̄cepta ſcd̄e tabule. ꝑ ſe q̇dē deoꝛdinant
nos ꝓ̇ncipaliter circa bona cōmutabilia: cir
ca q̄ oꝛdinamur ꝑ p̄cepta ſcd̄e tabule: ex con
ſequēti ꝟo deoꝛdināt nos a deo. Nūc aūt in
vnoquoꝗ gn̄e potiſſimū. i. qd̄ ꝑ ſe ē: ⁊ iō pctā
q̄ ſunt ꝯ p̄cepta ꝓme tabule ſꝫ gen⁹ ſuū ſunt
grauiſſima in genere pctōꝝ. ¶ Quarto q̄ri
pōt: vtrū lex noua legē veterē ⁊ decalogū im
pleat: iuxta qd̄ inuere videt̄ dn̄s Math. v.
dicens. Nō veni legē ſoluere ſed adimplere
Ad qd̄ rn̄det ſctūs Tho. ꝓma 2e. q. cv. ꝙ lex
noua cōpat̄ ad legē veterē ſicut ꝑfectū ad im
ꝑfectū. Oē aūt ꝑfectū adimplet qd̄ imꝑfecto
deeſt: ⁊ ſm hoc adimplet legē veterē inq̄ꝫtuꝫ
ſupplet illd̄ qd̄ legi veteri d̄erat. In lege enī
veteri duo pn̄t ꝯſiderari. ſ. finis ⁊ pꝛecepta in
lege cōtenta. Finis aūt cuiuſlibet legis eſt: vt
hoīes efficiant̄ iuſti ⁊ virtuoſi: vn̄ ⁊ finis vete
teris legis erat iuſtificatio hoīm: quā quidē
lex vetus efficere nō poterat ſed q̇buſdā ceri
monialib factis figurabat ⁊ verbis ꝓmitte
bat: ⁊ q̄ꝫtū ad h̊ lex noua legē veterē implet:
iuſtificando ꝟtute paſſionis chꝛiſti. Et h̊ eſt
qd̄ apl̄s dicit Ro. iij. qd̄ impoſſibile erat legi
deus filiū ſuū mittēs in ſilitudinē carnis pcti
damnauit pctm̄ in carne: vt iuſtificatio legis
adipleret̄ in nobis. ¶ Qd̄ ſi q̄rit̄ quō lex no
ua iuſtificat. Dicendū ꝙ ad eā duo pertinēt.
Unū quidē pꝛincipaliter ſcꝫ ipſa gratia ſpūſ
ſancti interius data: ⁊ q̄ꝫtū ad hoc iuſtificat.
Hinc etiā dicit̄ lex gratie. Un̄ Aug⁹. in li. d̄
ſpū ⁊ lr̄a dicit ibi. ſ. in veteri teſtamēto lex ex
trinſecus poſita eſt qua iniuſti terrerent̄: hic
. ſ. in nouo teſtamēto intrinſec⁹ data qua iuſti
ficarent̄. Secūdario ꝟo documēta fidei ⁊ p̄
cepta oꝛdinantia affectū humanum ⁊ huma
nos actus ⁊ q̄ꝫtū ad h̊ lex noua nō iuſtificat.
Un̄ apl̄s. ij. Coꝝ. iij. Lr̄a occidit: ſpūs autē
viuificat qd̄ Aug⁹. exponit in li. de ſpiritu et
lr̄a dicens. ꝙ per lr̄am intelligit̄ quelibet ſcri
ptura extra homines exiſtens etiā moꝛaliū p̄
ceptoꝛum qualia continentur in euangelio.
Unde etiā litera euangelij occideret niſi in
terius grā fidei ſanātis eēt: ⁊ ſic lex noua ve
terem adimplet q̄ꝫtū ad adeptionem finis.
¶ Secūdo veterē adimplet q̄ꝫtū ad p̄cepta
in lege contenta: q2 dn̄s oꝛdinauit quō pꝛece

pra veteris legis tuti⁹ ſeruarent. Vñ lex vetus ſtatuit ꝙ nullus piuraret: ⁊ hoc tutius cõſeruat ſi penitus a iuramento abſtineat niſi in caſu neceſſitatis: ſic etiam dñs moderauit diuortiũ per libellũ repudij. Silr̃ etiã prohibuit legẽ talionis. Math. v. Taxauit enim lex modũ vindicte vt non pcedet ad imoderatã vindictã a q̃ dñs perfectius eã remouit quẽ a vindicta penitus abſtinere monuit: ſic circa odiũ inimicorum remouit falſum intellectũ phariſeoꝝ nos monens vt odio haberet culpa nõ pſona. ¶ Ad maiorẽ intellectũ ſciẽdũ ſm tho. ibidẽ. q. cvj. ꝙ dñs circa illa legis pcepta adimpletionem appoſuit in quibus ſcribe ⁊ phariſei rectũ intellectũ non habebãt: ⁊ hoc cõtingebat pcipue circa tria pcepta decalogi. Nã circa phibitionẽ adulterij ⁊ homicidij putabãt ſolũ actũ exteriorẽ prohiberi non aũt interiorẽ appetitũ. qd magis credebant circa adulteriũ ⁊ homicidiũ ꝙ circa furtum ⁊ falſum teſtimoniũ: qꝛ mot⁹ ire tendens in homicidiũ ⁊ motus cõcupiſcẽtie tendẽs in adulterium videnẽ ineſſe nobis aliqualiter a natura: nõ aũt appetitus iurandi vel falſum teſtimoniũ dicẽdi. Circa periuriũ vero falſum habebant intellectũ credentes periuriũ quidem eſſe pctm̃: iuramentum autẽ p ſe eſſe appetendũ ⁊ frequentandũ eo ꝙ videt ad dei reuerentiaꝫ ptinere: ⁊ iõ dñs his tribus addidit ⁊ impletionẽ appoſuit: vt pꝫ Math. v. Siliter circa pcepta iudicialia dupliciter errabant. Primo qꝛ q̃dã in lege moyſi tradita tãꝙ pmiſſiones eſtimabant eſſe per ſe iuſta. ſ. repudiũ vxoris vſura ab extraneis: ⁊ ideo dñs repudiũ vxoris phibuit. Math. v. Et vſuraꝝ acceptiõeꝫ. Luc. vj. dicens. Date mutuũ nihil inde ſperãtes. Alio modo errabãt credentes quedã q̃ lex vetus inſtituerat facienda propter iuſticiã eſſe exequendã ex appetitu vindicte ⁊ ex rerũ tẽporaliuꝫ cupiditate vel ex inimicoꝝ odio ⁊ hoc in trib pceptis: nam appetitũ vindicte credebãt eſſe licitũ propter pceptũ datũ d pena talionis: qd quidẽ fuit datũ vt iuſticia ſeruaret nõ vt homo vindictã q̃reret: ⁊ iõ dñs ad hoc remouẽdũ docet animũ hois ſic debere eſſe paratum, vt ſi neceſſe ſit etiam parat⁹ ſit plura ſuſtinere. Motũ autẽ cupiditatis eſtimabant eſſe licituꝫ pꝑter precepta iudicialia in quibus mandat reſtitutio rei ablate fieri etiam cum aliqua additione qd lex mandauit pꝑter iuſticiam obſeruandã non vt daret cupiditati locũ: ⁊ iõ dñs docet vt ex cupiditate nr̃a nõ reputemus ſed parati ſimus: ſi neceſſe fuerit etiã ampliora dare. Motũ vero odij credebãt eſſe licitũ pꝑter precepta legis data de hoſtiũ interfectiõe: qd quidẽ lex ſtatuit pꝑter iuſticiã implendã nõ pꝑter odia exaturanda: ⁊ iõ dñs docet vt ad inimicos dilectionẽ habeamus ⁊ parati ſimus ſi opus fuerit etiã benefacere ſm pparationẽ animi. Tertio dñs adimpleuit pcepta legis ſupaddẽdo q̃dã pfectionis cõſilia: vt pꝫ Math. xix. vbi dñs dicenti ſe pcepta veteris legis ſeruaſſe: rñdit: vnũ tibi deeſt: ſi vis pfectus eſſe vade et vende oĩa q̃ habes ⁊c. que tñ cõſilia non importãt neceſſitatẽ ſed in eoꝝ optione ponunt quib dant: ⁊ iõ ꝯueniẽter in noua lege que lex libertatis eſt: ſup precepta ſunt addita quedã conſilia: non aũt in veteri lege q̃ lex ſeruitutis erat. Verũtñ licet ꝙtũ in ſe ponantur in optione tñ non mediocriter peccãt qui ſpeciali gr̃a ad hec vocati pficere diſſimulãt magnũ eñ pctm̃ cõmittitur vbi pꝑoſitum ſanctũ deſerit: vt pꝫ. xx. q. j. c. puelle.

## De pceptis decalogi. Sermones frĩs Heinrici herp: feliciter incipiũt

¶ Sermones de primo precepto.

¶ De adoratione latrie: hyꝑdulie: dulie ac d reliquijs venerationeqꝫ ſanctorum. ¶ Sermo primus.

Non habebis deos alienos corã me. Non facies ſculptile nec omnem ſimilitudinẽ que in celo eſt deſurſum ⁊ que in terra deorſuꝫ: nec eorũ que ſunt in aquis. Non adorabis ea neqꝫ coles. Exodi. xx. que ſunt verba primi pcepti ¶ Ad cuius euidentiã queri poteſt. Vtrũ iſtud preceptũ ꝯueniẽter tradat preſertim cũ ptineat ad religionẽ. Dicit eñ religio a religãdo ea q̃ ſunt diuini cultus: reelegit eñ ea que ad diuinũ cultũ pertinent. Sꝫ religio cum ſit vna virtus vnũ actũ habet. In h vero pcepto pꝑhibent tres actus: vt pꝫ intuẽti. Ad h rñdet ſctũs Tho. ſcda ſcde. q. cxxij. ꝙ ad legẽ ptinet hoĩes facere bonos: hinc oportet precepta legis ordinari ſm ordinẽ generationis: qua ſcꝫ hõ ſit bonus: in quo ordine duo ſunt attẽdẽda. Primũ eſt ꝙ prima pars ꝯſtituat ſicut in generatione aĩalis pmo cor generat: ⁊ in domo primo fundamẽtum ponit. in bonitate vero anime prima pars eſt bonitas voluntatis ex q̃ qs bene vtit alia q̃libet bonitate. Bonitas aũt volũtatis attendit ad obiectũ ſuum qd eſt finis: ⁊ iõ in eo q̃ erat p legẽ inſtituẽd⁹ ad ꝟtutẽ optet primo q̃ſi ponere fundamẽtũ religiõis p quã homo debite ordinat in deũ q̃ ẽ ultim⁹ finis hũane volũtatis. Scdo ĩ ordine generatiõis attẽdẽdum ẽ ꝙ primo ꝯria ⁊ impedimenta tollant ſicut agricola primo purgat agrũ ⁊ poſtea pijcit ſemina: ſm illud Hiere. iiij. Nouate vob nouale ⁊ nolite ſerere ſup ſpinas. ⁊ iõ circa religionem primo q̃s erat iſtituẽdus vt impedimẽta vere religõis excluderet: pcipuum ĩpedimẽtũ religiõis ẽ ꝙ hõ falſe deo ihereat. ſm illd Math. vij. Nõ poteſtis deo ſeruire ⁊ mãmone: ⁊ iõ ĩ pmo precepto legis excludit cult⁹ falſorũ deorũ: cum dr: Nõ hẽbis deos alie. Sciẽdũ aũt ꝙ hoc preceptũ appropriate reſpicit pſonã pr̃is ꝙtum ad volũtariũ obſequiũ qd debet diuĩe ptãti: ⁊ hoc explicat cũ dr: Nõ hẽbis deos alie. ⁊c. qd exponit dñs Math. iiij. dicens ſcriptũ ẽ. Dñꝫ deũ tuũ adorab ⁊ illi ſoli ſuies: i q̃ pluralitas deorũ euidẽter excludit: ⁊ vn⁹ ſol⁹ ver⁹ de⁹ colẽdus pdicat: qd exp̃ſſi⁹ pꝫ Deut. vi Audi iſrl dñs deus tuus de⁹ vn⁹ ẽ. Diliges dñm deũ tuũ. ⁊c. Hic g̃ duo pncipalit pſeq̃nda reſultãt. ſcꝫ de adoratiõe ſalutifera ⁊ idolatria. ¶ Quantũ ad pmũ qd ponit Deu. vi. Dñm deũ tuũ adorab ⁊ illi ſoli ſuies: Queri põt pmo: vtrũ pſone in diuinis vna adoratione debeãt adorari. Ad hoc rñdet Aſteñ. lib. i. ꝙ ſic: qꝛ vna eſt excellentia vel exiſtentia vel eſſentia trium perſonarum. ⁊ ideo vnus honor ⁊ vna reuerentia ⁊ per cõſequẽs vna adoratio debet: in cuius ſignum Geñ. viij. de abraam legit ꝙ tres vidit: ⁊ vnum adorauit dicens: Dñe ſi inueni gr̃am in oculis tuis ⁊c. Et notandum ſm Dam̃. li. iiij. ꝙ qꝛ ex duplici natura compoſiti ſum⁹. ſ. intellectiua: ⁊ ſenſuali: iõ duplicem adorationẽ deo offerim⁹ ſcꝫ ſpũalem q̃ conſiſtit in interiori mentis deuotione: ⁊ corpalẽ q̃ cõſiſtit in exteriori corpis humiliatione: ſed ipa exterior adoratio fit propter interiorem vt ſic per ſigna humilitatis q̃ corporaliter exhibemus excitet nr̃ affectus ad ſubijciendũ ſe deo: qꝛ connaturale nobis eſt: vt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamus: ⁊ hec adoratio q̃ ſoli deo debetur inqꝫtum ẽ pncipium oĩs rei pductiuũ gubernatiuum ⁊ conſeruatiuũ vocat latria: ¶ Q, ſi q̃ritur vtrum chriſt⁹ ſit cultu latrie adorand⁹ Ad h rñdet Richar. ꝙ ſi q̃s reſpectũ hꝫ pncipalit ad hũanitatẽ chr̃i ſic ẽ creatura ⁊ iõ nõ obſtãte ꝙ hũanitas ꝟbo ſit vnita nõ ẽ illi exhibẽd⁹ cult⁹ latrie put dicit glo. ſup illud pſ. Adorate ſcabellũ pedum ei⁹: ꝙ ſi caro chr̃i adorat a nob nõ adoratiõe latrie q̃ debet ſoli deo creatori: ſꝫ illa q̃ dulia dignior ẽ. i. adoratiõe hyperdulie q̃ ſcꝫ debet excellẽti creature ſicut ẽ caro chr̃i: btã ꝟgo: crux chr̃i: nam ſi creature exhiberet honor ſoli deo debitus eſſet idolatria: Si ꝟo pncipalit reſpect⁹ hr̃ ad ꝟbũ cũ q̃ vna adoratiõe chr̃i hũanitas adorat: ſic hũanitati chr̃i latrie cultus exhibet qꝛ vna adoratiõe adorat ſuppoſitũ ⁊ natura ita ꝙ natura p ſuppoſitũ: chriſt⁹ eñ ẽ nomẽ pſone in duab⁹ naturis. ſm Dam̃. ⁊ iõ vna et eadem adoratiõe chriſt⁹ adorat pfect⁹ de⁹ ⁊ pfectus hõ quẽ adoramus cum pr̃e ⁊ ſpũſancto vna adoratiõe cũ incõtamiata carne ei⁹ q̃ adoratur in vna hypoſtaſi verbi. Ceterum alios ſanctos adoram⁹ adoratione dulie q̃ ĩportat cultum venerationis ad ſanctos quorum orationibus adiuuari ſperamus. ¶ Secũdo vero queri poteſt vtrũ licitum ſit habere imagines pſertim cum dñs hoc in iſto precepto prohibere videatur dicens: Nõ facies tibi ſculptile: neqꝫ oẽm ſimilitudinem vnde et Varro dicit aliquos romanos plus ãnis cẽtum. ⁊. lxx. deum abſqꝫ ſimulachro coluiſſe. Ad hoc dicendum ſm Dam̃. ꝙ licitũ eſt hr̃e imagines pꝑter tres cauſas. Pria eſt pꝑter ſimplicium ruditatẽ qui legem neſciunt in codice vt ſaltem legant in pariete: nam qd facit ſcriptura legentibus hoc pictura facit idiotis cernentibus: ⁊ iõ rephenditur ille eps q̃ fregit imagines inconſiderato zelo. de ꝯſe. diſt. iij. c perlatum ẽ. vt ſcribit Greg. papa ſeruio epo maſſilieñ. vide ibidem. Veruntñ non debent adorari imagines put res quedam ſunt qꝛ hoc eſſet idolatrare: ſed inquãtũ ſunt figura alicuius rei. Nam idẽ ẽ mot⁹ quo q̃s fert ĩ imaginem inquãtũ ẽ ſignũ ⁊ in ipam rem cuius ẽ ſignum vel imago: ⁊ iõ eadẽ eſt adoratio qua veneramur imaginem ⁊ rem cui⁹ eſt imago: qꝛ non fiunt imagines ad adorandũ ſed ad memorandum: ⁊ oĩs honor q̃ exhibet imagini. ſm Dam̃. ad prototipum. i. ad illud ad qd eſt imago refertur. Secũda cã ẽ pꝑter affectuum tarditatem vt qui ad deuotionem non mouentur ex auditis ſaltem moueant ex viſis. Tertia cauſa eſt pꝑter memorie labilita

tem: vt ſi audita labant̃ a memoria : ſicut ſepe
cõtingit qđ p vnā aurē intrat p aliā exit: tunc
ſaltē memoriter teneant̃ viſa ⁊ p̄ſentialit̃ de-
picta. Ceterū ob reuerentiā hm̄oi imaginū
dicit lex: ꝙ ſignū ſaluatoris nec in ſolo nec in
ſilice vl̃ in marmoribꝫ hm̄oi poſitis ſculpere
vel pingere licet: C. nemini licere ſignū ſal. l.
vna ꝓhibent̃ etiā irreuerent̃ tractari vl̃ vitu-
perari. lib. vi. de offi. iudi. or. c. ſi canonici. vbi
ſubdit̃: ceterꝝ deteſtabilē abuſum horrēdo in-
deuotionis illoꝝ q̄ crucis btē ꝟginis aliorum
ue ſctōrū imagines vel ſtatuas irreuerēti au
ſu cõtrectātes eas in aggrauationē ceſſatōis
hm̄oi ꝓſternūt in terrā vrticis ſpiniſq; ſuppo
nūt: penitꝰ reprobātes: aliqđ tali fieri de cete
ro reſtrictiꝰ inhibemꝰ ſtatuētes vt in eos qui
cõtrafecerint vltrix ꝓcedat dura ſnīa que de
linquētes ſic grauit̃ puniat ꝙ alios ad ſimili
um p̄ſumptiōe cõpeſcat. ¶ Si ergo q̄rit̃ vtrꝝ
imago chr̄i ſit adorāda. Dicēdū ſm Aſteñ.
li. i. ti. vi. ꝙ ſi conſiderat̃ imago ſm ꝙ ē quedā
res: ſic nullus honor ſibi debetur: ſicut nec ali
cui lapidi vel ligno. vel conſideratur ſm ꝙ ē
imago. ⁊ quia tunc idem motꝰ eſt ī imaginē
inquātū eſt imago ⁊ imaginatū: iō vnus ho-
nor debetur imagini ⁊ imaginato. Cū ergo
chriſtus latria adorat̃ eius imago: ſilr̃ latria
debet adorari: vn̄ Dam̄. dicit. li. iiij. ꝙ honor
imaginis peruenit ad prototypum. i. ad ima-
ginatum. Et ſi obijcitur illud Exod. xxiij. Nõ
facies tibi imaginē nec ſculptā ſimilitudinē.
Ad hoc dicendum ꝙ illud pro illo tp̄e prohi-
bitum eſt in q̊ deꝰ humanā naturā nõ aſſum-
pſerat: cum em̄ tūc deꝰ oīno ſpūs eſſet infigu
rabilis erat: ſecus aūt poſtq̄ naturam huma
nam aſſumpſit. Et ſi dicatur ꝙ imagines hu
iuſmōi nec per vetꝰ teſtm̄ nec p nouū appro
bantur. Dicēdum ꝙ apl̃i multa tradiderunt
q̄ non ſunt in canone inter q̄ eſt vnū de ima-
ginibus. Unde dicit Dam̄. li. iiij. ꝙ lucas chri
ſti ⁊ btē virginis imagines depinxit: ⁊ chriſtꝰ
Abagaro regi imaginem ſuam direxit: vt hi
ſtoria tradit eccleſiaſtica, ac etiam panno im
preſſam veronice tradidit: imo in cõſecratiōe
baſilice lateraneñ. imago ſaluatoris depicta
omni populo romano viſibiliter apparuit tē-
pore cõſtantini imperatoris: in cuius etiā ar-
gumentū. de cõſe. di. iij. c. ſextā ſanctā ſynodū
cum prius agnus in cruce extenſus depingi
ſolebat. iubet hadrianus pa. hūanam imagi-
nem in cruce pro veteri agno depingi: vt cla-
rius patꝫ ibidem in glo. Deniq; vt pateat ꝙ
quicq̄d hm̄oi imaginibꝫ fiat chr̄us ī ſe factū
reputet: Legitur in ſpeculo hiſtoriali ꝙ in vr
be tholoſana: cū ab archiep̄o in die aſſūptio
nis btē ꝟginis marie miſſe ſolēnia agerēt: int̃
miſſe ſecreta vox querula de celo lapſa ē: heu
heu q̄ꝫ dira calamitas ꝙ int̃ ſalutifer̄ filij mei
crucis ſignaculo ſignati gregis ouilia manet
⁊ regnat iudaice gētis ꝑfidia q̄ filiū meū vni
cū lumē ⁊ ſalutē fideliū iā ſcđo ꝯuiciat̃ ⁊ cru-
cis ſupplicio mortificare conat̃: hec cū audiſ
ſet cõi cõſilio decretū ē vt ad domos iudeoꝝ
illiꝰ ciuitatis ꝑgerent: inuētaq; ē imago q̄daꝫ
cerea quā q̄ſi viuentē ad chr̄iane fidei dede-
cus ſputis colaphis ac morte crucis ꝑimere
moliebāt̃: q̄ īuēta chr̄iani dolū ⁊ ꝑfidiā iudeo
rū doluerūt ⁊ oēs mox neci tradiderunt. Si-
militer legit̃ exemplū notabile in legēda exal
tationis ſctē crucis. ¶ Si ꝟo q̄rit̃: vtrū ergo
crux chr̄i in q̄ chr̄s pepēdit ſit adorāda: Ad
hoc rn̄det Aſteñ. vbi ſupra ꝙ crux illa duobꝫ
modis a nobis eſt veneranda. Primo modo
inq̄ꝫtum repreſentat figuram xp̄i in ea exten-
ſi. Alio modo ex cõtactu eius ad chr̄i mēbra
⁊ ex hoc ꝙ eius ſanguine eſt perfuſa: ⁊ vtroq;
mõ adorat̃ eadē adoratiōe cū chr̄o ſcꝫ ado-
ratione latrie: ⁊ iō crucem alloq̄mur ⁊ depre-
camur q̄ſi ip̄m chriſtū. Quidā tamen dicunt
ꝙ ip̄a crux in qua chr̄us pependit inq̄ꝫtum ē
res quedam non adoratur adoratiōe latrie
cum verbo: cū ad ꝑſonā verbi non pertineat
quaſi pars eius: ſꝫ adoratōe hyꝑdulie inq̄ꝫtū
eſt res q̄dā chr̄i rōne cuius adoratur. ſimilit̃
veſtis ⁊ alia q̄ ad chr̄i humanitatē referunt̃:
⁊ hec ē expoſitio Thome. ¶ Si ſcđo q̄ritur
vtrum btā virgo vtpote chriſti mater ⁊ eius
imago inq̄ꝫtū repreſentāt imaginatū ſit ado-
ratione latrie adoranda. Dicendū ſm Aſtē.
vbi ſupra ꝙ non ꝓ eo quod eſt pura creatura
qꝛ tn̄ eſt mater chriſti qđ eſt excellētiſſimū ita
ꝙ nihil excellentius pure creature conueniri
poteſt: ideo ſibi ꝯuenit nõ tātū honor dulie ſꝫ
etiam hyperdulie: qui tn̄ debet̃ excellenti cre
ature: quod nomen ſumit̃ de glo. Hiere. viij:
vbi dicitur dulia maior ⁊ dulia minor: ⁊ quā-
to maior eſt alicui exhibenda reuerentia: tan-
to execrabilior eſt illata contumelia vel irre-
uerentia: nam deo debet̃ proprie reuerentia
ꝓpter eius incomprehenſibilē excellentiam q̄
cõicatur ex aliquibus creaturis: nõ ſm equa-
litatē ſed ſm quandā ꝑticipationem: ⁊ iō ſum̄
ma veneratione veneramur deum: qđ ꝑtinet
ad latriam. Excellenti vero veneratōe q̄ſdā
creaturas excellentes veneramur: vt beatam
virginē qđ pertinet ad hyꝑduliā. i. ſuꝑduliam
alias vero creaturas q̄ndā etiā diuinā parti
cipationē attingētes cõmuni veneratiōe que
dulia vocat̃ veneramur: ⁊ ideo q̄nto btā vir-
go eſt creatura diuina participatione excellē
tior: tāto illiꝰ irreuerētia deteſtabilior. Un̄ le-
git̃ ꝙ quidā Guido clareualleñ. abbas erat ī
ordie multū ſtrenuꝰ ita ꝙ vix aliq̄d qđ cõtra
diſciplinā: ⁊ ſtatū ordinis eē videret̃ diſſimu-
lare poſſet. Die quadā cū eſſet in vna grāgia
rū ſuaꝝ ſederetq; cõtra fornaculā ſuccēſam:
dictū eſt ei ꝙ talis frater inordinate penes ſe
haberet imaginē btē marie virginis depictā
in tabula: interrogatꝰ cõuerſus ſi verꝝ eſſet: cū
negare nõ auderet: abbas ait: ite feſtināter et
deferte mihi imaginē: q̄ cum allata fuiſſet cõ
motus abbas aſpiciēte ꝯuerſo miſit illā ī for-
nacē. Eadē autē nocte eiuſdē curtis horreuꝫ
granis refertū fulmie tactū eſt in cinerē reda
ctum. patuitq; cunctis poſtea ꝙ ob iniuriā ſa
cre icone illatā illa plaga diuinitꝰ ſubſecuta eſt
vltrix īdiſcreti furoris. ¶ Si deniq; q̄rit̃:
vtrū ſanctoꝝ reliq̄e ſunt aliq̊ modo veneran-
de. Dicendū ſm Aſteñ. vbi ſup̄ ꝙ ſic: q̇a ſicut
dicit Augꝰ. de ciui. dei: qui ad aliquē afficitur
ea que ꝺ eo relinquūtur poſt mortē venerat̃:
nõ tantū corpꝰ ⁊ partes corporis ſed etiā reli
qua exteriora: vt veſtes ⁊ ſilia: Manifeſtum
eſt aūt ꝙ ſctōs dei debemꝰ venerari tanq̄ꝫ
chr̄i mēbra: filios ⁊ amicos ⁊ īterceſſores no-
ſtros: ⁊ ideo reliq̄as ſctōꝝ qualeſcūq; in eoꝝ
memoria honore cõgruo venerari debemus
q̇a et ip̄e dn̄s hm̄oi reliq̄as honorat in eoꝝ p̄
ſentia miracula faciēdo. Sciendū tamē ꝙ re
liquie antiq̄ non debēt extra capſas ſuas oſtē
di nec venales exponi: vt patet extra de reli: ⁊
vene. ſctōꝝ. c. cū ex eo. ꝙ q̇dam ſctōꝝ reliq̄as
ſic exponūt venales ⁊ eas paſſim oſtendunt
chriſtiane religioni detractū ſit ſepiꝰ ⁊ ne ipo
ſterū detrahaturꝰ p̄ſenti decreto ſtatuimꝰ vt
antiq̄ reliq̄e ammodo extra capſas ſuas nul-
latenꝰ oſtēdant̃ nec exponant̃ venales. Glo.
quia reliq̄e ſctōꝝ martyrū vendi nõ p̄nt: q̇a
ſacra res eſt nec recipit eſtimationē. ⁊ vēditio
ſine p̄cio non cõſiſtit nec etiā ſpūalia vēdi poſ
ſunt vel ſpūalibꝫ annexa. ¶ Secundo reliq̄e
noue venerari non poſſunt abſq; licētia. Un̄
ꝓſequit̃ ibideꝫ decretalis: inuētas aut nouas
reliquias nemo publice honorare preſumat:
niſi prius auctoritate ſummi põtificis appro-
bate fuerint: cuius rõnem oſtendit ibidem. G.
audiuimꝰ: ꝙ quidā inter vos diabolica frau
de decepti hominē quendā in potatiōe ⁊ ebri
etate occiſum quaſi ſanctū more infideliū ve
nerant̃ cū vix ꝓ talibꝫ in ebrietate ꝑemptis ec
cleſia ꝑmittat orare. Dicit enim apl̃us: ebrio
ſi regnū dei non poſſidebūt: illū etiam nõ pre
ſumatis de cetero colere cū etiam ſi ꝑ eū mi-
racula fierent nõ liceret vobis ip̄m ꝓ ſancto
abſq; auctoritate romane eccl̃ie venerari.
Et h̄ decretū eſt ad cauendū varia figmēta
diabolica: nam miracula quādoq; fiūt ꝑ ma-
los: vt dicit ibidē glo. ideo nõ debet venerari
ꝓ ſancto quiſq̇s miracula facit niſi ab eccleſia
romana priꝰ fuerit ꝑ teſtes legitimos appro-
batꝰ. vnde dicit̃ ꝑma. q. i. c. teneamꝰ fratres
mei vnitatē preter vnitatē etiam qui miracl̃a
facit nihil eſt. In vnitate erat populꝰ iſrael ⁊
non faciebat miracl̃a: preter vnitatem erant
magi Pharaonis ⁊ faciebant moyſi ſimilia:
populꝰ iſrael vt dixi nõ faciebat miracl̃a qui
erant ſaluādi apud deū an qui faciebāt mira-
cula an qui nõ faciebāt ⁊c̄: ¶ Tertio: corpo
ra ſanctoꝝ non ſunt tranſferenda ſine ꝯſilio ⁊
ꝯſenſu principis ep̄oꝝ ⁊ ſancte ſynodi: vt pa-
tet de cõſe. diſt. c. i. corpa. qđ verꝝ eſt cū corpꝰ
traditum eſt perpetue ſepulture. C. de reli. l.
vlti. ꝙ ſi non eſt traditū ꝑpetue ſepulture trāſ-
ferri poteſt ſine auc̄te alicuius. Deniq; ſm
Tho. ij. ij. q. xcvi. ſi reliquias q̇s portat apud
ſe ex fiducia dei ⁊ ſctōꝝ quoꝝ ſunt reliq̄e non
eſt illicitū niſi attēderet ad aliqđ vanū ⁊ ſuꝑ-
ſticioſum dūmodo etiā portās laborat viue-
re vita chr̄iana in gr̄a dei. non eni puto ſctis
gratū eſſe ꝙ eoꝝ reliquie portarent̃ ab his q̄
adhuc remanent in ꝓpoſito peccandi. Un̄ le
git̃ de btō Bern. ꝙ ante cõuerſionē cū iret ſe
mel ſecū detulit reliq̄as ſanctoꝝ martyrū Jo
annis ⁊ Pauli ad latꝰ qui cū carnaliter mo
ueret̃ ⁊ illicitos motꝰ reſtringere nõ conaret̃
reliq̄e ꝑ capſellā dure latus eiꝰ tondere cepe
runt: qđ cum nõ aduerteret ⁊ quieſcētibꝫ mo
tibꝫ tonſio quieſceret: poſt aliq̄s horas cū ite-
rum titillatiōes ſurgerēt renouate ſunt tonſio
nes q̄ſi baiulū increparēt: dicētes: mūdare q̄
fers vaſa dn̄i: nā vaſa dei ſunt corpora ſctōꝝ.
Ad laudem dei omnipotentis.

## ¶ De duabus ſpeciebus ſuperſtitionū ſcꝫ indebito cultu dei ⁊ idolatria ꝑ cultū creaturaꝝ. Sermo. ij.

NOn habebis deos alienos ⁊c̄. Exo. xx. in quibus verbis tria ꝓhibentur: quibus nos vult ab omni idolatria reuocare: quia ſoli deo eſt cultus debitus: vt patet Mathei. iiij. Dominū deū tuū adorabis et illi ſoli ſerujes. Primo nãqꝫ ꝓhibet adorare creaturã ſpiritualem. i. angelos vl' demones quos ponit in ſupremo: prohibēs fieri in illis idolatriã. Unde Orige. in glo. angelos quibus gentes cōmiſit excelſus vocat ſcriptura deos q̄ſi a deo datos. Ps. Ego dixi dij eſtis. Sed iterū dicit. Omnes dij gentiū de. do. autem ce. fe. Secūdo vero ꝓhibet adorare figmentū humane mētis: cū dicit: Non facies tibi ſculptile. i. imagines fictas que nullius rei naturalis ſunt repreſentatiue. Hinc dr̄ pſal. Confundant̄ omnes q̇ adorant ſculptilia ⁊ q̇ gloriant̄ in ſimulacris ſuis: nã ſumma peruerſio eſt ꝙ homo incuruet̄ ad adorandū figmētum ſuū. Tertio deniqꝫ ꝓhibet adorare omnem ſimilitudinē id eſt omnē imaginē rei naturalis que eſt in celo deſuper: vt ſolis: lune ⁊ ſtellarū ⁊ que in terra deorſum: vt hominis: bouis quadrupedū: volucrū: ſerpentū ⁊ eorū que ſunt in aquis ſub terra id eſt piſcium ⁊ ſimilium. Non inquit adorabis ea ſcꝫ actu exteriori: neqꝫ coles: ſcꝫ affectu interiori: cū eni ex duplici natura cōpoſiti ſumus: ſcꝫ intelligibili ⁊ ſenſibili: duplicē adorationē deo offerimus ſcꝫ ſpiritualē q̄ conſiſtit in interiori mentis deuotiōe: ⁊ corporalē que conſiſtit in exteriori corporis humiliatiōe: ⁊ exterior fit propter interiorē vt ꝑ ſigna humilitatis q̄ corporaliter exhibemꝰ: affectus noſter excitet̄ ad ſubijciendū ſe deo: q̇a ꝯnaturale eſt nobis vt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamꝰ: et hec duo ꝓhibentur fieri creaturꝫ cultu latrie.

A Ad maiorē euidentiã ſciendū ſm̄ Tho. ſecūda ſecūde. q. xciiij. ꝙ antiquitꝰ diuerſimode diuinꝰ cultus idolis exhibebat̄. Quidã enim per quandã nephariã artē imagines q̄ſdam cōſtruebant que virtute demonū aliq̄s certos effectꝰ habebant: vnde putabãt in ipſis imaginibꝰ aliquid diuinitatis eſſe: et ꝑ cōſequēs eis diuinus cultus deberet̄: ⁊ hec fuit opinio Hermetis termegiſti. vt Auguſtinus viij. de ciuitate dei dicit. In cuiꝰ argumentū Geñ. xxxi. dicūt aliqui doctores: ꝙ vbi tranſlatio noſtra habet idola: in hebreo habet̄ theraphin: ⁊ ſic exponitur Judicū. xvij. adduntqꝫ ꝙ theraphin ſunt imagines quedã facte partim per aſtronomiã: partim per necromantiã. Doctores autē hebrei dicūt ꝙ eſt caput alicuius pueri primogeniti interfecti ⁊ ſacrificati demoni quod p̄ciſum ſalſat̄ ⁊ aromatibus cōditur vt poſſit diu ꝑmanere: ſuper cuius linguam in aurea lamīa ponitur nomē alicuius demonis ⁊ dat reſpōſa: non tamē intelligendum eſt ꝙ talia virtutē habēt dandi reſponſa niſi inquantū deus ꝑmittit: quod frequenter contingit ꝓpter peccata hominū talibus credentiū: nã quia demerent̄ ꝙ ſuis deceptionibus capiãtur: ideo deꝰ talia permittit: diabolus igitur per caput illud reſponſa dabat et ſic credeuãt ineſſe aliq̄d diuinitatis. Alij vero nō exhibebãt cultū diuinitatis ipis imaginibus ſed creaturis quarū erant imagines: ⁊ vtrūqꝫ eorū tangit aplu̅s Roma. ꝑmo. nam quantū ad primū dr̄. Cōmutauerūt gl̅iaꝫ incorruptibil' dei ſil̄itudinē corruptibil' imaginis hominis ⁊ volucris ⁊ q̄drupedū atqꝫ ſerpentum. Quãtū vero ad ſecundū ſubdit: Coluerunt ⁊ ſeruierūt creature potius q̄ꝫ creatori. Quidã eni eſtimabãt quoſdam hoies fuiſſe deos q̊s per eoꝝ imagines coluerūt. ſicut Jouem: Mercuriū ⁊ alia hmōi portēta. Quidã etiã eſtimabãt totū mundū vnū eſſe deū non ꝓpter corporalē ſubſtantiã ſꝫ ꝓpter aiam quã ineſſe putabãt dicētes deū nihil aliud eſſe q̄ꝫ aiam motu ⁊ rōne mundū gubernantē: ſicut homo ſapiēs dr̄ non ꝓpter corpus ſed ꝓpter aiam: ⁊ ſic putabãt toti mundo cūctiſqꝫ partibus eiꝰ eē cultū diuinitatis exhibendū. ſ. celo aque: aeri: terre ⁊ oibꝫ hmōi: ⁊ ad h̓ referebãt noīa ⁊ imagīes deoꝝ: ſicut Uarro dicebat: ⁊ Augꝰ. narrat. vij. de ciui. dei. Uñ. iiij. Regū. xvij. legit̄ ꝙ adorauerūt oēm miliciã celi. ſ. ſolē: lunã: ⁊ ſtellas: cōſecrantes etiã filios ſuos. Et Ezech. viij. Uidit in tēplo depictã oēm ſimilitudinē aīaliū in circuitu parietū ita vt nulla eſſꝫ beſtia quã nō pictura mōſtraret vt dr̄ glo. ⁊ h̓ vſqꝫ hodie cernimꝰ ī ꝓphanis gētilibꝫ vbi cuncta gn̄a beſtiaꝝ adorat ſtulta religio. Unde ⁊ Eſa. ij. dr̄ ꝙ talpas ⁊ veſpertiliones adorabãt. Alij vo ſicut Platonici poſuerūt vnū eſſe ſummū deū oium cãm poſt quē poſuerūt eſſe q̄ſdã ſubſtãtias ſpūales a ſummo deo creatas q̄s deos nomīabãt participatione ſcꝫ diuinitatꝫ q̊s ⁊ nos angelos dicimus. Poſt q̊s ponebãt aīas celeſtiū corpoꝝ ⁊ ſub his demones q̊s dicebãt eſſe aerea q̄daꝫ aīalia ⁊ ſub his ponebãt aīas hoīum quas per virtutis meritum ad deorū vel demonum ſocietatē aſſumi credebant: ⁊ omnibꝫ his cultū deitatis exhibebant: vt refert Aug. viij. de ciui. dei. ⁊ oīa hec ꝑtinēt ad ſuꝑſtitionē idolatrie.

B Notandū igit̄ ꝙ q̄ꝫtū ad ꝑmã particulã huiꝰ p̄cepti ꝓhibent̄ omes ſuꝑſtitiōes: de quibꝫ dr̄. xxvj. q. ij. c. illud. vbi dicitur ſuꝑſtitioſuꝫ eſt quicq̇d inſtitutū eſt ab hominibꝫ ad facienda idola ⁊ colenda ꝑtinens vel ad colendū ſicut deū creaturã ꝑtēue vlle creature vel ꝑtinens ad cōſultationes ⁊ pacta quedam ſignificationū cū demonibꝫ placita atqꝫ federata ⁊c̄. multa que ibi ꝓſequit̄ ⁊ ſic generaliter ſuꝑſtitio eſt cultus indebitus tranſgrediens mediū virtutis que eſt in religione. Et ꝑmo quidē ſm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xciij. pōt eē ſuꝑſtitio ex ꝑte obiecti vel finis: qꝛ pōt diuinus cultus exhiberi vel vero deo ſed mō indebito ⁊ ſic eſt prima ſpēs ſuꝑſtitiōis: vt ſi q̇s tꝑe gr̄e coleret deū ſm̄ ritū veteris legis: vel exhibet̄ diuinꝰ cultꝰ cui nō debet exhiberi. ſ. cuicūqꝫ creature. ⁊ hoc eſt ſm̄ genus ſuperſtitionis qd̄ diuidit̄ in multas ſpēs ſcd̄m diuerſos fines diuini cultus. Primo nãqꝫ ordinat̄ diuinus cultus ad reuerentiã exhibendã deo ⁊ ſm̄ hoc prima ſpēs huius generis eſt idolatria que diuinã reuerentiã indebite exhibet creature. Scd̄o ordinat̄ ad hoc ꝙ hō inſtruat̄ a deo quē colit ⁊ ad hoc ꝑtinet ſuꝑſtitio diuinatiua q̄ demones ꝯſulit per aliq̄ pacta cū eis inita tacite vel expreſſe. Tertio ordinat̄ diuinus cultus ad quandã directionē humanoꝝ actuū ſm̄ inſtituta dei qui colitur et ad hoc ꝑtinet ſuꝑſtitio quarundam obſeruantiaꝝ que tria tanguntur in decret. vbi. ſ.

## ¶ De potiſſimo actu fortitudinis ſcȝ martyrio ⁊ de his que requirun tur ad martyrium q̄ȝtū ad materiaȝ ⁊ cauſam. Sermo xiiij.

Memento vt diem ſabbati ſā
ctifices: Exo. xx. Nunc autem ordie
congruo đ actu potiſſimo ipſius for
titudinis proſequamur q̄ ē ipm martyrium.
A De quo q̄ri pōt vtrū martyriū ſit actus
virtutis: ꝑſertim cū actꝰ virtutis debet eē vo
luntarius ⁊ licitꝰ: martyriū aūt fuit aliqñ non
voluntariū: vt patet de innocentibus ꝓ chri-
ſto occiſis: Aliquādo etiā illicitū: vt patet ī q̄
buſdam feminꝭ q̄ ſeipſas necauerūt ad cōſer
uandam pudicitiā de quibus dicit Augu. j.
de trini. ꝙ quedam ſancte femine in tpe ꝑſe-
cutionis vt inſectatores ſue pudicitie deuita-
rent ſe in fluuiū ꝓiecerūt: eo ꝙ modo mortue
ſunt ⁊ eaꝝ martyria in ecclīa catholica vene-
ratione celeberrima frequentant̄: nec etiam
videtur eſſe actus vnīꝰ virtutis ſed plurima-
rum. vt fidei: charitatis: fortitudinis ⁊ patien
tie. Ad hoc reſpondet Tho. ſcđa ſcđe queſt.
cxxiiij. ꝙ ad virtutem pertinet ꝙ aliq̄s in bo-
no rationis conſeruetur. Bonum igit̄ ratiōis
conſiſtit in veritate ſicut in ꝓprio obiecto. ⁊
in iuſticia ſicut in proprio effectu pertinet au
tem ad rationem martyrij vt aliquis firmiter
ſtet in veritate ⁊ iuſticia contra perſequenti
um impetus nec eas deſerat propter immi-
nentia pericula mortis que quaſi in quodam
certamine particulari a perſecutoribus imminent: vnde de martyribus dicit Cyprianus
in quodam ſermone: Vidit admirans preſē-
tium multitudo celeſte certamen: et in prelio
ſteтiſſe ſe ſeruus chriſti: voce libera: mente in
corrupta: virtute diuina. vnde manifeſtum
eſt ꝙ martyrium eſt actus virtutis: et licet ad
actum virtutis vt deo reddatur acceptabi-
lis liberum arbitrium requiratur ī his q̄ vſū
rationis habent: q̄ȝuis rarum inuenit̄ mar-
tyrium qđ non ex aliqua ſuppoſitione fuit co-
actum: eo ꝙ multi martyrium declinaſſent ſi
ſine peccato potuiſſent: vt patet latius in ſer-
monibus de diuerſis in vltimo ſermone. Ta
men martyrij gloriam quam in alijs propria
voluntas meretur: innocentes occiſi per inef
fabilem dei gratiam dei ſunt aſſecuti: et effu-
ſio ſanguinis propter chriſtum gerit vicem
baptiſmi: vnde ſicut in pueris baptizatis per
gratiam baptiſmalem meritum chriſti ope-
ratur ad gloriam obtinendam: ſic etiam occi
ſis propter chriſtum meritum martyrij chri-
ſti operatur ad palmam martyrij conſequen
dam. Hinc dicit Auguſtinus in ſermōe quo
dam alloquens eos. Ille de veſtra corona
dubitabit in paſſione pro chriſto. qui etiam ꝑ
uulis baptiſmum prodeſſe non eſtimat: chri
ſti non habebatis etatem qua impaſſurum
chriſtum crederetis: ſed habebatis carnem
qua pro chriſto paſſuro paſſionem ſuſtinere-
retis. hec ille. Rurſum de feminis que ſeipſas
necauerunt credendum eſt: ꝙ ſicut dominus
precepit abrae occidere ⁊ immolare filiuȝ ſu
um: nec per hoc reus iudicabatur filicidij cō
ſtrictus precepto domini qui eſt auctor vite ⁊
mortis: ſicut dicit Auguſti. j. de trini. poſſibile
fuit ꝙ aliquibus fidedignis teſtificationibus
diuina ꝑſuaſit auctoritas eccleſie: vt dictaruȝ
ſanctarū memoriam honorarēt: que inſtinctu
diuino propriā virtutē necauerūt. ¶ Deniq;
licet ſubire martyrium ſit actus quatuor vir
tutum: ſcilicet charitatis vt imperantis. quia
dicit Maximus in ſermone ꝙ charitas chri
ſti in martyribus ſuis vicit: ⁊ fortis ē vt mors
dilectio: vt dicitur in Canticis: ſine qua etiaȝ
charitate nec martyrium prodeſſet. iuxta il-
lud. j. Corinthioꝝ. xiij. Si tradidero corpus
meum ita vt ardeam charitatem autem non
habuero nihil mihi prodeſt: ſic etiā charitas
cooperat̄ in omnibus virtutibꝫ ⁊ actibꝫ meri
torijs. Scđo eſt actus fortitudinis vt timorē

excludẽtis ⁊ actū eliciẽtis. Hic dr̄ ad Heb.
xj. Fortes facti ſunt ī bello. q̄a fortitudo ſe hȝ
vt motiuū ꝓpriū ꝑ modū ꝟtutꝫ eliciẽtis ſic cha
ritas ſe hȝ vt motiuū p̄mū ⁊ principale per
modū ꝟtutis imperãtis. Tertius ē actus fi-
dei vt in deo tanq̄ȝ in vltimo fine cõfirman-
tis: nā fides ꝓponit obiectū fortitudinis. i. ſū-
mū bonū ⁊ in martyrio hō ꝯſtant̄ ꝯfirmat̄ in
bono diū ꝓpter iminentia ꝑicula mortis fideȝ
⁊ iuſticiā nõ deſerit. Nec mirꝫ q̄r ſi fortitudo
ciuilis ⁊ acq̄ſita firmat animū hominis ī iuſti
cia hūana ꝓpt̄ cuius cõſeruationē ꝑicula mor
tis ſuſtinet: multo magis fortitudo ſpūalis et
gratuita firmat animū in bono iuſticie dei q̄ ē
per fidē chriſti: vt dr̄ ad Ro. iij. ⁊ ſic martyriū
comparat̄ ad fideȝ ſicut ad finē. ſicut in q̄ ali
quis firmatur. Nam in actu fortitudinis duo
ſunt: vnum eſt ipſa firmitas q̄ q̄s nõ cedit cõ-
trarijs prohibentibus ab illo bono: ⁊ in hoc
conſiſtit eſſentia fortitudinis. Aliud eſt bonū
in quo fortis firmatur: ⁊ hoc eſt fortitudinis
finis q̄d bonum oſtendit illi fides. Quarto ē
actus patientie vt ſuſtinentis ⁊ ſic ꝯcomitan
ter in martyribus patientia cõmendat̄: de q̄
videbitur infra. Magis ꝓprie tñ attribuitur
martyriū actui fortitudinis q̄ ꝯfirmat homi-
nem in bono vſq̄ ad mortē incluſiue malis
reſiſtendo. B Secundo vero q̄ri pōt vtrū
martyriū ſit actus maxime ꝑfectiõis: ꝑſertim
cum id ad ꝑfectionem vite ptinere videat̄ q̄d
cadit ſub conſilio nõ ſub precepto: ſed marty
rium videtur eſſe de neceſſitate ſalutis: quia
dr̄ Ro. x. Corde creditur ad iuſticiā ore aūt
⁊c̄. Eciterum: j. Joh. iij. Si chriſtus pro no-
bis animam ſuā poſuit: ⁊ nos debemus ani-
mā ponere ꝑ fratribus. Ad hoc dicēdū q̄ vt
dictū eſt in martyrio ſunt quatuor actus vir-
tutum. Prout igitur martyriū eſt actus elici-
tus a fortitudine: nõ eſt actus maxime virtu-
tis ⁊ perfectionis ſicut nec fortitudo a q̄ mar
tyrium elicitur ea excellentior inter virtutes
vt predictum eſt. Secundo vero ꝓut eſt act⁹
ad fidem ⁊ delectionem ordinatus. ſic etiam
nõ eſt maxime ꝑfectõis actus ſȝ finis ad quē
ordinat̄ ē perfectior martyrio. ſ. bonū diuinū
vel fides chriſti vel dilectio. Tertio ꝓinde ꝓ
ut eſt ꝑ patientiā toleratus nõ eſt maxīe ꝑfec-
tionis: ſicut nec patiētia qua talis tolerantia
demõſtratur ꝓut videbit̄ infra. Quarto deni
q̄ ꝓut eſt act⁹ iꝑat⁹ a charitate: tunc inter
omnes actus virtutū magis oñdit ꝑfectionē
charitatis: q̄r tāto magis oñdit quis aliquaȝ
rem amare. quanto ꝓ ea rē magis amatā cõ
temnit ⁊ rē magis odioſam eligit pati: ſed in
ter omnia bona p̄ſentis vite homo maxime
diligit ꝓpriaȝ vitā ⁊ ecõtra maxime odit mor
tem precipue cū doloribꝫ corporaliū tormē-
torum: quorꝫ metu ⁊ bruta aīalia a maximis
voluptatibus abſtrahunt̄: vt dicit Augu. in
li. lxxxiij: q. Hinc ait domin⁹ Joh. xv. Maio
rem hac charitatem nemo habet vt animam
ſuā po. ⁊c̄. Nec cadit martyriū ſub precepto
abſolute quaſi debitū ſed conditionatū: vt di
cit Tho. ī. iiij. quodl̄. q. xx. ſ. quo ad p̄paratio
nem animi: q̄r homo debet animum habere
preparatū q̄ prius ſe ꝑmitteret occidi q̄ȝ chri
ſtum negaret vel mortaliter peccaret: ſicut ēt
illud. Math. v. Si quis te percuſſerit ī vnā
maxillam prebe ei ⁊ aliam. preceptum ē ſm
preparationē animi ſcȝ ſi op⁹ eſſet ⁊ ſal⁹ ali
orum exigeret: patienter aliam alapā ſuſtine
ret. ⁊ ideo non eſt contra ꝑfectionē martyrij ſi
in aliquo caſu ſit de neceſſitate ſalutis. ¶ Ter
tio principaliter queri pōt de ſupplicio quo
martyrium ꝑficit̄: vtrū. ſ. ad completū marty
rium requirat̄ pena mortis: preſertim cū dic
Grego. q̄ ſine ferro martyres eſſe poſſumus
ſi patientiam veraciter ī anima ſuam⁹ ⁊ ma
xime q̄r Hiero. dicit in ſermone de aſſumpti
one. Recte dixerim q̄ dei genitrix virgo ⁊
martyr fuit: q̄uis in pace vitam finiuit: vnde
⁊ beati marcelli pape martyrium celebratur
qui tamē fuit in carcere mortuus. Ad hoc re
ſpondet Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. cxxiiij. q̄ martyr in
greco eſt idem q̄ teſtis latine: q̄r martyres te
ſtimoniū reddunt fidei chriſtiane iuxta illud
Act. j. Eritis mihi teſtes ⁊c̄. Hic dicit Ma
ximus in ſermõe q̄dā: q̄ mater martyrij fides
catholica eſt. in quā illuſtres athlete ſuo ſāgui
ne ſubſcripſerūt ꝑ quā fidē nobis viſibilia ꝓ i-
uiſibilibꝫ ꝓponunt̄ cõtēnenda: vt dr̄ ad Heb.
xj. Ad martyriū ḡ pertinet vt homo teſtifice
tur fide oſtendens ope ſe cuncta p̄ſentia con
tēnere vt ad futura ⁊ inuiſibilia bona ꝑueniat
q̄ȝdiu autē homini remanet vita corporalis
nõdum opere oſtendit ſe tēporalia cuncta de
ſpicere. Conſueuerunt eñ homines ⁊ cõſan
guineos ⁊ omnia bona poſſeſſa contemnere:
⁊ etiam dolores corporis pati vt vitā conſer
uent: vnde ⁊ ſathan ꝯ Job induxit Pellem
pro pelle ⁊ cuncta que habet homo dabit ꝓ
anima ſua. i. pro vita corporali: ⁊ ideo ad per
fectam rationē martyrij requirit̄ q̄ aliq̄s mor
tem pro chriſto ſuſtineat. ¶ Martyrium ḡ
dupliciter ſumi pōt. Primo ſimilitudinarie vł
imꝑfecte ⁊ ſic Bern. in q̄dā ſermone marty-
riū accepit. dicēs: Q̄d martyriū grauius ē q̄ȝ
inter epulas eſurire īter veſtes multas ⁊ p̄cio
ſa idumēta algere: īter diuitias paupertate p̄
mit. Et ſic ꝓ martyrio accipi q̄cq̄d aduerſi-
tatꝫ ac penalitatꝫ cura mortē ex charitate pro
deo tolerat̄. Scd̄o ꝟo ſumit̄ ꝓprie ⁊ ꝑfecte:
cū ſcȝ ex charitate q̄s mortem ſuſtinet ꝓpt̄
chriſtum: Unde aliq̄s non dr̄ proprie vel effi
citur martyr ꝓpter tolerantiam contumeliarꝫ
plagarum carcerꝫ: exilij: rapie: diuitiarū ⁊ ſi-
milium: niſi forte ſm q̄ mors ſeq̄tur ex predi
ctis: lȝ actus martyrij multum meritorius eſt
ēt ī his q̄ poſt mortalia vulnera pro chriſto ſu
ſcepta: vel quaſcunq̄ alias tribulatiões pro
chriſto ſuſceptas continuatas vſq̄ ad mortē
quas a ꝑſecutoribus pro fide chriſti patiunt̄
diu viuunt: ſic ēt eodem tempore idem act⁹
meritori⁹ ē quo hm̄õi afflictiões patiuntur.
C Quarto p̄ncipaliter queri pōt: de cauſa
legitima ipſius martyrij: qua ſcȝ act⁹ tam ex
cellens meritorius reddatur. vtrum ſcȝ ſola
fides ſit cauſa martyrij: preſertim cum dr̄. j.
Pet. iiij. Nemo veſtrum patiat̄ quaſi homi-
cida: aut fur: aut aliq̄d hm̄õi. Si autē vt chri
ſtianus non erubeſcat glorificet autem deum
iuſto nomīe: ſed ex hoc dr̄ aliq̄s chriſtianus
q̄ tenet fidē chriſti. Et Maximus ī ſermõe
mater martyrij fides eſt catholica. Ad hoc
reſpondet Tho. vbi ſ. q̄ martyres dicūtur
quaſi teſtes: q̄r ſcȝ corporalibus ſuis paſſioni
bus vſq̄ ad mortem teſtimonium veritati ꝑ-
hibēt: ⁊ non cuicūq̄ ſed veritati que ſm pie-
tatem eſt ⁊ que ꝑ chriſtum nobī itonuit huiuſ
modi autem eſt veritas fidei ⁊ ideo cuiuſli-
bet martyrij cauſa eſt veritas fidei. Sed ad
fidei veritatem non ſolum pertīet ipa credu-
litas cordis ſed etiaȝ exterior p̄ſtatio que q̄
dē nõ ſolū fit ꝑ verba q̄bꝫ aliq̄s cõfitet̄ fidē ſ
etiam per facta q̄bus aliq̄s ſe fidem habere
demonſtrat. ſm illud Jaco. ij. Ego oſtēdam
tibi ex operibus fidem meam. Hic per oppo
ſitum dr̄ de q̄buſdam ad Titum. j. Confiten
tur ſe noſce deum factꝫ autem negant: ⁊ ideo
omnium ꝟtutum opera ſm q̄ referuntur ī de-
um: ſunt quedam proteſtationes fidei per q̄ȝ
nobis inoteſcit: q̄ deus huiuſmodi opera req̄
rit: ⁊ nos pro eis remunerat: ⁊ ſm hoc poſſūt
eſſe martyrij cauſa: ⁊ ideo vt chriſtianus pa
titur non ſolum q̄ patitur pro fidei confeſſiõe
que fit per verba: ſed etiā quecunq̄ patitur
pro quocunq̄ bono opere faciēdo: vel pro q̄-
cunq̄ peccato ꝓ chriſto vitando: q̄r hoc totū
pertinet ad fidei p̄ſtationē: Ex q̄bus oībus
concluditur: q̄ ꝓpria cauſa martyrij eſt bonuȝ
diuinum ſiue mortem q̄s tolerat pro confeſſi
one fidei que fit per verba: ſiue pro quocūq̄
opere bono faciendo vel promouendo ſiue ꝓ
quocunq̄ malo pro chriſto vitando vel im-
pediendo: ⁊ in his tribus omne genus mar-
tyrij includitur vel cõprehenditur. Unde ge
neraliter quis octo de cauſis martyr efficit̄.
Primo pro fide catholica: ſicut beatus Ste-
phanus ⁊ quaſi infiniti martyres. Secundo
pro ſalute populi: vt chriſtiani: vt Sebaſtia-
nus qui diu religionem chriſtianam abſcon-
dens ſub chlamide militari: tandem ad ꝯfor
tandum puſillanimes in martyrio ſe manife-
ſtauit. Tertio pro iuſticia: vt Abel. Quarto
pro lege dei ꝯſeruāda: vt Machabei. Quin-
to pro chriſto: vt innocētes Sexto ꝓ obiurga
tione vel reſiſtentia peccati: vt Johannes ba
ptiſta ⁊ Mattheus euangeliſta. Septimo ꝓ
aſſertione veritatis: vt Eſaias. Hieremias.
Octauo pro libertate ⁊ defenſiõe eccleſie. vt
Thomas cantuarienſis: Et ſi obijcit̄ q̄ tho-
mas pro bono humano paſſus eſt. ſ. ꝓ rebus
eccleſie. Dicendū q̄ ex quo bonū humanuȝ
poteſt effici diuinū: ideo ſi referatur in deum
poteſt eē q̄dcunq̄ bonum humanū martyrij
cā ſm q̄ in deū refertur: Ad lau. dei:

## ¶ De partibus integralibus fortitudinis que ſunt magnanimitas magnificentia: ⁊ de vitijs eiſdem oppoſitis. Sermo. xv

m Emento vt diem ſabbati
ſan. Exo: xx. Poſt diſcuſſionem
virtutis q̄ fortitudo dicitur: vidē
dum eſt de eius partibus q̄s Tullius in ſua
rethorica quatuor eſſe enumerat: q̄ ſunt ma-
gnificentia: fiducia: patientia: ⁊ ꝑſeuerantia.
¶ De q̄bus primo generalit̄ q̄ri pōt vtrū ille
partes a Tullio ſunt ſufficienter enumerate
preſertim cum Macrobius ponit ſeptē eſſe
ptes ſit ⁊ Andronic⁹. Ariſtoteles etiaȝ in. iij.
Ethicorꝫ. ponit quinq̄ modos fortitudinis:
Quaruȝ prima ē politica q̄ fortiter opat̄ ꝓpt̄
timorem exhonorationis vł pene. Scd̄a ē mi
litaris q̄ fortiter operatur ꝓpter artē ⁊ expe-
rientiam rei. Tertia ē q̄ ſfortit̄ opatur ꝓpt̄
furorē ⁊ iram. Quarta ē q̄ fortit̄ opatur pro

pter cõſuetudinem victorie. Quinta eſt q̄ foꝛtiter opaꝛ ꝓpter ignoꝛantiam piculoꝝ. Ad h̄ rn̄det Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. cxxviij. ꝙ alicuiꝰ virtutis pn̄t eē triplices ptes. ſ. ſubiectiue: integrales ⁊ potētionales. Foꝛtitudini ergo ſm ꝙ ē ſpecialis virtus: non poſſunt aſſignari ptes ſubiectiue. eo ꝙ non diuidiꝛ in virtutes multas ſpē differentes. qꝛ ē circa materiā valde ſpēalem. Aſſignantur autē ei ptes q̄ſi integrales ſm ea q̄ opoꝛtet concurrere ad actū foꝛtitudinis: ⁊ potētionales ſm ea q̄ foꝛtitudo obſeruat circa difficilia. ſ. circa pericula moꝛtis. Aliq̄ aūt ꝟtutes obſeruāt circa q̄dam alias materias minus difficiles: q̄ ꝟtutes adiūguntur foꝛtitudini ſicut ſecūdario pꝛincipali. Pꝛo quo ſciēdū ꝙ duplex ē actꝰ foꝛtitudinis. ſ. aggredi ⁊ ſuſtineꝛ. Ad actū aggrediēdi duo requirunꝛ q̄ꝝ pꝛimū ptinet ad animi p̄parationem. ſ. vt aliq̄s pmptū animū habeat ad aggrediendum ⁊ q̄ꝫtū ad h̄ ponit Tullius fiduciā. Vn̄ dic̄ ꝙ fiducia ē p quā magnis ⁊ honeſtis rebꝫ multū ipe animꝰ in ſe fiducie cū ſpe collocat: ſcd̄m aūt pertinet ad opis executionē: ne q̄s deficiat in executiōe illoꝝ q̄ fiducialiter inchoauit: ⁊ q̄ꝫtū ad h̄ ponit magnificentiā: de q̄ dicit ꝙ magnificētia ē reꝝ magnarū ⁊ excelſarum cū animi ampla quadā ⁊ ſplēdida ꝓpoſitione cogitatio atq̄ꝫ adminiſtratio id eſt executio: vt ſcꝫ amplo pꝛopoſito nō deſit executio. Hec igitur duo ſi coartanꝛ ad ꝓpriā materiā foꝛtitudinis. ſ. ad pericula moꝛtis erunt quaſi ptes integrales ipſius: ſine quibus foꝛtitudo eſſe non pōt: ſi ꝟo referanꝛ ad aliquas alias materias in quibus eſt minus difficultatis: erunt virtutes diſtincte ſm ſpeciem a foꝛtitudine: tn̄ adiungenꝛ ei ſicut ſecundarium p̄ncipali: ſicut a pho in. iiij. ethic̄. magnificentia ponitur circa magnos ſūptꝰ ⁊ magnanimitas q̄ videtur eſſe fiducie idem circa magnos honoꝛes. Ad ſecūdū aūt actū qui ē ſuſtinere ſilr̄ duo requiruntur: vnū ē ne difficultate maloꝝ imminentiū frangaꝛ animus per triſticiā ⁊ decidat a ſua magnitudine: ⁊ q̄ꝫtum ad hoc ponit paciam: de qua dic̄ Patientia ē honeſtatis ⁊ vtilitatis cā: rerum arduarum ⁊ difficiliū voluntaria ⁊ diuturna ppeſſio. Aliud eſt vt ex diuturna paſſione difficiliū homo n̄ fatigeꝛ vſq̄ꝫ ad hoc ꝙ deſiſtat: iuxta illud Heb. xij. Vt non fatigemini animis veſtris deficiētes: ⁊ q̄ꝫtū ad h̄ ponit pſeuerantiam de qua dicit. Perſeuerātia eſt i ratione bene conſiderata ſtabilis ⁊ ppetua manſio: Hec ergo duo ſi coartantur ad ꝓpriā materiā foꝛtitudinis erūt ptes q̄ſi integrales ipſius. Si aūt ad q̄ſcūq̄ꝫ materias difficiles referanꝛ: erūt ꝟtutes a foꝛtitudine diſtincte: et tn̄ eidē adiungenꝛ ſicut ſecūdarie pꝛincipali ⁊ p h̄ pꝫ ꝙ ptes integrales foꝛtitudinis ſunt a Tullio ſufficiētur enumerate. Tres aūt ꝟtutes que addunꝛ a Macrobio ⁊ Andꝛonico: ſub illis q̄tuoꝛ ꝯpꝛehendunꝛ. Pꝛo q̄ nota ꝙ macrobius ponit tolerantiā loco patientie ⁊ firmitatē loco pſeuerantie. Andronicꝰ aūt pōit leniā loco patie: d̄ q̄ dic̄ ꝙ lenia ē habitꝰ pꝛouidus tribuens ad conari q̄lia optet ſuſtinere que rō dicit ⁊ vtilitatē loco fiducie: de q̄ dicit. Virilitas ē habitꝰ p ſe ſufficiēs imbutꝰ in his q̄ ſunt ſm virtutem. Inſup ſuperaddit Macrobius magnanimitatem ⁊ ſecuritatē q̄ a Tullio ſub fiducia cōpꝛehēdunꝛ: ſꝫ Macrobius magis per ſpecialia diſtinguit: qꝛ fiducia pertinet ad ſpei certitudinem: magnanimitas vero ad magnitudinem rei ſperate: ſpes aut firma eſſe nō poteſt niſi amoueatur contrarium. ſ. timoꝛ q̄ ſpei quodāmō ꝯriatur: ⁊ iō addit ſecuritatem q̄ excludit timoꝛem: ſecundo addit conſtantiā q̄ ſub magnificentia compꝛehendi pōt: optet em̄ in his q̄ magnifice q̄s facit animum habere cōſtantē. Vel pt ſub pſeuerantia compꝛehendi: ex eo ꝙ ꝯſtās non deſiſtit ꝓpter q̄cunq̄ꝫ repugnantia. Andronicus etiam ponit magnanimitatē cū macrobio. Ponit etiam eupſychiam qd̄ diciꝛ bona animoſitas. ⁊ videꝛ idē eſſe qd̄ ſecuritas: dicit em̄ ꝙ eſt robur anime ad pficiendū opa ipſius. Tertio magnificentie addit andragathiam de q̄ dicit ꝙ andragathia eſt veri ꝟtꝰ adinuentiua cōmunicabiliū opm q̄ſi virilꝭ bonitas q̄ apud nos ſtrenuitas dici poteſt. Ad magnificentiam em̄ ptinet non ſolū ꝙ hō cōſiſtat in executione magnoꝛum opeꝝ pertinet ad conſtantiam ſed etiam vt cū q̄dam virili prudentia ⁊ ſollicitudine exequatur ea: qd̄ ptinet ad andragathiā ſiue ad ſtrēnuitatem: ⁊ ſic omnes ille ptes in q̄tuoꝛ pꝛincipales reducuntur. Poꝛro q̄nq̄ꝫ poſita ab Areſto: deficiunt a vera rōne virtutis: quia licet cōicant in actu foꝛtitudinis: differunt tn̄ in motiuo. ⁊ iō non ponuntur partes ſed modi foꝛtitudinis.

¶ Scd̄o pꝛincipalr̄ q̄ri pōt in ſpēali: ex q̄ fiducia nō poteſt ꝓpꝛie loquēdo noīare virtutē aliquā ſed conditionē aliquā virtutis noīare pt: ⁊ ꝓpter h̄ a Tullio nominatur iter ptes foꝛtitudinis: non quaſi virtus adiuncta niſi ſm ꝙ accipitur pꝛo magnanimitate: que poniꝛ a Macrobio ⁊ Andronico pars itegralis foꝛtitudinis. Vtrum ſcꝫ magnanimitas que ſcꝫ pꝛomptū reddit animū ad aggrediendū difficilia ſit virtus aliqua ⁊ pars foꝛtitudinis: pꝛeſertim cum nulla virtus opponatur alteri virtuti: ſed magnanimitas opponiꝛ humilitati: qꝛ magnanimitas que eſt circa honoꝛes dignū ſe reputat magnis: ⁊ etiam alios cōtemnit: vt diciꝛ in. iiij. Ethico. Cum humilitas in contrariū eſt circa abiectiones pꝛopꝛias contemnens ſeipſum ⁊ alios honoꝛans. Ad hoc dicendū ſm Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. cxxix. ꝙ ad rationē humane virtutis pertinet vt rebus hūanis bonū rationis ſeruetur: qd̄ eſt ꝓpꝛiū hoīs bonū. Inter ceteras ergo res humanas exterioꝛes pꝛecipuū locū tenent honoꝛes: ⁊ ideo magnanimitas que modum rōnis ponit circa magnos honoꝛes eſt virtus. Et qꝛ eſt circa materiā determinatam ſcꝫ honoꝛes: cū honoꝛ ſit quoddā ſpeciale bonū: ideo magnanimitas ſm ſe conſiderata eſt virtus quedā ſpecialis. Sed quia honoꝛ eſt etiā cuiuſlibet virtutis pꝛemiū: ideo ex cōſequenti rōne ſue materie reſpicit omnes virtutes. Nec etiam opponitur humilitati magnanimitas: qꝛ in hoīe duo reperiunꝛ: nam ibidem inueniꝛ aliqd̄ magnū qd̄ ex dono dei poſſidet: magnanimitas ergo facit ꝙ hō ſe magnis dignificet: ſm conſiderationē donoꝝ que poſſidet ex deo: ſicut ſi habet magnā virtutē animi magnanimitas facit qd̄ ad perfecta opa virtutis tendat. Et ſimiliter dicendū eſt de vſu cuiſlibet alterius boni: puta ſcientie vel exterioꝛis foꝛtune. Similiter etiā alios contēnit ſm ꝙ deficiūt a donis dei: nō em̄ intantū alios appꝛeciaꝛ ꝙ pꝛo eis aliqd̄ indecens faciat. Sicut diciꝛ in ps̄. de viro iuſto. Ad nihilū deductus eſt in conſpectu eius malignus. Qd̄ pertinet ad ꝯtemptū magnanimi quo ꝯtempnit cōdeſcendere maliciis impioꝝ. Secūdo reperiꝛ ibidem aliquis defectus qui cōpetit ei ex infirmitate nature. Humilitas ergo facit ꝙ hō ſeipſum paruipendat: ſm conſiderationē ꝓpꝛii defectus: ⁊ alios honoꝛat ac ſupioꝛes eſtimat: inq̄ꝫtum in eis aliq̄d inſpicit de donis dei. Et ſic pꝫ ꝙ magnanimitas ⁊ hūilitas nō ſunt cōtraria: q̄ꝫuis in ꝯtraria tendere videanꝛ: qꝛ pꝛocedunt ſm diuerſas cōſiderationes. Poniꝛ inſuper magnanimitas pars foꝛtitudinis: qꝛ iungiꝛ ei ſicut ſecūdaria virtus p̄ncipali. Et conuenit in hoc cū foꝛtitudine: qꝛ cōfirmat anim̄ circa aliqd̄ arduū: deficit aūt ab ea in hoc ꝙ cōfirmat animū in eo circa qd̄ facilius eſt firmitatem ſeruare: magis enim repugnat animi firmitati arduum in malis q̄ꝫ arduū in bonis.

¶ Deniq̄ꝫ tria vitia opponunꝛ magnanimitati ſm exceſſum. Pꝛimū eſt p̄ſumptio: quia magnanimitas nō excedit pꝛopoꝛtionē pꝛopꝛie facultatis: pꝛeſumptio vero nititur illam excedere. Secundū eſt ambitio q̄ impoꝛtat inoꝛdinatū appetitū honoꝛis: quibus vtiꝛ magnanimus vt opoꝛtet. Tertiū eſt vana gloꝛia: q̄ impoꝛtat inoꝛdinatū appetitum gloꝛie ſcꝫ querendo gloꝛiā de eo qd̄ non eſt: vel qd̄ non eſt gloꝛia dignū: aut qꝛ querit ab hoībus aut quia gloꝛiam non refert in debitū finē: puta ad dei honoꝛem vel ad pꝛoximi ſalutem: ſed magnanimus moderate vtitur: ſicut honoꝛe ſic ⁊ glīa. Vnum etiā vitium opponiꝛ magnanimitati ſm defectū ſcꝫ puſillanimitas q̄ ex animi paruitate ſe retrahit a magnis que magnanimitas amplectiꝛ.

¶ Tertio vero queri pōt: vtrū magnificentia q̄ ſcꝫ ad operis cōſummationē deducit ea que magnanimitas anīo pmpto aggredi diſpoſuit: ſit ꝟtus ſpecialis ⁊ ps foꝛtitudinis: p̄ſertim cū ad magnificentiā ptinere videꝛ aliqd̄ magnū facere: qd̄ cōuenire poteſt cuilibet virtuti ſi ſit magna: ſicut qui habꝫ magnā virtutem tpantie facit magnū opus tempārie. Ad hoc rn̄det Tho. ſcd̄a ſc̄e. q. cxxiiij. ꝙ ſicut diciꝛ in. j. de celo. Virtus diciꝛ per cōparationē ad vltimū: in qd̄ potentia pōt: non quidē ad vltimū ex parte defectus: ſ ex parte exceſſus. cuius rō cōſiſtit in magnitudine. Et iō operari aliqd̄ magnū ex qua ſumiꝛ nomen magnificentie pꝛopꝛie ptinet ad rationē virtutis. Sed facere aliqd̄ magnū dupliciter accipi pōt. Pꝛimo cōmuniter ꝓ quacunq̄ꝫ actiōe ſiue tranſeat in materiā exterioꝛē: ſicut vrere ⁊ ſecare ſiue maneat in agente ſicut intelligere ⁊ velle: ⁊ ſic magnificētia nō eſt virtus ſpecialis. Secūdo pōt accipi pꝛopꝛie. ſ. operari aliq̄d in exterioꝛi materia: ſicut facere domū: eccleſiā vel ſilia: ⁊ ſic magnificētia eſt ſpecialis ꝟtus: qꝛ opus factibile ꝓduciꝛ ab arte: in cuius vſu pōt attēdi ſpecialis rō bonitatꝭ ꝙ ipm opus factū per artē ſit magnū ſcꝫ quātitate: p̄cioſitate vel dignitate. Nec ſolū ad magnificentiā ptinet facere magnū: ſ etiā ad magnū faciendū animo tendere: vt pꝫ in diffinitione Tullij pꝛius poſita. Et quia quicquid ad pſonā vniuſcuiuſq̄ꝫ pertinet eſt aliqd̄ paruū in cōparatione ad id qd̄ cōuenit rebus diuinis

vel rebus cōibus: iō magnific⁹ non intendit
ꝑncipaliter facere ſumpt⁹ in his q̄ ptinēt ad
pſonā ꝓpꝛiā nō qꝛ bonū ſuū nō querat ſed qꝛ
non eſt magnū reſpectiue ſed in rebꝫ diuinis
vel cōibꝫ. Hinc magnificentia ꝑcipue opus
magnū facit in oꝛdine ad honoꝛē dei. Unde
pħs in. iiij. eth. dicit ꝙ honoꝛabiles ſumpt⁹
ſunt maxime q̄ ptinent ad diuina ſacrificia: ꝛ
circa hoc maxime ſtudet magnificus. Hinc
etiā magnificētia coniungit̄ ſanctitati: qꝛ ꝑci-
pue ei⁹ effectus ad religionē ſiue ad ſanctita-
tē oꝛdinatur. Et quia pꝛincipalis actus vir-
tutis eſt interioꝛ electio quā virtus habere
pōt abſq̄ exterioꝛi foꝛtuna: ideo ꝛ paup pōt
eē magnific⁹. Ceterū maginificētia ſꝫm ꝙ eſt
virtus ſpecialis: non pōt poni ps ſubiectiua
foꝛtitudinis: quia nō ꝯuenit cū ea in materia
ſed ponit̄ pars eius inq̄ꝫtū ei adiungit̄: ſicut
ſecūdaria virtus pꝛincipali: ꝛ ad hoc duo re-
quirunt̄. Pꝛimū eſt ꝙ ſecūdaria cōueniat cū
pꝛincipali: ꝛ ſic magnificētia ꝯuenit cū foꝛtitu-
dine in hoc ꝙ ſicut foꝛtitudo tendit in aliq̄d
arduum ꝛ difficile: ſic etiā magnificentia: vn-
de videt̄ etiam eſſe in iraſcibili ſicut foꝛtitu-
do. Secūdū eſt ꝙ in aliquo extendat̄ ab ea
ſic magnificentia deficit a foꝛtitudine hoc ꝙ
illud arduum in qd̄ tendit foꝛtitudo: habet
difficultatem ꝓpter periculum qd̄ imminet
pſone: arduum autē in qd̄ tendit magnificen-
tia habet difficultatē ꝓpter diſpendium rerū
qd̄ eſt multo minus q̄ꝫ piculū pſone: ꝛ ideo
ponit̄ pars foꝛtitudinis. Et huic virtuti ma-
gnificentie opponit̄ vitiū p defectū qd̄ dicit̄
puificētia: qua. ſ. quis deficit a ꝓpoꝛtione de-
bita expenſarū: ad opus intendens min⁹ ex-
pendere q̄ꝫ dignitas opis req̄rit. Opponit̄
etiā aliud viciū p exceſſum. q̄ quis plus expē-
dit q̄ꝫ ſit operi ꝓpoꝛtionatum: qd̄ vitiū grece
dicit̄ barnayeſia a furno dicta: qꝛ ſcꝫ ad mo-
dū ignis qui eſt in furno oīa cōſumit. Uel di-
citur epyrocalia. i. ſine bono igne: qꝛ admo-
dum ignis cōſumit non ꝓpter bonū. Latine
vero dicit poteſt conſumptio: Quā a nobis
auertat qui ſine fine viuit ꝛ regnat. Amen.

## ¶ De patientia et pſeuerantia que ſunt etiam due partes integrales foꝛtitudinis. ¶ Sermo. xvi.

Memento vt diem ſabbati
ſanctifi. Exod. xx. Premiſſis de
duab⁹ ꝑtibꝫ q̄ſūt ptes integra-
les foꝛtitudinis. ſ. de magnanimitate ꝛ ma-
gnificentia. Jam ꝓſequendum eſt de alijs
duabus. ſ. de patientia ꝛ perſeuerātia. Pꝛo
quo ſciendum ꝙ virtus patiētie nos oꝛdinat
ad fruitionē ſumme pacis: qꝛ nihil pati mole-
ſte eſt pacem habere. Qd̄ fit duobꝫ modis. ſ.
aut nullā moleſtiā ſentiēdo: qd̄ tm̄ erit in pa-
tria: vel moleſtias nō moleſte ferēdo qd̄ fit p
verā patientiā. Pꝛo quo nota: ꝙ quedā eſt
patientia ſimulatiōis de q̄ Greg. dicit. Qui
mala ꝓximi ita tolerat: vt tn̄ intrinſecus dole-
at: ꝛ tempus retributiōis exquirat: patiētiā
nō exhibet ſꝫ oſtendit. Quedā em̄ eſt neceſſi-
tatis: cū. ſ. q̄s vlciſci nō ſe pꝛeſumit qꝛ nō pōt
vl̄ qꝛ nō audet timens ex hoc ſibi maius im-
minere piculū vel depire commodū. Quedā
etiā eſt virtutis. d̄ qua dicit Greg vij. moꝛal.
Mens ſi in deo forti intentiōe dirigit̄: quic-
q̄d ſibi in hac vita amarū fit: dulce eſtimat: et
oīe qd̄ affligit requiē putat: hec ille. A. De
hac ḡ patientia ꝑmo q̄ri pōt: vtrū ſit virtus:
pſertim qꝛ virtus non inuenit̄ in malis: ex eo
ꝙ ꝓpꝛie virtus eſt q̄ bonū facit habentē: ſed
patientia q̄nq̄ꝫ in malis inuenit̄. vt in luxurio-
ſis q̄ ſepe multa patiunt̄ ad ꝯſequēdū bonū
delectabile ꝛ in auaris q̄ multa patiēter tole-
rāt vt diuitias ꝯgregēt. iuxta illud Eccli. v.
Cūctis diebꝫ vite ſue comedit in tñbꝛis ꝛ in
curis multis ꝛ in erūna atq̄ꝫ triſticia. Ad h̄
rn̄det Tho. ſcd̄a ſc̄. q. cxxxvj. ꝙ virtutes mo-
rales oꝛdinant̄ ad bonū inquātū ꝯſeruāt bo-
nū rōnis ꝯtra paſſionū impet⁹. Inter alias
ergo paſſiōes efficax eſt triſticia ad inpediē-
dū rōnis bonū: ſꝫm illud. ij. Coꝛ. vij. Seculi
triſticia moꝛtē opat̄. Neceſſe eſt igit̄ aliquā
habere virtutē p quā rōnis bonū cōſeruet̄ ꝯ
triſticiā vt non ſuccūbat triſtitie. Et hoc facit
patentia. Dicit em̄ Aug. lib. de patien. ꝙ pa-
tiētia hoīs eſt q̄ mala equo aīo toleram⁹. i.
ſine ꝑturbatiōe iuſticie: ne animo iniquo bo-
na dſeram⁹: p q̄ ad melioꝛa ꝑueniam⁹. Ma-
li ꝟo patientes multa ad adipiſcendū aliqd̄
bonū ꝑticulare. ſ. honeſtū vtile vel delectabi-
le nō hn̄t verā patientiā qꝛ dicit Aug. de pa-
tientia: ꝙ patientes ꝓpꝛie dicunt̄ q̄ mala ma-
lūt nō cōmittendo ferre q̄ꝫ nō ferendo cōmit-
tere. In illis aūt q̄ mala ſuſtinēt vt mala faci-
ant: nec mirāda nec laudāda eſt patiētia que
nulla eſt: ſꝫ mirāda duricia nephanda patien-
tia. Un̄ rā ſingularis eſt hec virt⁹: ꝙ multi q̄
vident̄ diuerſis ꝟtutibꝫ adoꝛnari: reperiunt̄
ad virtutē patiētie min⁹ idonei: plures enim



videm⁹ caſtos: ſobꝛios: hūiles miſcd̄es: i oro-
nibus aſſiduos ꝛc̄. ſꝫ paucos admodū i cōtu-
melijs ꝛ iniurijs detractiōibꝫ patiētes. Hinc
dicit Greg. ꝙ ſicut vnguēta redolere lati⁹ ne-
ſciūt niſi cōmota. ſic ſcti viri oē qd̄ de ꝟtutib⁹
redolēt in tribulatiōibꝫ inoteſcūt. Et infra. Nā
bonū qd̄ in trāq̄llitate pcipit̄ a dn̄o. in tribula-
tiōibus manifeſtat̄. hec ille. Nec mirū ꝙ in tā
paucis inuenit̄ vera patiētia: qꝛ nūq̄ꝫ poſſide-
tur ſine ſpēali diuina grā. Dicit ei Aug. li. de
pa. ꝙ via deſiderioꝝ facit tolerantiā laboꝝ et
doloꝝ: ꝛ nemo niſi p eo qd̄ delectat ſponte ſu-
ſcipit ferre qd̄ cruciat. Cuius rōnē aſſignat.
Tho. vbi. ſ. dicens: ꝙ triſticiā ꝛ doloꝛē ſꝫm ſe
abhoꝛret anim⁹: Un̄ nūq̄ꝫ eligerꝫ eā pati ꝓpt̄
ſe: ſed ſolū ꝓpt̄ finē: Opoꝛtet ḡ ꝙ illd̄ bonū ꝓ-
pter qd̄ aliq̄s vult mala pati ſit magis volitū
ꝛ amatū: q̄ꝫ illd̄ bonū cui⁹ ꝑuatio īgerit dolo-
rē quē patiēter toleramus. Oꝫ aūt q̄s pferat
bonū ꝟtutis ꝛ grē cūctis bonis naturalibꝫ et
tpalibus: ex quoꝛum amiſſione cauſari poteſt
doloꝛ ad charitatem ptinet q̄ deū ſup oīa di-
ligit: nec haberi pōt charitas niſi per grām: iu-
xta illud Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in
coꝛdibus nr̄is p ſpm̄ ſctū q̄ datus ē nob. Et
licet ꝓpter bonum pollitice ꝟtutis qd̄ commē-
ſuratū eſt humane nature: q̄s pōt exhibere pa-
tientiam abſq̄ꝫ auxilio grē non q̄ꝫuis nō abſ-
q̄ꝫ auxilio dei: tn̄ in bonum ſup naturale ſicē eſt
bonū grē nullus tendere pōt: nec p eo pati p
virtutem ſue nature ſine auxilio grē: vn̄ patiē-
tia pꝛopꝛie pꝛout hic ſumit̄ ex amoꝛe ſuperna-
turali pꝛocedit: B. Scd̄o q̄rit̄: vtrum pa-
tientia ſit pars foꝛtitudinis: pſertim cum foꝛti-
tudo non ſit potiſſima virtutū: ſꝫ patientia vi-
det̄ eſſe potiſſima ꝟtutum: qd̄ ſic ꝑꝫ. Illd̄ ei
quod ē potiſſimū ē pfectū in vnoquoq̄ꝫ gene-
re ſed patiētia opus pfectū hꝫ: vt d̄ꝛ Jaco. j.
ꝛ iō dicit Aug. li. de pater. ꝙ ꝟtus animi q̄ pa-
tientia d̄ꝛ tā magnū donū dei ē: vt etiā ipſius
qui nobis eā largit̄ patiā ꝑdicat̄. Ad h̄ dicē-
dum ſꝫm Tho. vbi. ſ. ꝙ patiā ē pars foꝛtitu-
dinis quaſi potētionalis: qꝛ adiungit̄ foꝛtitu-
dini ſicut virtus ſecundaria pꝛīcipali. Quod
ſic patet. Nā ad foꝛtitudinē ptinet nō q̄liacū-
q̄ꝫ ſuſtinere: ſed illud qd̄ eſt ſumme difficile in
ſuſtinendo. ſ. ſuſtinere pericula moꝛtis Ad pa-
tientiam vero ptinet ſuſtinētia quoꝛūcunq̄ꝫ
maloꝝ ſiue ſint damna tpalia ſiue ſcandala
ꝛ ſimilia. Et ſic i materia ſuſtinendi ꝑncipali-
tatem tenet foꝛtitudo: q̄ſi ſibi vendicās id qd̄
in hac materia pꝛincipalius ē. Nec enim pa-
tientia ē potiſſima ꝟtutū: ſꝫ deficit nō ſolū a ꝟ-
tutibꝫ theologicis ꝛ pꝛudētia ꝛ iuſticia q̄ dire-
cte ſtatuūt hoīem in bono: ſꝫ etiā deficit a foꝛ-
titudine ꝛ tpantia q̄ retrahūt a maioꝛibꝫ īpe-
dimētis. Plus em̄ retrahūt a bono moꝛtis pi-
cula que ē foꝛtitudo: ꝛ etiā delectatiōes tact⁹
circa q̄ ē tpantia: q̄ꝫ q̄uis aduerſa circa q̄ ē pa-
tiā: Patiā tn̄ opus pfectū habet̄ d̄ꝛ i aduerſis
tolerādis: Ex q̄bꝫ pꝛio ꝓcedit triſticia quam
moderat̄ patiā. Scd̄o ira quā moderat̄ mi-
ſericoꝛdia. Tertio odiū quam tollit charitas
Quarto iniuſtū nocumentū: qd̄ tollit iuſticia.
Tollere ḡ ꝑncipiū vniuſcuiuſq̄ꝫ pfectius ē: ꝛ
iō patiā pfectū opus hꝫ inq̄ꝫtū radicit⁹ paſſio-
nes aduerſitatū euellit q̄bꝫ inq̄etat̄ aīa. Hic
ait dn̄s ad diſcipulos: In patiā vr̄a poſ. aīas
vr̄as. Un̄ Greg: in. v. moꝛal. Ille ꝟo pfect⁹
eſt q̄ erga ipfectionē ꝓximi ipatiēs nō eſt. Et
ad h̄ maxie ꝯfoꝛtat nos paſſio redēptoꝛꝭ. Di-
cit enim Augu. ꝙ nihil dulcius i pꝛeſſura tri-
bulationum q̄ꝫ memoꝛia dn̄ice paſſiōis: quā
tūcunq̄ꝫ pn̄tis vite ꝑmat afflictio parum pati-
mur ſi recoꝛdemur quātum bibit ad patibu-
lū qui nos inuitat ad celū hec ille. C. Ter-
tio ꝓinde pꝛincipaliter q̄ri pōt d̄ quarta ꝟtu-
te integrali ipſius foꝛtitudinis q̄ d̄ꝛ pſeueran-
tia. vtrum. ſ. pſeuerantia ſit ſpēalis ꝟtus indi-
gens auxilio diuine grē: pſertim cum immo-
biliter in ope virtutum pſiſtere. requiritur ad
omnem virtutē. vt pꝫ. in. ij. eth. ſed h̄ pertinet
ad rōnem pſeuerantie. qꝛ dicē Tullius in rhe-
toꝛica ſua. ꝙ perſeuerantia ē in rōne ꝯſidera-
ta bene ſtabilis ꝛ ꝑpetua ꝑmāſio. Ad hoc re-
ſpondet Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. cxxxvij. ꝙ ſꝫm phꝫ
in. ij. eth. Uirtus eſt circa difficile et bonum.
hinc vbi ſpēalis ratio boni vl̄ difficultatis oc-
currit: ibi ſpecialis eſt virtus. Opus autem ꝟ-
tutis difficultatem habere poteſt ꝛ bonitatē
ex duobus. Pꝛima ex ipſa ſpecie actus que
accipitur ſꝫm rationem pꝛopꝛij obiecti. Secū-
do ex ipa diuturnitate tempoꝛis. Nā h̄ ipſū
quod eſt diu inſiſtere alicui difficili: ſpēalē ha-
bet difficultatem: ꝛ ideo diu perſiſtere in aliq̄
bono vſq̄ꝫ ad conſummationem: pertinet ad
ſpecialem virtutem que dicit̄ perſeuerantia.
¶ Pꝛo quo ſciendum ꝙ perſeuerātia quādo-
q̄ꝫ accipitur pꝛo habitu perſeuerātie ſꝫm ꝙ ē
virtus ꝛ poteſt ꝯtingere ꝙ quis habens ha-
bitum perſeuerantie eligit q̄dem pſeuerare ꝛ
incipit exequi aliq̄ꝫ diu perſiſtendo nō tamen
cōplēdo actum: vel nō pſeuerādo vſq̄ꝫ in finē
virtuoſi operis: vel vſq̄ꝫ ad finem humane

vite ⁊ hoc modo perſeuerantia indiget dono habitualis gr̃e: ſicut ⁊ cetere virtutes infuſe. Nec eñ eſt neceſſariũ ꝙ hñs habitũ virtutꝫ immobilit̃ vtat̃ eo vſqꝫ ad mortẽ. Quñqꝫ ꝟo accipit̃ ꝑ actu ꝑſeuerãtie durãte vſqꝫ ad mortẽ. ⁊ ſm h̃ indiget nõ ſolũ habituali gr̃a ſꝫ et̃ gratuito dei auxilio: hominẽ in bono ↄſeruãtis vſqꝫ in finẽ vite q2 cũ liberũ arbitrium ſit de ſe vtile ⁊ h̃ ei nõ tollat̃ ꝑ habitualẽ gr̃am vite p̃ſentis: nõ ſubeſt poteſtati liberi arbitrij etiã ꝑ gr̃am reparati vt ſe imobilit̃ i bono ſtatuat: licet in eius ptãte ſit ꝙ h̃ eligat: nam plerũqꝫ in noſtra ptãte cadit electio: ñ aũt executio. Hic dicit Aug. li. de ꝑſeuerantia. Aſſerimus donũ dei eẽ ꝑſeuerantiã: qua vſqꝫ i finez perſeuerat̃ in chriſto qḋ vtiqꝫ donũ nec prothoplaſti receperant in paradiſo. Quia dicit Aug. li. de correctione et gratia: ꝙ primo homini datum nõ erat vt perſeueraret: ſꝫ vt perſeuerare poſſet per liberuꝫ arbitriũ: q2 nulla corruptio tunc erat in humana natura q̄ perſeuerandi difficultatem preberet: ſe predeſtinatis per gratiam chriſti non ſolum datur vt ꝑſeuerare poſſint ſꝫ etiam vt ꝑſeuerent: hec ille. Ex dictis ḡ patet ꝑſeuerantia eſt virtus ſpecialis: Eſt etiam pars fortitudinis cui cõiungitur ſicut ſecundaria virtus ꝑncipali: q̇a fortitudo firmitatem ſeruat in his i q̇bus eſt difficilimum firmit̃ ꝑſiſtere: ſic̃ in ꝑiculo mortis. Perſeuerantia vero difficultatem illam ſuſtinet q̄ ꝓuenit ex diuturnitate boni operis: quod non ẽ ita difficile. Et ſi obijcit̃ ꝙ eadẽ rõne conſtantia videret̃ eſſe pars fortitudinꝫ q2 idem videt̃ eſſe qḋ perſeuerantia. Ad h̃ dicendum: ꝙ licet in fine cõueniant q2 ad vtrũqꝫ pertinet in aliquo bono firmiter perſiſtere: differunt tamẽ ſm ea q̄ difficultatẽ afferũt ad perſiſtendum in bono q2 perſeuerantia ꝓprie facit hominẽ firmiter in bono ꝑſiſtere ↄ difficultatem q̄ ꝓuenit ex ipſa diuturnitate actus: Conſtantia vero in bono firmiter ꝑſiſtere facit ↄ difficultatem que ꝓuenit ex alijs quibuſcunqꝫ exterioribus ipedimentis: ſꝫ q2 difficultas que eſt ex diuturnitate actus eſſentialior eſt actui virtutis: ideo perſeuerantia eſt pars principalior fortitudinis. ¶ Deniqꝫ virt⁹ fortitudinis habꝫ duo vitia ↄ̃ria. Unum per defectum qḋ dicit̃ mollicies: q2 laus ꝑſeuerantie conſiſtit in hoc ꝙ q̇s non recedit a bono ꝓpter diuturnam tolerantiã difficiliũ ⁊ laborioſoꝝ. Cui directe opponitur ꝙ quis de facili a bono recedit ꝓpter aliqua difficilia: quod pertinet ad rõnem mollicies: nam molle d̃r ꝙ facile ledit tangenti: Silr̃ opponitur ꝑtinacia ꝑ exceſſũ: quia ꝑtinax inordinate perſiſtit in aliquo ↄ multas difficultates. Hinc dicit Iſid. li. ethymo. ꝙ pertinax d̃r aliquis q̇ eſt imprudenter tenens quaſi aĩo tenax. Quod a nob auertat ieſus chriſtus.

## ¶ De tꝑantia ⁊ vitijs oppoſitis: ſcilicet inſenſibilitate ⁊ intemperãtia: Sermo. xvij

m Emento vt diem ſabbati ſan. ⁊c̃: Exo. xx. A tribus expediti virtutib₃ cardinalib₃ iam q̃rtã ꝑſequamur que d̃r tẽperãtia. De q̄ ſub noĩe cõtinẽtie dicit Seneca. ⁋ Continẽtiam ſi diligis circũſcinde ſuꝑflua ⁊ i artuꝫ deſideria cõſtringe. Cõſidera tecũ q̃tũ natura poſcat: non q̃tũ cupiditas expetat. Palatũ tuum fames excitet nõ ſapores: nec ad voluptatẽ ſed ad cibũ accedas: nec p̃ſentibus delicijs adherebis nec abſentes deſiderabis: Si ↄtinẽtiaꝫ diligis turpia fugito añq̃ accidãt: nec quẽq̃ vereberis aliũ plus q̃ te: oĩa tolerabilia ꝑter turpitudinẽ crede. Hec ille: ¶ Hic igit̃ prio q̃ri põt: vtrũ tꝑantia ſit ꝟtus. ꝑſertim cũ nulla virt⁹ inclinationi nature repugnat eo ꝙ i nobis ẽ aptitudo naturalis ad virtutẽ: vt d̃r. ij. eth. ſed tꝑãtia retrahit a delectatiõib₃ ad q̄s inclinat natura vt dic̃ ibidẽ phus. Virtutes etiã ſunt adinuicẽ cõnexe: ſꝫ q̇dã hñt tꝑantiã: q̇ tñ ſunt auari vel timidi. Ad h̃ rñdet Tho. ſcḋa ſcḋe: q. cxli. ꝙ de rõe ꝟtutis eſt. vt hominẽ ad bonũ incliner: bonũ aũt hoĩs ẽ ſm rõnẽ eſſe: vt dicit Diony. iiij. de di. no. manifeſtum eſt autez ꝙ temperantia inclinat ad id qḋ eſt ſm rõnem ⁊ ideo rõnabiliter ponitur virtus. Vñ licet hõ naturaliter appetit delectationẽ ſibi ↄuenientẽ: tñ q2 hõ inq̃tũ hmõi eſt rõnal' ↄñs ẽ ꝙ delectationes ſint hoĩ ↄuenientes q̄ ſunt ſm rõnem: ⁊ ab his nõ retrahit tꝑãtia ſꝫ potius ab his q̄ ſũt ↄ rõnem: nõ ḡ ↄ̃riat̃ inclinationi nature humane ſꝫ tñ nature beſtial' non ſubiecti rõni: Nec etiã q̇ carent alijs virtutibus oppoſitis vitijs ſubditi: temperãtiaꝫ hñt q̄ eſt virtus: ſꝫ opant̃ act⁹ tꝑantie ex quadam naturali indiſpoſitiõe: put ꝟtutes q̇dã ĩperfecte ſũt hoĩbus naturales: vel eis inſunt per quandã ↄſuetudinẽ acq̇ſitã. Eſt igit̃ temperãtia ꝟtus vel generalis vl' ſpẽalis ſm ꝙ nomen tꝑantie duplr̃ põt accipi. Uno modo ſm cõitatem ſue ſignificationis, put ſcꝫ ſignificat quandã temperiẽ. i. moderãtiã quã rõ ponit in hũanis opationib₃ ⁊ paſſionib₃: ⁊ ſic eſt ꝟtus generalis q2 hoc eſt cõe in omni virtuti morali. Et differt tꝑantia a fortitudĩe. ſ. ꝙ vtraqꝫ ſumit̃ vt ꝟtus cõis: q2 tꝑantia retrahit ab his q̄ ↄtra rõnem alliciũt appetitũ: ꝟ fortitudo ĩpellit ad ea ſuſtinẽda vel aggrediẽda ꝓpter q̄ refugit hõ bonũ rõnis. Alio mõ accipit̃ tꝑantia anthonomatice: ſm ꝙ refrenat appetitũ ab his q̄ maxĩe alliciũt hoĩem: ⁊ ſic eſt ꝟtus ſpecialis ſpecialẽ hñs materiã. Nã cõſiſtit circa ↄcupiſcẽtias ⁊ delectatiões tactus: qḋ ſic patꝫ. Sicut eñ fortitudo eſt circa timores ⁊ audacias reſpectu maximoꝝ maloꝝ q̇bus ipſa natura extinguit̃ q̄ ſunt ꝑicula mortis: ſic oportꝫ ꝙ tꝑantia ſit circa ↄcupiſcẽtias ⁊ delectatiões reſpectu maximoꝝ delectabilium q̇bus ſcꝫ ipſa natura ↄſeruatur: vel in ſpecie vel indiuiduo. Cũ eñ delectatio cõſequitur operationẽ cõnaturalẽ: tanto ſunt alique delectatiões vehemẽtiores q̃to conſequunt̃ opationes magis naturales. Maxĩe ꝟo naturales aĩalibus ſunt quib₃ natura cõſeruat̃ indiuidui ꝑ cibũ ⁊ potũ: ⁊ nã ſpeciei ꝑ cõiunctionẽ maris ⁊ feĩe: ⁊ iõ circa has delectationes eſt ꝓprie tꝑãtia. Et q2 hmõi delectatiões cõſequunt̃ ſenſum tactus: iõ tꝑantia eſt circa delectatiões tactus ꝑncipalr̃. Circa delectatiões ꝟo guſtus: olfactus vel viſus eſt tꝑantia ſecũdario: inq̃tum ſenſibilia hoꝝ ſenſuum cõferũt ad delectationẽ ſiue delectabilẽ vſum rerũ neceſſariarũ q̄ ꝑtinent ad tactũ: ⁊ q2 guſtus eſt ꝓpinquior tactui q̃ alij ſenſus: iõ temperantia eſt magis circa guſtũ q̃ circa alios ſenſus. Pro quo nota ꝙ vſus ciboꝝ ⁊ delectatio eſſentialiter ipm ↄſequens ad tactũ ꝑtinet ſed delectatio ſaporis eſt quaſi ſuꝑueniens ſicut delitie ꝑncipaliter in ipſa cõſiſtunt alimenti ſubſtantia: ⁊ ſecũdario in eius exquiſita preparatiõe ⁊ ſapore. Vñ dicit phs in. ij. de aĩa ꝙ tactus eſt ſenſus alimenti: nutrimur eñ calido: frigido: humido ⁊ ſicco: ſed ad guſtũ pertinet diſcretio ſapoꝝ qui cõferunt ad delectationẽ alimenti. B Secũdo queri põt: vtrũ tꝑantia eſt virtus cardinalis potior ceteris: ꝑſertim cum bonũ virtutis moralis a rõne dependeat ſed tꝑantia eſt circa ea q̄ magis a rõne diſtant ſcꝫ circa delectatiões q̄ ſunt nobis ⁊ brutis cõmunes: vt dicit̃ in. iij. Ethi. Ad h̃ dicendũ ſm Tho. vbi. ſ. ꝙ virtus cardinalis ſeu principalis dicit̃: que principalius laudatur ex aliquo illoꝝ que cõmuniter requirunt̃ ad rationem virtutis. Moderatio vero que requirit̃ in oĩ virtute p̃cipue laudabilis eſt in delectationibus tactus circa que eſt tꝑantia: tũ q2 tales delectatiões ſunt nobis magꝫ naturales ⁊ ideo difficilius eſt ab eis abſtinere ac earũ cõcupiſcentias refrenare. Tũ etiã q2 earũ obiecta p̃ñti vite magis ſunt neceſſaria: ⁊ ideo ponit̃ tꝑantia virtus cardinalis ſeu principalis. Ad cuius ꝑncipalitatẽ pertinet ꝙ tanto maior eius ꝟtus oſtendit̃: quanto in eo q̄ ſunt magis diſtantia a rõne ſuam põt oſtendere operationẽ. q2 per eã põt ratio cõcupiſcentias ⁊ delectationes maxime diſtantes moderare non eſt tñ potentior ceteris virtutibus cardinalib₃: q2 quanto virtus aliqua magis pertinet ad bonũ multitudinis: tanto melior eſt. Iuſtitia aũt ⁊ fortitudo magis ꝑtinẽt ad bonũ multitudinis q̃ temperãtia: quia iuſtitia conſiſtit in cõmunicationibus que ſunt ad alterũ: fortitudo autem in periculis bellorum que ſuſtinentur pro ſalute cõmuni: ſed tẽperantia moderatur ſolũ concupiſcentias ⁊ delectationes eorum que pertinent ad ipſum hominem: ⁊ ſic iuſtitia ⁊ fortitudo ſunt excellentiores virtutes q̃ temperantia. Quibus prudentia ⁊ virtutes theologice ſunt potiores: q̃uis quo ad aliquid temperantia poſſit dici potior non ſolum fortitudine: ſed etiã iuſtitia. Et huius quidem temperantie poſſunt aſſignari quattuor gradus. Primus hominẽ ab exceſſu ⁊ defectu cuſtodit: quia ei medium virtutis in omni tempore oſtendit: ⁊ ſic eſt virtus pollica: que eſt nihil appetere penitendũ in nullo legem moderationis excedere: ſub iugo rationis cupiditatem domare. Secundus mentem ad eterna perfecte dirigit: quia omnem ſuperfluitatem rerum grauãtium firmiter excludit: ⁊ ſic eſt virtus purgatoria: que eſt omnia relinquere: inq̃tum natura patitur que corporis vſus requirit. Tertius gradus mentem in eternis figit: quia concupiſcentiã omnis inordinati concupiſcibilis penitus extinguit: ⁊ ſic eſt virtus purgati animi: q̄ eſt terrenas cupiditates non ſolũ reprimere ſed penitus obliuiſci. Quartus gradus in deo eſt: ⁊ predictos gradus inchoat: deducit: perducit ⁊ perficit: ⁊ ſic eſt virtus exemplaris que ſic eſt ꝙ in ſe perpetua intentione conuerſa eſt. ¶ Ex predictis ergo patet ꝙ temperantie

virtus accipit neceſſitatē vite huius: ſicut regula delectabiliū quib⸗ vtit̃: vt ſcꝫ tm̄ eis vtat̃ q̄tū neceſſitas huius vite requirit. Pōt tñ neceſſitas hūane vite attendi dupl'r. Uno mō ſm ꝙ dicit̃: neceſſariū id ſine q̄ res nullo mō pōt eſſe: ſicut cib⸗ neceſſari⁹ eſt aīali. Alio mō ſm ꝙ neceſſariū dr̄ id ſine q̄ ꝯuenient̃ res eē nō pōt. Non ſolū ergo tpantia primā neceſſitatē attendit: ſ; etiā ſcdaꝫ: qr dicit phs in .iij. ethi. ꝙ tpatus appetit delectabilia ꝓpter ſanitatē ⁊ ꝓpter habitudinē. Inſup. q̄dā ſunt q̄ non ſunt his īpedimenta: ⁊ his ſil'r moderate tpatus vtitur ꝓ loco ⁊ tpe: ac ꝯgruentia eoꝝ quib⸗ cōuiuit. Hinc dicit ibidē phs: ꝙ etiā tpatus appetit alia delectabilia q̄ ſcꝫ nō ſunt neceſſaria ad ſanitatē vel ad bonā habitudinē non īpedimenta his exiſtentia: tpatus eñ nullo modo vtit̃ his q̄ ſunt īpeditiua ſanitatis vl' bone habitudinis: qr hoc eſſet intēperantie prout videbit̃. Denicꝫ ꝙ tēperantia reſpicit neceſſitatem q̄tū ad ꝯuenientiā vite: hoc nō eſt intelligendū ſolū ſm cōuenientiā corporis ſ; etiā ſm ꝯuenientiā rerū exterioꝝ: puta diuitiarū ⁊ officioꝝ: ac m'lto magis ſm ꝯuenientiā honeſtatis. Et ideo ſubdit phs vbi ſupra: ꝙ ī delectabilibus quib⸗ vtitur tpatus: nō ſolū cōſiderat vt nō ſint impeditiua ſanitatis ⁊ bona habitudinis corporalis: ſ; etiā nō ſint preter bonū id eſt cōtra honeſtatē: ⁊ ꝙ nō ſint ſupra ſubſtantiam. i. ſupra diuitiaꝝ facultatē. ¶ Tertio ꝓncipaliter queri pōt de vitijs oppoſitis tēperantie: ⁊ pmo de vitio oppoſito ꝑ defectū qđ ē inſenſibilitas: Utrū ſcꝫ inſenſibilitas ſit peccatū: pſertim cū inſenſibiles dicunt̃ hi qui deficiunt circa delectatiōes tactus: ſed in his penitus deficere videtur laudabile ⁊ virtuoſum eo ꝙ potiſſimū remediū abſtinendi a pctō eſſe videt̃ ꝙ homo fugiat delectationes. Dicit eñ phs in .ij. Ethi. ꝙ abijcientes delectationē minus peccabimus. Inſuper ab oībus delectationibus tactus abſtinere: maxime promouet hoiem in bono rōnis: qr Dañ. j. dicitur ꝙ pueris qui leguminib⸗ vtebant̃ dedit deus ſcientiā ⁊ diſciplinā in omni libro ⁊ ſapia. Ad hoc rn̄det Tho. vbi. s. cxlij. ꝙ omne illud qđ ordini naturali ꝯtrariat̃ eſt vitioſum: ⁊ qr natura delectationē appoſuit opationib⸗ neceſſarijs ad vitā hoīs: ideo naturalis ordo requirit vt hō intantū hmōi delectationib⸗ vtat̃: q̄tum eſt neceſſariū hūane ſaluti: vel q̄tum ad cōſeruationē indiuidui: vel q̄tum ad ꝯſeruationē ſpeciei. Si qs igit̃ intantū delectionē refugeret: ꝙ ea ꝑtermitteret q̄ ſunt neceſſaria ad ꝯſeruationē nature peccaret: quaſi repugnās ordini naturali: qđ ꝑtinet ad vitiū inſenſibilitatis. ¶ Ad maiorē tñ euidentiā ſciendū ꝙ a delectationib⸗ ꝯſequentib⸗ hmōi opationes abſtinere: quncꝫ laudabile vel etiā neceſſariū eſt ꝓpter aliquē finē: ſicut aliqui propter ſanitatē corporalē abſtinent a quibuſdā delectationibus ſcꝫ cibis: potib⸗: ⁊ venereis ſil'r propter officij alicuius executionē: ſicut athletas ⁊ milites neceſſe eſt a multis delectationib⸗ abſtinere: vt debite ꝓpriū officiū exequāt̃. Sic penitentes ad recuperandā aīe ſanitatē abſtinentia delectabiliū quaſi dieta quadā vtunt̃: ⁊ hoīes volentes ꝯtemplationi ac rebus diuinis vacare: oportꝫ ꝙ ſe magis a carnalib⸗ abſtrahāt. Et ſimile iudiciū eſt de ſilibus cauſis rōnalibus. Sic daniel abſtinētia a delectationib⸗ vtebatur: vbi dicit eiuſdē. x. In dieb⸗ illis ego daniel lugebā triū hebdomadarū tēpus Panē deſiderabilē nō comedi: ⁊ caro ⁊ vinū nō introierūt in os meū: ſed necꝫ vngento vnctus ſum. Hoc tñ nō fecit ꝓpter ſe: quaſi delectatiōes abhorrens vt ſm ſe malas: ſ; ꝓpter aliquem finē laudabilē: vt ſe idoneū redderet ad altitudinē ꝯtēplationis abſtinendo. ſ. a corporalib⸗ delectationib⸗. Hinc ſtatim ibi ſubditur de reuelatiōe ſibi facta. Omnes tñ hmōi abſtinentie ſicut fieri debent ꝓpter aliquē debitū finē: ſic etiā fieri debent ſm rectā rōnem. qr non pōt eſſe bonū rōnis in hoīe ſi abſtineat ab oībus delectationibus. Cuius rō eſt: qr rōne quis vti non pōt ſine ſenſitiuis potentijs q̄ indigent organo corporali. Hinc neceſſe ē vt homo ſuſtentet corpus ad hoc ꝙ vtat̃ rōne. Suſtentatio ꝟo corporis fit ꝑ operatiōes delectabiles: ⁊ ſic oportet ꝙ vtat̃ aliquib⸗ delectationib⁹. Nihilominus tñ ſm ꝙ in exequēdo rōnis actum plus vel minus corporali virtute quis indiget ſm hoc plus vel minus delectationibus corporalibus vti neceſſe habet. Et ideo hoīes qui hoc officiū aſſumpſerunt vt contemplationi vacent: bonū ſpūale quaſi quadā ſpirituali propagatione in alios tranſmittant: a multis delectationib⸗ laudabiliter abſtinent: a q̇bus illi quibus ex officio cōpetit operibus corporalib⸗ inſiſtere generationi cꝫ carnali vacare: laudabiliter non abſtinerēt. ¶ Quarto ꝓncipalit̃ queri pōt de ſcđo vitio poſito ſcꝫ per exceſſum quod dicitur intemperantia vtrū ſcꝫ ſit peccatum puerile: ſicut in .iij. Ethi. phus ſentire videtur dicens. Nomen intpantie ferimus ad puerilia pctā. Ad hoc rn̄det ibidē Tho. ꝙ phs nō intendit dicere intpantie pctm̄ eſſe puerile: eo ꝙ cōueniat pueris: ſ; ſm quandā ſilitudinē: eo ꝙ intpantia eſt pctm̄ ſupflue cōcupie q̄ puero aſſimilat̃ q̄tū ad tria. Primo q̄tum ad id ꝙ vtercꝫ appetit aliq̇d turpe: pulchrū eñ in hūanis rebus attenditur: prout aliq̇d eſt ordinatū ſm rōnem. Uñ Tullius. j. de offic. pulchrū eſt qđ cōſentaneū eſt hoīs excellentie: in eo in q̄ natura eius a reliq̇s animātib⸗ differt. Puer aūt non attendit ad ordinē rōnis: ſil'r ⁊ cōcupīa nō audit rōnem. vt dicit̃ in. vij. ethi. Scđo q̄tū ad euentū: qr puer ſi ſue volūtati dimittit̃: in propria voluntate creſcit. Sic ſi ꝯcupīe ſatiſfiat. maius robur accipit. Hinc Aug. in. v. cōfeſſ. dicit. Dū ſeruit̃ libidini facta eſt cōſuetudo: ⁊ dū cōſuetudini non reſiſtit̃ facta eſt neceſſitas Tertio q̄tū ad remediū qđ vtriꝫ prebetur. Puer eñ emendat̃ ꝑ hoc ꝙ cohercet̃: ſic dū cōcupīe reſiſtit̃: ad debitū honeſtatꝫ modū reducit̃: ⁊ ideo dicit phs in .iij. Ethi. ꝙ quēadmodū puerū oportet ſm ꝓceptū pedagogi viuere: ſic ⁊ cōcupiſcibile cōſonare rōni. Unde vitiū hoc intpantie maxīe videt̃ exprobabile inter hūana vitia: q̄ ſcꝫ attēdunt̃ ſm paſſiōes hūane nature aliqualiter cōformes: ⁊ hoc ꝓpter duo. Primo qr maxime repugnat hoīs excellentie: eſt eñ circa delectatiōes nobis ⁊ brutis cōmunes. Hic in ps̄. dicit̃. Homo cū in honore eſſet nō intellexit ⁊c̄. Scđo qr maxime repugnat hoīs claritati vel pulchritudini ſcꝫ inq̄tū in delectationib⸗ circa quas eſt intpantia minus apparet de lumine rōnis: ex q̄ reſultat tota charitas ⁊ pulchritudo virtutis. Uerūtñ illa vitia q̄ modū excedunt hūane nature: ſunt magis exprobrabilia: ſic cōcupīa ⁊ delectationes beſtiales: q̄ tñ reducipñt ad genus intpantie ſm quendā exceſſum. ſicut ſi quis delectaret̃ in cōmeſtione carniū humanarū aut in coitu beſtiarū vel maſculoꝝ. Qđ a nobis auertat ieſus chriſtus. Ad laudē dei.

## ¶ De partibus integralib⸗ tpantie q̄ ſunt verecundia ⁊ honeſtas: ac ꝑtib⸗ potentialib⸗ ſcꝫ cōtinentia: clemētia ⁊ modeſtia. ¶ Sermo xviij.

ꝛ cū venter vipere intumuerit filij partū non expectātes maturū: corroſis lateribꝫ cū interitu matris vi erūpūt: ꝛ ſic vterqꝫ parens perit maſculus dū coit: femīa dū parit. Et his aſſimulant multi filij q̄ venenū parentū imbibūt ꝛ ſuis parentibus occaſio mortis ſpūalis exiſtūt. Ad q̄s dicit Luce. iij. Genimina viperarū q̄s vobis oñdit fugere a vētura ira. ¶ Tertia cā eſt in parentibꝫ condigna vindicta. Nā iudicio digne vltiōis plecti debēt qui prius ſuis parentibꝫ rebelles extiterūt: vt ſic q̄ parentibꝫ nō obediunt a filijs contēnant ꝛ q̄ pentes expulit a filijs expellat: q̄ parentū mortē optauit a filijs mors eius affectet: qui aūt iniurijs ꝛ cōtumelijs parentes offendit a filijs offendat: ꝛ qui pcuſſit pcutiatur. Quia diuina lege ſancitū eſt: Luce. vj. Eadē menſura qua menſi fueritis remetiet vobis. Et q̄lis pater talis filius. Vñ fabuloſe dr̄ q̄ cancer interrogatus cur ſic retrorſum ibat. Rñdit q̄ ſic a parente didicerat. Nimirū cū ex obliqua riga ſubſequitur linea tortuoſa: tales eñ vt eorū vita nō trāſeat ſine vindicta: vel filios nō acquirūt vel cito pereunt: vel ſi viuunt in iudiciū parentū viuere pmittunt. Aut eñ ſunt filij mōſtruoſi: infirmi: ſtulti: imorigerati: ſceleſtes: dementes: parentibus repelles: infelices: vt impleat illō Eſa. iiij. Ex iniquis eñ oēs filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequitie aduerſus parentes in interrogatione ſua. et Eccleſiaſti. xlj. De patre impio cōqueruntur filij: q̄m ꝓpter illū ſunt in obprobriū. Sūt etiā filij iuſto dei iudicio ſcelerati: vt exinde pentes ſint anguſtiati: aliq̄n vero ꝓpter odibilē mortem filiorū: aliq̄n etiā ꝓpter crudelē vitā illorū. Quantū eñ ad primū accidit in cathalonia apud valentiā de quodā iuuene annorū fere. xviij. q̄ diuino iudicio parētibus inobediēs: factus eſt latro ꝛ criminoſus q̄ tandē captus patibulo ſuſpenſus eſt: q̄ pendente cū eſſet imberbis mirantibꝫ cūctis: paulatim emittit barbā: mutat faciē: caneſcunt capilli: ꝛ oīa reducunt ad decrepitā ſenectutem: q̄ſi. xc. fuiſſet annorū. Currūt ad miraculū eps clerus ꝛ populus: ſtupent oēs ꝛ expectēt eis reuelari ſecretū. Surgēs tandē edoctus eps ꝛ manu ſilentiū indicens ait. Viri fratres ꝛ filij: noſtis hūc qua culpa vita ꝛ etate perijt: cōſpicite nūc etate decrepitū: vt intelligatis p h̄ parens de iudiciū: q̄ huic diu victuro propter ſua crimina ꝛ pentū inobedientiā abbreuiata eſt vita: vt verificet illō ps. Viri ſanguinum ꝛ doloſi nō dimidiabūt dies ſuos. Quantum etiā ad ſm accidit in inſula q̄ dicit chorſica: vbi cōiter filij crudeles ſunt parentibꝫ ſuis q̄ cū quidā patrē ſuū expuliſſet de domo: ac multis frequenter iniurijs offendiſſet: tandē ſemel p capillos ꝛ barbā pugnis ꝛ calcibꝫ per longū vie ſpaciū per terrā traxit. Cui cū filius illius poſtea ſimilia faceret ꝛ eiſdē cōtumelijs pater tractus ad locū peruenīſſet: vbi prius patrē ſuū traxerat: intelligens iuſtū dei iudiciū: cū lachrymis ait filio. Non plus filij nō plus: q̄ huc uſqꝫ traxi patrē meū: ꝛ tu feciſti vindictā eius. ¶ Quarta pinde cauſa eſt inordinata filiorū concupiſcentia q̄ triplex diſtinguit in canonica iohan. ſc. cōcupiſcentia carnis oculorū ꝛ ſuperbia vite. Quantū eñ ad pmū: plures filij amore carnali capti rebelles ſunt parentibus: adherentes meretricibꝫ: aut pro appetitu libidinis fedis connubijs: ſicut fecit Eſau q̄ matrimonio duxit vxores parentibꝫ ſuis exoſas: vt pꝫ Geñ. xxviij. Nimirū cū amor fedus applicatus alicui corda filiorū a parentibus ſegregat: adeo q̄ etiā vxore ꝓpria inordinate dilecta: moleſte fert maritus onus ſuorū parentū: ꝛ inde oriunt inter nurū ꝛ ſocrū diſcordie: iniurie: rixe: ꝛ ſimilia. videnſqꝫ nurus q̄ ei fauet maritus: audacius: inſolentius ꝛ crudelius ſocrū perſequit. Quantū etiā ad ſcḿ augmentant in filijs in ſuperbia nutritis vel ſuis ſuperioribꝫ ꝛ nobilioribus copulatis: parentū iniurie: cōtumelie: inobedientie: adeo q̄ ſuos parentes nō ſolū deſpicere non verent: ſed etiā de eis verecundari cōprobant tanq̄ de ignobilibus pauperibꝫ ꝛ ruſticanis. In q̄rum gementiū parentū pſona dicit Eſa. j. Filios enutriui a exaltaui: ipſi aūt ſpreuerūt me. Et de hoc habet exemplū multū notabile in li. Apū. ꝛ ponet inferius ſermone ſecūdo: q̄. ſ. cōtigit in normānie partibus. Quantū deniqꝫ ad tertiū: deſpectiones parentū adhuc magis augmentant ex maledicta filiorū auaritia: q̄ creſcente etate ꝛ non obſiſtente virtute ſemper creſcit: totumqꝫ nequitie ſue virtus effundit a filijs in parentes: Si ſubſtātia domus in manus talium venerit: ve miſeris genitoribus ſuis quibus filij denegant etiā vite neceſſaria cōtinue parentes moleſtant ꝛ mortem optant. Hinc ſapiens cōſulit. Eccūs. xxxij. Filio ꝛ mulieri fratri ꝛ amico non des poteſtatē ſuper te in vita tua: ꝛ non dederis alij poſſeſſionē tuā ne forte peniteat te: ꝛ depreceris pro illis. Sequitur. Melius eſt enim vt filij tui te rogent: quam te reſpicere in manus filiorum tuorum.

Sic Abſalon prēm ſuum de regno expulit: ꝛ eum vſqꝫ ad mortē pſecutus ē. ij. Reg. xv. ¶ Econtra vero filij boni obediētes pentibꝫ ſuis multiplici felicitate dotāt: put expſſe claret in benedictione iſaac: quā dedit filio ſuo Jacob iuſto: ꝛ ſuis parētibꝫ p oīa ſubiecto: vñ ſeptēplicē dedit bñdictionē. vt pꝫ Geñ. xxvij. vbi dicit: Det tibi deus de rore celi ꝛ d̄ pinguedine terr̄ abūdātiā frumēti vini ꝛ olei: ſeruiāt tibi ppli ꝛ adorāt te tribꝫ: eſto dñs fratrū tuorū ꝛ incuruent añ te filij matris tue q̄ maledixerit tibi ſit ille maledictus: ꝛ q̄ benedixerit tibi bñdictionibꝫ repleat. In q̄bꝫ verbis ſeptē felicitatis vel bñdictiones p ordinē cōprehendūtur. Prima ē abūdātie gratiarū q̄ intelligitur in rore celi. de q̄ bñdictione dr̄. Eccī. iij. Honora patrē tuum vt ſupueniat tibi bñdictio a deo. ſ. grē ꝛ bñdictio illius in nouiſſio maneat. Scda eſt abūdantie tpaliū que intelligitur ī pinguedine terre: frumenti: vini ꝛ olei: nā ſm doctores p frumentū cibū. p vinū potū: ꝛ per oleum pulmentū ſignificat. ꝛ ſic cōprehendit omnem terre fertilitatē p quā hoies diuites fiunt vnde Eccī. iij. Bñdictio patris firmat domus filiorum: ꝛ hoc iuſte: vt merito honorationis illius a quo quis trahit eē: mercedē habeat ad bene eſſe tam corpaliter q̄ ſpūaliter. Et iterum ibidem. Sicut qui theſaurizat ita ꝛ qui honorificat matrem. qd̄ intelligi pōt de diuitijs tpalibus corpalibus ꝛ ſpūalibus. Tertia eſt grē ſubiectionis ſue familie que intelligitur in hoc quod addit. Seruiāt tibi populi ꝛ maxime filiorū ꝛ filiarū Eccī. iij. Qui honorificat patrem iocundabitur in filijs. Quarta eſt honorificationis oim pſertim virtuoſorum vnde ſubditur. Adorēt te tribꝫ. i. virtuoſi a tribus virtutibus theologicis dicti: et h̄ ꝓpter honorificam eius famā quā ex honorificatiōe parentū acq̄rit. Prouer. xij. Melius eſt nomen bonum q̄ꝫ diuitie multe: ꝛ datur illi nomē hoc quaſi p pmio in hoc ſeculo. Eccī. iij. Gl'ia hominis ex honore patris ſui. Quīta eſt exaltationis ꝛ reuerentie inter frēs ſuos: vnde dr̄. Eſto. i. eris dominus fratrū tuorum ꝛ incuruantur ante filij matris tue hoc patuit in Joſeph. Gen. lxv. Sexta eſt vindicte in inimicorū: vnde dr̄. Qui maledixerit tibi ſcꝫ effectu affatu vel affectu: ſit ille maledictus vt impedire non poſſit pſperam ꝛ lōgeuā vitā. q̄ dicit Eccī. iij. Qui honorat patrē ſuū vita viuet longiore: Congruū ē eñ. ſm Alex. de hal. q̄ procuratio cōſeruationis vite principij mereat cōſeruationē ſui. Septia ē vicarie bñdictionis fautorū: vnde ſubnectit: Et q̄ bñdixerit tibi bñdictiōibꝫ repleat: nam bñdictio ſingularis eſt bene ſentire de rectis: h̄ eñ rectitudinis ſignum pfert: q̄ ſicut recto ligno non coheret niſi rectū lignū: ſic aie recte niſi mens recta cōcordare nō pt: ꝛ hec vtriuſqꝫ vicaria benedictio eſt eterne beatitudinis de q̄ videt intelligendū illud. j. Timo. iiij. Pietas aūt ad animā vtilis eſt: ꝛ maxime q̄ erga pentes exercet. Sequit pmiſſionē habens vite eius q̄ nūc ē ꝛ future. Ad lau. d.

## ¶ De honoratione parentū q̄ conſiſtit in reuerentia obedientia et beneficentia/ ratiōe generationis inſtructionis ꝛ educationis. Ser. iiij

Honora patrem tuum et matrem tuā. ꝛc̄. Exo. xx. Viſo vtcūqꝫ d̄ honoratiōe pentū in generali. Jam breui ſtilo pcurrendū ē magis in ſpēali: qualiter eiſdē ē exhibēda reuerētia: obediētia: ꝛ bñficentia. rōe generatiōis inſtructionis ꝛ educationis. ¶ Ad cuius euidentiā prio q̄ri pt: q̄s modis pceptū iſtud intelligit: pſertim cū pat ꝛ mater pluribꝫ modis accipiunt: Nā primo deus dicitur pater creatiōe diabolus crimīs imitatione epiſcopi ꝛ plati auctē. ſenes antiq̄tate: ſacerdotes ſacrorū collatione: nutricius cura ꝛ ſic de alijs. Ad h̄ rñdet Aſten. li. j. ti. xxiiij. quod iſtud preceptum pt intelligi tripliciter. Prio ſm q̄ dr̄ a lege nature et ſic intelligitur pater carnal': quia natura nō nouit niſi patrem carnalem q̄ eſt principium in eſſe natur̄. Et nota q̄ appellatio patris ꝛ matris extēditur ad omnes aſcendentes ī recta linea ſic in nomine filij ad oēs deſcendentes: ſed nō ad trāſuerſales. Scdo vero ſm q̄ ē legis ſcripte a deo inſpirate ꝛ ſic intelligitur pater ſpūalis: quia lex ſcripta reputat patrem. non tm̄ illū q̄ eſt pncipiū: in ē nature: ſed etiā illū q̄ ē pncipium p miniſterium in eſſe grē: ſm illud. j. Cor. iiij. In chriſto ieſu p euangeliū ego vos genui. Tertio deniqꝫ ſm q̄ accipitur p allegoriam improprie: ꝛ ſic deus dicit pater: cui dicimus. Pater noſter qui es in celis: vnde ſuper illud Deut. v. Honora patrē ꝛ matrē: dicit q̄dam glo. i. deū ꝛ eccl'iam. ¶ Scdo q̄ri poteſt cū dñs voluit dare filijs pceptū de parentibus cur tam inſufficienter expreſſit quia parentibus nō ſolū debet honor ꝛ reuerētia ſꝫ etiam ſuſtentatā quā tm̄ deus p̄termit: Ad

h̃ rñdet doctoꝛ ſãctus ſcḋa ſcḋe.q.cxxij.ꝙ pa
rẽtibus inquãtũ hmõi debeꝛ eis reuerentia
et honoꝛ:ſed ſuſtentatio ⁊ alia ſimilia debenꝛ
eis rõn: alicuius accñtis.ſ.inquantũ ſunt idi
gentes vel ſm aliquid hmõi:et qꝛ qḋ eſt ꝑ ſe
ꝑꝛius eſt eo qḋ eſt ꝑ accñs:iõ inter ꝑma pre
cepta legis q̃ ſunt precepta decalogi ſpẽalr̃
precipitur honoꝛatio pentũ:in q̊ tñ ſic i q̊dã
pꝛincipali intelligitur mãdari ⁊ ſuſtentatio ⁊
quicquid aliud debeꝛ pentibus.Et vt dicit
Hein.de vrimaria.Rõnale eſt vt q̇s pentes
honoꝛet:quia niſi fuiſſent pentes hõ non ve
niſſet ſup terram.Et ideo niſi q̇s pentes ho
noꝛauerit iuſtũ eſt vt vita ei⁹ abbꝛeuieꝛ:vt in
eo puniaꝛ in quo deliquit:⁊ econtra vita pa
rentes honoꝛantis ꝓlongeꝛ.Tertio ꝓinde q̃
ri poteſt.q̃re pꝛecipue ꝓmittitur lõgeuitas ꝓ
parentũ honoꝛatiõe magis q̃ȝ quacũq; alia.
Ad h̃ rñdet Aſten.vbi.ſ.ꝙ congruum eſt vt
ei qui gratus eſt beneficio beneficium ꝯſerue
tur ſicut ingratus beneficio pꝛiuare meretur.
Beneficiũ aũt vite coꝛpoꝛalis poſt deũ a pen
tibus habemus:⁊ iõ pentes honoꝛãs q̃ſi bñ
ficio gratus mereꝛ in vita conſeruari.qui ꝟo
non honoꝛat tanq̃ȝ igratus mereꝛ vita ꝓuari
ſed quia longeuitas nõ allicerȝ niſi cũ ꝓſperi
tate eſſet.iõ qḋ Exo.xx.pretermiſit.Deuꝛ.v.
addidit.ſ.ꝓſperitatem vbi dicit.Honoꝛa pa
trem tuũ ⁊ ma.tu.ſicut p̃cepit tibi de⁹.vt lon
go tp̃e viuas ⁊ bene ſit tibi.Vñ i hoc p̃cepto
ſicut ⁊ i pꝛimo p̃mium ꝓmittiꝛ poti⁹ q̃ȝ i alijs
quia hoies vti pl̃ib⁹ vd vtilitatẽ aliquã act⁹
ſuos oꝛdinãt:⁊ ideo in illis p̃ceptis opoꝛtuit
ꝓmiſſionem addere p̃mij ex q̇b⁹ nulla vide
baꝛ vtilitas ſequi vel aliqua vtilitas impedi
ri et quia pentes iã ſunt in recedendo nõ expe
ctaꝛ vtilitas ab eis.Hinc huic p̃cepto addiꝛ
ꝓmiſſio Siꝛ ⁊ ꝑmo p̃cepto ꝯ ꝓhibitiõe idõ
latrie:quia ꝑ hoc videbaꝛ apparens vtilitas
impediri:quam hoies credũt ſe ꝑ pactũ cum
demonibus initũ ꝯſequi poſſe.¶ Qḋ ſi obij
citur illa pꝛomiſſio de lõgeuitate vite videtur
eſſe inanis et friuola:qꝛ ſepe ꝯtingit ꝙ paren
tes ſuos honoꝛãtes et eis fideliꝛ ſubuenien
tes cito moꝛiunꝛ et ecõuerſo pentes dehono
rantes et irritantes nec ſubuenientes diu vi
uunt.Ad h̃ rñdet ſanctus Tho.vbi.ſ.ꝙ pa
rẽtes honoꝛãtibus longeuitas ꝓmittiꝛ:nõ ſo
lum q̃ȝtũ ad futurã vitã:ſed etiã q̃ȝtũ ad pre
ſentẽ:ſm illud apl̃i.j.Timo.iiij.Pietas ad
omnia vtilis eſt ꝓmiſſionẽ hñs vite q̃ nũc ẽ
et future:qꝛ cum p̃ntia bona vel mala non ca

dũt ſub merito vel demerito:niſi inq̃ȝtũ oꝛdi
naꝛ ad futurã remunerationẽ:iõ q̃nq; ſm oc
cultã rõnẽ diuinoꝝ iudicioꝝ q̃ marie futuraȝ
remunerationẽ reſpiciũt.aliq̇ qui pij ſunt i pẽ
tes citius vita pꝛiuãꝛ:alij ꝟo q̇ ſũt impij i pa
rentes diutius viuũt. ℞ Quarto q̃ri põt i
quo ꝯſiſtit honoꝛ ille quẽ dñs p̃cepit filijs ex
hiberẽ pentib⁹.Ad h̃ rñdet glo.ſup illḋ Ephe.
vj.Honoꝛa pa.et ma.ꝙ honoꝛ iſte ꝯſiſtit in
duob⁹.ſcȝ in reuerẽtia ⁊ ſuſtẽtatiõe.Pꝛo cui⁹
declaratiõe ſciendũ:ꝙ honoꝛ ꝓut icludit hec
duo conſiſtit in tribus.ſ.in reuerentia:obediẽ
cia ⁊ beneficentia ⁊ in his tribus debem⁹ eos
honoꝛare:qꝛ ſm intelligentiam lr̃alem pater
noiat ꝑſonam generãtis inſtrumentis ⁊ edu
cantis:⁊ ſic tenet rõnem originis regiminis
⁊ benefactoꝛȝ:vnde dicit ph̃us:ꝙ filij nõ põt
parentibus reddere equalens qꝛ tria bona
nobiliſſima receperũt a parentib⁹ quoꝛũ nul
lum eis ſufficienter recõpenſare põt.ſ.eẽ na
turale nutrimentum:⁊ doctrinã nã rõne eſſe
naturalis.ſ.rõnis originis debeꝛ eis honoꝛ re
uerentie iuxta illud Eccl̃i.iij.Qui timet dñm
honoꝛat parentes:⁊ quaſi dñis ſeruiet his q̇
ſe genuerunt in ope ⁊ ſermõe ⁊ cum oi patiẽ
tia:ſ.coꝛdis:vbi triplicẽ tangit honoꝛẽ reuerẽ
tie.Pꝛimo opis:qꝛ rõne eſſe naturalis qḋ cõ
traximus a pentib⁹ tenemur eis humiliter et
reuerenter ſeruire:ex tota virtute coꝛpis quã
tũcũq; indigent:qḋ ẽ ꝯ illos q̇ manus violen
tas in eos inijciũt.vel victũ neceſſariũ ſubtra
hunt:Scḋo oꝛis:vt nec duris nec aſperꝭ ver
bis cõtendam⁹ cũ ipis:ſed eoꝝ repꝛehenſiões
dulciter ſuſtineam⁹ ⁊ blãdis verb̃ rñdeam⁹.
qḋ ẽ ꝯ illos q̇ pentibus maledicũt:⁊ in h̃ ma
ledictionẽ diuinã incurrũt.Iuxta illḋ Leui.
xx.Qui maledixerit pr̃i aut matri moꝛte moꝛi
atur.Tertio coꝛdis:vt.ſ.ipos toto coꝛde dili
gamus:quod eſt cõtra illos qui parentibus
moꝛtem optant vt ipſoꝛũ hereditatem recipi
ant:vel vt ſm motũ ꝓpꝛie voluntatis ſine eo
rum repꝛehenſione viuant.¶ Scḋo rõne re
giminis.⁊ doctrine debetur eis honoꝛ obedi
entie:de quo dicit Eph.vj.Filij obedite pa
rentibus veſtris in dño:hoc enim iuſtum eſt
Honoꝛa pa.tu.⁊ matrẽ tu.qḋ ẽ mandatũ pꝛi
mũ in repꝛomiſſiõe:vt bñ ſit tibi:⁊ ſis lõgeu⁹
ſup terrã:hec ibi.Vnde filius teneꝛ obedire
parẽtib⁹ in his que ad ſalutẽ pertinẽt rõne ſe
cũdi boni quod a patre recepit.ſ.regimen et
doctrinam.Ad quod exemplo pꝛopꝛio chꝛi
ſtus non induxit:qui vt dicitur Luce.ij



Parentibus ſuis ſubditus fuit.Ratione deni
q; nutrimẽti vel benefactoꝛis debetur eis ho
noꝛ beneficentie.vt ſi indigeant eis vite neceſ
ſaria miniſtremus:⁊ poſt hanc vitã eoꝝ ani
mas:miſſis elemoſynis:ieiunijs:⁊ ſimilibus
a purgatoꝛio liberemus:nec enim in benefi
cijs poſſunt filij parentibus equiualens red
dere:quia parentes nutrierunt filios de ſua
carne ⁊ pꝛopꝛia ſubſtantia:ſed filij nutriunt
parentes de ſubſtantia aliena:⁊ ideo qui in
his tribus parentes non honoꝛant a deo tri
plici vindicta ſeuere vltionis feriunꝛ.Pꝛima
eſt abſtractio rerũ tempoꝛaliũ quia diuino iu
dicio plerumq; talibus diuerſa infoꝛtunia re
rum tempoꝛaliũ eueniunt:qui ſuis parentib⁹
in indigentijs non ſubueniunt.Secundo ab
bꝛeuiatio vite tẽpoꝛalis ⁊ fame:vnde pſ.Su
bito defecerunt:perierũt pꝛopter iniquitatem
ſuam.Et ſm iura infames reddunꝛ ⁊ a teſti
monio ferendo ⁊ ab omni actu legitimo repel
lunꝛ:ij.q.vij.c.plerique.in fine.Et ſm canones
ingrati parentib⁹ a teſtamento ſibi facto ⁊ de
uotiõe ſibi facta excludunꝛ ⁊ hereditaria ſuc
ceſſione pꝛiuatur ꝓut poſtea latius videbitur
Tertio additio moꝛtis eterne:dicit enim glo.
Leuit.xx.Qui maledixerit pr̃i aut matri moꝛ
te moꝛiaꝛ:ſcȝ moꝛte eterne dãnationis.Nec
miꝝ cũ reputanꝛ indigni vite tp̃ali:que eis di
uino iudicio ſubtrahiꝛ:cũ tamen alijs pecca
toꝛibus hec vita ad penitentiã concediꝛ:ꝙ ſi
ab his vindictis quidã eoꝝ occulto diuino iu
dicio miſericoꝛditer eximanꝛ magis timeant
ne ꝑſeuerantes in malo potioꝛi vindicte reſer
uentur.Verumtñ ex iã dictis duo ꝓncipaliter
pꝛoſequenda reſultant.Pꝛimũ eſt:quõ nos
obligamur ad parentũ obeditionem.Secun
dũ eſt quõ cogimur ad eoꝛum ſuſtentationẽ.
Quantũ igiꝛ ad pꝛimũ queri põt:vtrum vn⁹
homo teneaꝛ alteri obedire:ꝓſertim cũ inſti
tutio diuina contineat ꝙ homo ſuo conſilio re
gaꝛ.Eccle.xv.Deus ab initio ꝯſtituit hoiem
⁊ reliquit illum in manu cõſilij ſui.Ad hoc rñ
det Tho.ſcḋa ſe.q.ciiij.ꝙ ſicut actiones rerũ
naturaliũ procedũt ex potentijs naturalibus
ſic etiã opationes hũane pꝛocedunt ex huma
na voluntate:opoꝛtuit aũt in rebus naturali
bus ꝙ ſuperioꝛa mouerent inferioꝛa ad actio
nes ſuas:per excellentiam naturalis virtutis
collate diuinitus.Vnde opoꝛtet etiam in re
bus humanis ꝙ ſuperioꝛes moueant inferio
res per ſuã volũtatem ex vi auctoꝛitatis diui
nitus oꝛdinate.Mouere aũt per rõnem ⁊ vo

luntatem eſt pꝛecipere:⁊ ideo ſicut ex ipſo oꝛ
dine naturali diuinitus inſtituto:inferioꝛa in
rebus naturalibus neceſſe habent ſubdi mo
tioni ſuperioꝝ:ſic etiam in rebus humanis ex
oꝛdine iuris naturalis ⁊ diuini tenentur infe
rioꝛes ſuis ſuperioꝛibus obedire:vt filij pa
rentib⁹:ſerui dominis:ſubditi pꝛelatis ſpũali
bus ⁊ tẽpoꝛalibus:monachi ſuis p̃latis.De
us aũt reliquit hoiem in manu conſilij ſui:nõ
ꝙ liceat ei facere oẽ qḋ velit:ſed quia ad id
qḋ faciendũ eſt:non cogitur neceſſitate natu
re ſicut irrationales creature:ſed libera electi
one ex pꝛopꝛio cõſilio pꝛocedente:⁊ ſicut ad a
lia facienda pꝛopꝛio cõſilio pꝛocedere debet:
ſic etiam ad hoc ꝙ obediat ſuo ſuperioꝛi. ℭ
Qḋ ſi queriꝛ cui plus obedire tenemur patri
carnali an ſpũali.Ad hoc reſpondet glo.xxx.
q.iij.c.pitaciũ:in fi.ꝙ in neceſſitate potius eſt
carnali ſubueniendũ in tempoꝛalium benefi
cioꝝ exhibitione:quia de carnali pꝛeceptum
illud intelligitur.Honoꝛa patrem ⁊ matrem
Cuius ratio eſt:quia ab eo habet eſſe que ob
ligatio etiam per infidelitatem non diſſoluiꝛ
ſed iure naturali ⁊ diuino hec obligatio nata
eſt:vt patet.j.diſt.c.ius natura:⁊ ſic in regula
Auguſti.habetur ꝙ religioſus pꝛelato tanq̃ȝ
patri debet obedire:ibi verbum tanq̃ȝ:notat
ſimilitudinem potius q̃ȝ veritatem:⁊ in euan
gelio Matth.xxvj.Tanq̃ȝ ad latronẽ:Sed
in exhibitione reuerentie plus deferendũ eſt
ſpirituali patri.¶ Deniq; queri poteſt:vtrum
ergo filij:ſerui:ſubditi ⁊ inferioꝛes teneantur
in omnibus obedire:pꝛeſertim cum dicitur
Colloſſẽ.iij.Filij obedite per omnia paren
tibus veſtris:⁊ ſubdit.Serui obedite per o
mnia dominis veſtris carnalibus:⁊ eadem
ratio eſt de alijs ſubditis.Ad hoc reſpondet
Thomas vbi ſupꝛa:ꝙ obediens mouetur ad
imperium pꝛecipientis quadam neceſſitate
iuſtitie ſicut res naturalis mouetur a virtu
te ſui motoꝛis neceſſitate nature:ꝙ ergo res
naturalis non moueatur a ſuo motoꝛe poteſt
contingere dupliciter.Vno modo pꝛopter im
pedimentum quod pꝛouenit ex foꝛtioꝛi virtu
te alterius mouentis:ſicut lignũ non cõburiꝛ
ab igne ſi foꝛtioꝛ vis aque impediat.Alio mo
do ex defectu oꝛdinis mobilis ad motoꝛẽ:qꝛ
⁊ ſubijciatur eius actioni quantum ad aliqḋ
non tamen quantum ad omnia ſicut humoꝛ
quãdo ſubijcitur actioni caloꝛis q̃ȝtum ad ca
lefieri:non tamen quantum ad exſiccari vel
cõſumi.Sic etiam ex duobus cõtingere po

reſt: ꝙ ſubditus ſuo ſupiori non teneaṫ in oibꝫ
obedire. Uno mō ꝓpter ꝑceptū maioris pla⸗
ti vel ptātis: vñ ſuper illud Ro.xiij. Qui reſi⸗
ſtunt ei ſibi dānationē acquirūt: dicit glo. Si
ꝗd iuſſerit imparator numꝗd tibi faciendū eſt: ſi
ꝯtra ꝓ conſulē iubeaṫ ⁊ aliud imparator: numꝗd
dubitaṫ illo conteṗto illi eſſe ſeruiendū: ergo
ſi aliud imparator aliud deus iubeat: ꝯtēpto il⸗
lo: deo eſt obtemperandū. Et ex hoc ꝯcludiṫ
ꝙ nulli eſt obediendū in his q̄ ſunt ꝯ deū vel
aīe ſalutē: vel ſimpliciter vel ex caſu. Alio mō
nō teneṫ inferior obedire ſuo ſupiori ſi ei aliqd
ꝑcipiat i quo nō eſt ei ſubiectus: dicit eñ Se⸗
neca.in.iij. de beneficijs. Errat ſi ꝗs eſtimat
ſeruitutē in totū hoīem deſcendere: pars eñ
melior excepta eſt: corpa ſunt obnoxia ⁊ aſſcri
pta dominis: mens ꝗdem ſui iuris eſt: ⁊ ideo
in his q̄ ptinent ad interiorē motū voluntatis
hō non teneṫ hoī obedire ſed ſolū deo. Tene
tur aūt hō hoī obedire in his q̄ per corpus
exterius ſunt agēda: i ꝗbuſdā tñ etiā ſm ea q̄
ad naturā corpis ptinēt hō hoī nō teneṫ obe⸗
dire ſ; ſolū deo: qꝛ oēs hoies naturalr̄ ſunt pa
res: puta in his q̄ ptinent ad corpis ſuſtētatio
nē ⁊ prolis generationē: vñ nō tenenṫ nec ſui
dñis: nec filij parentibꝫ obedire de matrimo⸗
nio ꝯtrahendo vel ꝟginitate ſeruanda vel ali
quo alio hmōi: ſed in his q̄ pertinēt ad diſpo⸗
ſitionē actuū ⁊ rerū humanarū teneṫ ſubdit⁹
obedire ſuo ſupiori ſm rōnem ſupioritatis: ſi⸗
cut miles duci exercitus in his q̄ pertinent ad
bellū: ſeruus dño in his q̄ ptinēt ad ſeruilia o⸗
pera exequēda: filius patri in his q̄ ptinēt ad
diſciplinā vite ⁊ curā domeſticā: ⁊ monachus
in his q̄ ptinent ad regularē cōuerſationē ſm
quā ſuo p̄lato ſubditur. ⁊ iō q̄ꝫtum ad illa ſola
teneṫ obedire q̄ pñt ad regularē obſeruantiā
⁊ cōſeruationē ptinere q̄ eſt obedientia ſuffici
ens ad ſalutē: ſi tñ etiā in alijs obedire volue⸗
rit: hoc ad cumulū pfectionis ptinebit: dūmō
tñ illa nō ſint ꝯtra deū vel ꝯ pfectionē regule
vel in aliquo caſu ꝯtra ſalutē aīe: qꝛ talis o⸗
bedientia ſimplicit vel in illo caſu eſſet illicita.
Sic igitur pōt obedientia triplex diſtingui.
Prima ſufficiens ad ſalutē que ſcꝫ obedit in
his ad que obligaṫ. Scda perfecta q̄ ſcꝫ obe
dit in omnibus licitis. Tertia indiſcreta que
ſcꝫ i illicitis etiā obedit: ꝯtra q̄s dicit Act.iiij.
Obedire oportet deo magis q̄ꝫ hominibus:
⁊ iō qd̄ Apl's dicit filijs ⁊ ſeruis ꝙ obediant
per oīa: ſane intelligendū eſt q̄ꝫtum ad illa q̄
pertinent ad ius patrie vel dominatiue pote⸗
ſtatis. Ad laudem dei omnipotentis.

¶ Utrum filius obedire teneṫ patri
⁊ matri circa matrimoniū: ⁊ vtrū re
ligionis ingreſſus cōtra voluntatē
parentū ſit illi interdictus. Ser. iiij.

Honora patrem tuū ⁊c. Exo.
b xx. Occaſione queſtiōis ꝑcedentis ꝑ
mo queri pōt in quibus patri filius
obedire teneṫ: ꝑſertim cū apl's. Coll.iij. nihil
excipere videaṫ: dicens. Filij obedite ꝑ oīa
parentibꝫ veſtris. Ad h̄ rñdet Aſteñ. lib.j.ti
xxiiij. ꝙ ſm gradus ſupioritatis ē modus obe
ditiōis: qꝛ vt dꝫ Ro.xiij. Oīs ptās a dño deo
eſt: ⁊ oīs aīa poteſtatibꝫ ſublimioribus ſubdi⸗
ta ſit. Eſt aūt ſupioritas conſtituta tripliciter.
Prima in ſpūalibus ⁊ ſic p̄eſt pater ſpūalis.
Scda cōſtituta eſt i regimine reipublice: ⁊ ſic
p̄eſt p̄latus ſecularis. Tertia deniq; in regi⸗
mine ꝓprie familie: ⁊ ſic preeſt pater carnalis.
Sicut ergo determinaṫ obedientia p̄lati ſpūa
alis in ſpūalibus: ⁊ p̄lati ſecularis in tempora
libꝫ reipublice: ſic etiā obedientia patris in di⸗
ſpenſatiōe rei familiaris: ⁊ ſm hoc dici pōt: ꝙ
filius patriſfamilias obedire patri teneṫ in oī⸗
bus ꝓbabiliter ptinentibꝫ ad neceſſitatē vel
vtilitatē rei familiaris: ⁊ ſic intelligi dꝫ aucto
ritas ſupradicta: ⁊ ſimiles: vñ q̄ꝫdiu filius vti
tur bonis patris. dꝫ illi obedire in diſpenſatio
ne tpaliū ⁊ ſubminiſtratione obſequioꝝ: ac e⸗
tiā in exercitatione actuū virtuoſoꝝ. Hinc dr̄
Deut.xxj. Si genuerit hō filiū cōtumacē qui
nō audiat patris ⁊ matris imperiū: ⁊ coher⸗
cius obedire conteṗſerit: apphendēt eū ⁊ du⸗
cent ad ſeniores ciuitatis illius ⁊ portā iudicij
dicentq; ad eos. Filius noſter iſte ꝓteruus ⁊
ꝯtumax eſt: monita nr̄a audire ꝯtēnit: cōmeſ⸗
ſationibꝫ vacat ⁊ luxurie atq; cōuiuijs: lapidi⸗
bus eū obruet ppl's ciuitatis ⁊ morieṫ: vt au⸗
feratis malū de medio vr̄i. Ex q̄ ptꝫ ſm Al.
an. ꝙ patri filius obedire teneṫ in diſciplina
bonoꝝ moꝝ qd̄ intelligi dꝫ de neceſſarijs ad
ſalutē. A. Scdo ꝟo q̄ri pōt: vtrū patri pci⸗
pienti ꝯtrahere mr̄imoniū cū aliqua: filius o⸗
bedire teneaṫ ſub pena pcti mortalis. Ad h̄
rñdet Gaſp. de cal.in.c.j.extra de ſpon.impu.
inter alia. Qd̄ ſi queriṫ: an ex ſponſalibꝫ parē
tum filij obligenṫ ⁊ tūc ptꝫ rñſio ex li.vj.c.vni
co. vbi diciṫ ꝙ ex ſponſalibꝫ q̄ parentes ꝓ filijs
puberibꝫ vel ipuberibꝫ plerūq; ꝯtrahūt: ipſi fi
lij ſi expreſſe ꝯſenſerint vel tacite: vt ſi pſentes



fuerint nec ꝯtradixerint: obliganṫ ⁊ ex eis ori⸗
tur iuſtitia publice honeſtatis: ⁊ eſt idē ſi filij
tpe ſponſalioꝝ abſentes ⁊ etiā ignorantes ea
dem ſponſalia poſt ſcientes: ratificauerint ta⸗
cite vel expreſſe. Joh.an. dicit ibidem: ꝙ qui
tacet in hoc caſu conſentit: qꝛ regula iuris eſt
qui tacet conſentire videṫ: ⁊ in fauorabilibus
precipue ſequiṫ in textu: alius ex ſponſalibus
cōtractis pro filijs a parentibꝫ nec ipſi filij ob⸗
liganṫ nec publice honeſtatis iuſtitia inde ſur
git. Si vero queritur an patri ꝑcipienti matri
moniū vel ſponſalia cōtrahi filius obedire te
neatur. Reſpondet ꝙ ſaluo ſaniori iudicio ſi⸗
bi videṫ: ꝙ ſi pater iuſtā habet cauſam ꝑcipi⸗
endi: ꝙ cū tali ꝯtrahat vel ne cū tali cōtrahat
puta propter pacem ineundā vel aliā ſimilem
cauſam: vel ne cōtrahat cū muliere mala vel
ſibi exoſa: ſicut fecit Eſau cōtrahens cū his q̄
parentibus exoſe fuerūt: tūc filius teneṫ patri
obedire niſi vellet in caſtitate pmanere: qd̄ ſi
non facit nō peccat: ⁊ ecōuerſo ſi filius habet
iuſtam cauſam nō obediēdi: nullatenus pec⸗
cat non obediendo: ſed cauſis legitimis hinc
inde ceſſantibus: cū matrimoniū oīno debet
eſſe liberum. tum rōne ſignificati: tum ratione
tante obligationis ſeu ſeruitutis que in illo cō
tractu conſiſtit: nō eſt illud a parentibꝫ iniun⸗
gendū inuito nec a filio eſt de neceſſitate pa⸗
rendū: nec obligaṫ etiā q̄ꝫtum ad pctm̄ ex ꝑce
pto: ſed tm̄ de honeſtate ⁊ ꝯſilio: ⁊ ſic eſt intel⸗
ligendū: c.j.extra de deſpon. impu. in his dua
bus queſtionibꝫ. Nam ibi ſcribit papa epiſco
po Euſebio. Tua fraternitas reꝗſiuit de fi⸗
lio adulto quē pater vult matrimoniū cōtra⸗
here: ſi ſine volūtate adulti filij hoc facere pōt.
Ad qd̄ dicimus ſi aliquo modo non cōſentit
filius: nō fieri poſſe: pōt aūt filium nondū adul
tū cuius voluntas diſcerni non pōt pater cui
vult in matrimonio tradere: ⁊ poſtq̄ꝫ filius ꝑ
uenerit ad legitimā etatem oīno debꝫ hoc ad
implere: gloſa: de honeſtate nō de neceſſitate:
⁊ idem iudiciū eſt de filia. ¶ Tertio proinde
queri pōt: vtrū pater teneaṫ dotare filiā ſine
illius conſenſu nubentē: ꝑſertim cū matrimo⸗
niū debeat eſſe liberū vt dictū eſt. Ad hoc rñ
det Fran. de zab. qꝛ ſi tale matrimoniū initū
ſit ratum: nullū habēs impedimentū: tūc filia
ſi nubit poſt.xxv. annū. pater nō poteſt illi op⸗
ponere: ⁊ qꝛ pater filiā ſuam dotare teneṫ: eti
am hāc dotare debꝫ. Si ꝟo nubit añ.xxv.an
nunc videṫ ꝙ pater eum dotare nō teneatur:
equius tñ eſt ꝙ eū pater dotare nō recuſet: qꝛ
licite nubit de iure canonico: ⁊ in hoc leges le⸗
mitanṫ ſacros canones: vt ptꝫ extra de ſecun⸗
nup.c.fi. qd̄ extendiṫ ad oēs mulieres: vt dicit
glo. ⁊ hoc tenet glo.xxxij.q.ij.c.fi. vide etiā tex
illū: qd̄ tñ ſane intelligendū eſt dūmodo dignū
eligat: ſecus aūt ſi indignū: ⁊ hec oīa clarius
patent. xxxvj.q.j.c. de raptorib⁹: in glo. Bar.
brix.in.fi. ¶ Quarto ꝑterea queri pōt: vtrū oc
caſione religionis ꝑtermitti pñt opera ⁊ offi⸗
cia pietatis in parentes: ꝑſertim cū honor ob
ſequij parentibꝫ exhibendus cadit ſub neceſſi
tate ꝑcepti huius ſed ingreſſus religionis eſt
de cōſilijs ⁊ non de neceſſitate ſalutis. Ad h̄
dicendū ꝙ aliter ⁊ aliter loquendū eſt de con
ſtituto in ſeculo ⁊ de profeſſo in religiōe. Quā
tum igitur ad primū: qui ꝯſtitutus eſt in ſecu
lo: dicit doctor ſanctus ſcda ſe.q.cj. ꝙ religio
⁊ pietas ſunt due ꝟtutes: nulla aūt ꝟtus alte⸗
ri virtuti contrariaṫ aut repugnat: qꝛ ſm phm̄
in ꝑdicamentis. Bonū non eſt bono contra⸗
rium ⁊ ideo non poteſt eſſe ꝙ pietas ⁊ religio
mutuo ſe impediant: vt ꝓpter vnū alterius a⸗
ctus excludaṫ: cuiuſlibet eñ virtutis actus de
bitis circumſtantijs limitatur: quas ſi ꝑtereat
nō erit iam virtutis actus ſed vitij. Unde ad
pietatem pertinet officiū ⁊ cultum parentibꝫ
exhibere ſm debitum modū: non eſt autē de⸗
bitus modus vt plus intendat ad colendum
patrem q̄ꝫ ad colendum deum: ſed ſicut dicit
Ambroſi. ſuper Lucam. Neceſſitudini legis
diuine religionis pietas antefertur. Si ergo
cultus parentū abſtrahat nos a cultu dei: iaꝫ
non eſſet pietas parentū inſiſtere cultui cōtra
deum: vnde dicit Hiero. in epl'a ad Heliodo
rum. Si pater in limine domus iaceat: ſi ma⸗
ter vbera quibus te lactauit oſtendat: percal
catū perge patrem: ꝑcalcatam perge matrē:
⁊ ſiccis oculis ad vexillū crucis euola: ſummū
gen⁹ pietatis eſt in hac re eſſe crudelem. Et
ideo in tali caſu dimittenda ſunt officia pieta⸗
tis in parentes propter diuine religionis cul⸗
tum. quia dicit Grego. ꝙ parentes quos ad⸗
uerſarios in via dei patimur. odiendo ⁊ fugi⸗
endo neſcire debemus. Unde Hiero. vbi ſu⸗
pra. Honora patrem ⁊ matrē ſi te a vero pa⸗
tre nō ſeparat: tamdiu ſcito carnis copulā q̄ꝫ⸗
diu ille ſuum nouerit auctorem. Et idem iudi
ciū eſt ſi ſine periculo mortalis culpe: ꝓpter ꝓ⸗
priā fragilitatem vel aliam quamcūq; occaſi
onem parentibꝫ officia pietatis exhibere non
poſſemus. Si ꝟo debita obſequia parentibꝫ
exhibendo non abſtrahamur a diuino cultu

vel obſeruãtia mandatoꝝ:etiã ſine noſtro obſequio ſuſtentari nõ poſſunt:nõ debemus eis relictis intrare religionẽ:qꝛ tranſgrederemur ꝓceptũ de honoꝛatione parentũ nam ſi eoꝝ curã deo cõmitteret:hoc eſſet temptare: cum habens ex humano conſilio qd ageret:ꝑiculo parentes exponeret ſub ſpe diuini auxilij: ꝙ ſi ſine eo parentes tranſigere vitam poſſent:licitũ eſſet illi deſertis parẽtibus religionẽ intrare:qꝛ filij nõ tenentur ad ſuſtentationẽ parentũ niſi cauſa neceſſitatis:vnde illud Luce. ix. vbi dñs dicenti ſibi:ꝑmitte me primũ ire ⁊ ſepelire patrem meũ:rñdit.ſine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos:tu aũt vade ⁊ annũcia regnum dei: exponit. Cyrillus dicens:ꝙ diſcipulus ille non petijt ꝙ patrem iam defunctũ ſepeliret:ſed adhuc viuentẽ in ſenectute ſuſtẽtaret:vſq₃ quo illũ ſepeliret:qḋ dñs non cõceſſit:qꝛ erant alij qui eius curã habere poterant linea parentele aſtricti. Unde generaliter parentes plus obligant̃ ad prouidentiã filioꝝ ꝙ̃₃ filij ad prouidentiã parentũ: cuius cauſam aſſignat lyra ſuper Matt.ix.dicens: ꝙ pater cũ ſit principiũ filij per ſe:obligat̃ ad prouidẽdum filijs de doctrina ⁊ nutrimento: non aũt ecõuerſo. Unde dicit̃.ij. Corin.ix.nec debent filij theſaurizare parentibus ſed parentes filijs:⁊ ideo non licet parentibus ingredi religionem omiſſa cura filioꝝ: ſed debent de eis curare vł de cura competenti eis prouidere:filius aũt nõ ſimpliciter curam parentũ habere tenetur ſed per accidens ſc₃ ſi pater ſit in caſu neceſſitatis in quo nõ poſſit per alium ſibi ꝯuenienter ſubuenire: ⁊ ideo tali caſu ceſſante poteſt ⁊ debet etiã contra voluntatem parentũ religionem intrare. Ad hoꝝ etiã confirmationẽ habetur diſt.j.c.ius naturale:in glo. ꝙ filij locupletes nutrire tenentur parentes egenos:ꝙ ſi parentes habent vnde ſuſtentare poſſunt vel aliquo artificio ſe iuuare poſſunt tunc filij non obligantur: niſi ſit perſona cui non ꝯuenit operari:vt miles ⁊c̃.qui eo ipo ꝙ eget licet operari poſſet: tamẽ eſt alendus ⁊ ſic iſtud preceptum eſt affirmatiuũ ⁊ obligat ſemper:ſed non ad ſemper:ſimiliter parẽtes imo fortiori vinculo tenent̃ filios nutrire etiam illegitimos: vt expreſſe patet extra de eo qui dux. in ma.quam pol.per adulte.c. cũ haberet:in fi.in tex.⁊ glo. Porro ꝙ̃₃tum ad ſecundum ſc₃ illum qui iam in religione profeſſus eſt: dicendum ſm Tho. ⁊ Alex.an.ꝙ talis reputatur iam quaſi mortuus mũdo: ⁊ iõ

non debet occaſione ſuſtentationis parentũ exire clauſtrũ:in quo ꝯſepelit̃ chriſto: ⁊ iterũ ſe negotijs ſecularibꝫ implicare:tũ ꝓpter paupertatem qua proprio carent: tum etiã ꝓpter obedientiã qua ſine licentia ſuoꝝ prelatoꝝ eis clauſtrũ exire nõ licet. Tenetur tamen ſalua ſui ꝓlati obedientia ⁊ ſue religionis ſtatu: piũ ſtudiũ adhibere: qualiter eius parentibꝫ ſubueniat̃. Preterea lic₃ talis non ſit obligatus ad exhibitionẽ corporalem honoris parentũ: eſt tñ obligatus ad exhibitionẽ ſpũalem:ſc₃ in reuerendo:ꝯſolando:orando:ad bonũ inducendo:⁊ ſalutem aĩe procurando:ſalua ſemper obedientia ſupioris:nam in exhibitione ſpũali religioſus maxĩe debet ꝑficere preceptum iſtud circa parentes in qua ꝑcipue conſiſtit ꝯfirmatio ad deũ. ¶ Quinto deniq₃ queri põt:quare non eſt datũ preceptũ de honore filioꝝ ⁊ alioꝝ hominum ſicut de honore parentũ. Ad h̃ rñdet Aſteñ.li.j.ti.xxiiij.ꝙ ratio naturalis non ſtatim dictat ꝙ aliquid ſit ꝓ aliquo faciendũ:niſi cũ homo aliquid debet: debitũ aũt filij ad patrem eſt maxime manifeſtum:⁊ ideo ponitur ſub ꝓcepto:vnde Eccle. vij. Honora patrẽ tuũ ⁊ gemitus matris tue nõ obliuiſcaris:memento enĩ qm̃ niſi per illos non fuiſſes retribue illis quõ ⁊ illi tibi: ⁊ ideo non ponitur etiã ſub aliquo precepto decalogi vt aliquod obſequiũ vel beneficium alicui niſi parentibus impendat̃:parentes aũt non vident̃ eſſe filijs debitores propter aliqua beneficia ab eis recepta:ſed potius econuerſo filius qui eſt aliquid patris:⁊ patres amant filios vt aliqd ipſoꝝ:vt dicit̃.viij.ethi.vnde eiſdem rationibꝫ non ponunt̃ aliqua ꝓcepta ptinentia ad amorẽ filioꝝ: quibus nõ ponuntur aliqua ꝓcepta ordinantia hoĩem ad ſeipſum nemo vnq₃ carnem ſuã odio habuit: Et ſicut in prima tabula vel in ordine ad deũ: primũ ꝓceptum ponit̃ de honore principij qḋ eſt deus: ſic in ſcḋa tabula vł in ordine ad proximũ primũ ꝓceptum ponitur de honore principij qḋ eſt homo:vt ſic vtrobiq₃ principij dignitas honoret̃:nam qui parentes honorat deũ ⁊ ſe ipm honorat:vnde legit̃ ꝙ quidã famoſus doctor erat pariſius multis notus ⁊ dilectus: h̃ audiens mater eius paupcula:cogitauit viſitare filiũ:⁊ in tunicella de burello venit pariſius: querens a matronis pro tali magiſtro q̃ reſponderũt qd vultis ei. ego ſum inquit mater eius tunc matrone refocillantes eã poſtea veſtibus bonis eam ornauerunt:ne magiſter



ille de vtilitate matris verecũdiã pateretur: que cu₃ veniſſet ad filiũ ait: Ego ſum mater tua: Rñdit magiſter:nõ credo:qꝛ mater mea paupcula ẽ:tunicã de burello habere ꝯſueuit ⁊ cũ nullo mõ vellet eã agnoſcer̃:reducta tunicã ſuã induit:⁊ ad filiũ ſuũ reuertit̃ ſedentẽ in medio doctoꝝ:q̃ ſtatim aſſurgens matri capuciũ depoſuit ⁊ amplexat᷒ ẽ eã:dicẽs mõ ſcio ꝙ eſtis mater mea qḋ vbiq₃ diuulgatum ꝓ magno honore ei reputatũ ẽ:⁊ poſtea eṗs pariſienſis effectus eſt. Ecõtra ꝟo de inhonorantibꝫ ⁊ nõ ſubuenĩetibꝫ pentũ neceſſitatibus:legit̃ in li. Apum. Qḋ in normãnie ptibꝫ erat vir diues ſ₃ ignobilis habẽs vnicum filiu₃ delicate nutritũ:ꝯuenit ꝙ̃ patrẽ miles qdã cũ amicis dicens:filia nobis eſt decora nimꝫ ⁊ prudens ꝑ quã poſteritas tua exaltari poterit:hanc filio tuo dabimus in vxorẽ.hoc medio:vt cedas poſſeſſionibꝫ tuis vniuerſis ⁊ filius tibi ⁊ matri ꝙ̃₃diu vixeritis abũdantiſſĩe ꝓuidebit. Hoc pater audiẽs ⁊ herens ſub dubio:tandẽ ab amicis ꝯpulſus ẽ cedere bonis ⁊ qꝛ filius anno primo parẽtes honorauit:ſecũdo tñ minus:⁊ tertio inuerecũdius ꝙ̃₃ decebat:quarto aũt anno vxore ſuggerente domũculã eis in oppoſito fecit:vbi nõ modicã egeſtatẽ pertulerũt:nam vir interdũ audebãt intrare domũ filij:ſed ꝑ ſeruũ mandabãt ei qbꝫ poterant non carere. Accidit aũt vt mater viſa auca infixa veru in domo filij:diceret viro me feminam magis decet paucis eſſe contentam.tu vade ad domũ filij vt ſalte₃ ſemel eſurientem animam ſaties:quẽ mox vt veniente filius vidit:aucam ab igne retraxit et abſcondit:obuiuſq₃ patri quid quereret inq̃ſiuit:qḋ pater intelligens diſſimulauit ⁊ rediit:tunc filius puelle ꝓcepit vt aucam ad ignẽ reponat que bufonẽ maximum pectori herẽtem inuenit:qua clamante filius accurrit bufonẽq₃ niſus eſt excutere:bufo ꝟo reſiliẽs faciem eius adeo fortiter inuaſit ꝙ nulla arte deponi potuit:ꝙ ſi pars aliq̃ monſtri tangeret̃ filius ita ſenſibiliter ledebat̃ ac ſi in corde percuteret̃: cõterritus igit̃ ⁊ cõtrit᷒ dioceſanũ adijt ⁊ cõfeſſus ꝓ penitentia recepit:ꝙ per om̃es fines normãnie ⁊ gallie circũiens:euentum rei populis enarraret.⁊ ſic omnes parẽtes ⁊ filios exemplo ſuo plenius informaret.tandẽ ſacrorum q̃rũdã ꝑcibꝫ liberatũ.⁊ ſubito diſparuiſſe fedũ monſtru₃ audiuim᷒. Ad laudem dei.

¶ Quõ debent ali parẽtes a filijs ⁊ ꝓuideri/ac ecõtra quõ filij ẽt debẽt a parẽtib᷒ ali ⁊ prouideri. Sermo. v

H onora patrem tuu₃ ⁊c̃. Ad euidentiã aũt eoꝝ q̃ tacta ſũt in ꝓcedenti ſermone q̃ri põt. Que ſunt onera q̃ pater ꝓ filio ſubire tenetur ſaltẽ nõdum emãcipato: Ad h̃ rñdet Jo.an.in additiõibꝫ ſpeculi ſup rubrica:q̃ filij ſũt legitimi:ꝙ .xiiij. ſunt onera q̃ pr̃ ꝓ filijs hmõi ſubire h₃. A Primũ eſt alimẽtoꝝ ꝓſtatio ⁊ educatio. Secũdũ ẽ ꝙ illis q̃rat cõiuges vł ꝓuideat ḋ alio ſtatu ſc₃ eccłiaſtico vł religioſo. Tertiũ eſt ꝙ dotẽ vel donationem ꝓpter nuptias tribuat. Quartũ ẽ ꝙ in iudicijs ꝓ ill' agat ⁊ ꝯſentiat: Quintũ ẽ vt ipoꝝ tutelã gerat. Sextũ vt onera nurus ſubeat: Septimũ vt ſibi debitũ ſubſidiũ bonoꝝ reliq̃t. Octauũ vt qñ teſtat̃ eos inſtituat vel exhereder:alias nõ valeret. Nonum vt ex fructibꝫ aduenticioꝝ ſũptus litigiorum faciat. Decimum ꝙ illos ſub caſuali vł mixta conditiõe non inſtituat. Undecimum vt ipſoꝝ bona adminiſtret ⁊ regat. Duodecimum vt in adeunda ex eoꝝ actibꝫ vel ꝯtractibus actione:ꝙ iuſſu teneat vł ꝙ ratum habeat. Tredecimum ꝙ in adeũda hereditate ꝑ filiũ iuſſum ꝓſtet vł ꝑmittat. Decimũq̃rtum ꝙ pleruñq₃ paterna pietas ꝯſiliũ capiat ꝓ liberꝫ ſuis Quibꝫ premiſſis iam ꝑncipale ſcḋm eſt proſequendũ ſc₃ quõ filij obligant̃ ad ꝑẽtum ſuſtentationem.qꝛ ꝓceptũ iſtud nõ ſolũ intelligitur de reuerẽtia ꝑentibꝫ exhibẽda:ſ₃ etiã de neceſſitatibus ⁊ alimẽtis corpalibꝫ miſtrãdꝫ dũmodo patẽter indigeãt. ¶ Primo igit̃ q̃ri põt quid in alimẽtoꝝ appellatiõe ꝯtineatur Ad h̃ dicẽdum ꝙ i alimẽtoꝝ appellatiõe cõtinentur oĩa ad vitã neceſſaria:puta cibaria: veſtes:habitatio ⁊ ſimilia:qꝛ ſie talibꝫ corp᷒ ali nõ põt.h̃ patet:x.q.ij.c.epus.in glo.⁊ plenius in ſpe:q:fi.ſint legi.§.j.i ꝑn:ꝯiungit̃ etiam i ea ad medicinam egroto neceſſaria:vt in ſpe q.fi.ſint legi.§.j.in ꝑn.ꝟ .ſ₃ nunqd is. Et oĩa alia q̃ homĩ natura demõſtrat eẽ neceſſaria: verũtñ alimenta q̃ ꝓſtari debent ſiue de iure ſiue de hois diſpoſitione ꝓſtanda ſunt.ſm facultates eiuſq̇ eadẽ hab₃ ꝓſtare:vt p₃ extra de eo qui dux.i matri:quã pol.ꝑ adul.c.cum haberet:in tex.⁊ glo. Scḋo queri põt:vtrum ergo tenetur pater preſtare filijs ſpurijs vel

aliis illegitimis alimēta p̄ſertim cū extra q̄ fi. ſint legit: c. venerabilē dicit tex. in fine ꝙ ſecula res leges non ſolū repellūt tales a ſucceſſiōe paterna: ſꝫ etiā negāt eis alimēta: ⁊ allegat ibi glo. leges. Ad h̄ dicēdū ꝙ lex canonica tā q̄ꝫ benigna ꝯſiderauit tales illegitimos n̄ eē in culpa vt ptꝫ. lvj. di. c. naſci. ⁊ ſm glo. i h̄ cō cordat iuri naturali ſm ꝙ dicimus: ꝙ liberoꝝ ꝓcreatio ⁊ educatio ab inſtinctu nature ꝓce dit vt. j. di. c. ius naturale. ⁊ iō debēt ali. In h̄ g̃ caſu rigori iuris ciuilis eq̄tas canonica p̄fe renda eſt: vt dic̄ glo. in: c. cū haberet: extra de eo q̄ dux. in ma. quam pol. p adul. Et q̄rit ibi glo. nūq̄d de iure canōico tales illegitimi ſuc cedent in bonis: ⁊ r̄ndet ꝙ nō: q2 lꝫ h̄ decreta lis mādat eis alimēta p̄ſtari: nō tñ eos legiti mat aut vocat ad ſucceſſionē patrꝫ. vt d̄ clā deſt. deſpō. c. vl. ¶ Proinde q̄ri pt. Cum filij ſpurij de benignitate canonica p pentes alij debeāt: apud quē illud cōpleri debeat. Ad h̄ r̄ndet glo. in dicto. c. cū h̄ret: ꝙ fili⁹ minor triē nio debet ali apud m̄ trē: maior ꝟo triennio debet ali apud patrē ⁊ allegat. C. de. pa. po. §. nec filiū: h̄ etiā ptꝫ extra de ꝯuer. infide. c. vl. i tex. ⁊ glo. ꝙ tñ apud matrē fili⁹ minor triēnio ali debet: itelligit Alan⁹ qñ mater habet euꝫ lactare: ſi tñ h̄ nō deceret: puta q2 nobilis eſt: vel forte poſt diuortium ē ꝓfeſſa vel monaſte rium ingreſſa: tūc apud patrē debet ali. i. expē ſis patris: de iure enim eſt ꝙ mater lactare d̄ bet filiū proprijs vberibus: vt ptꝫ. v. di. c. ad eius: ſi tamē eſſet cōſuetudo ꝙ alteri tradere tur ad lactandū ⁊ p ꝯn̄s ſcandalū eēt ſi mr̄ eū lactaret: vel ſi ſubeſſet alia legitima cauſa ꝓ pter quam mater eū lactare nō poſſet: putat Baſpar de chald. eū lactādū expēſis patris. B Quarto p̄terea q̄ri pōt an aliq̄ caſu pr̄ recuſare pōt ne filiū alat: Ad h̄ r̄ndet glo. in dicto. c. cum h̄ret: ꝙ ſic ex cauſa iuſta: puta ſi filius patrem accuſauit ⁊ allegat in argumē tum. l. ſi q̇s a liberis. §. ſi quis ex his. ff. de. lib. agno. qd̄ verum eſt ſiue fuerit accuſatio fc̄tā de crimine capitali: ſiue etiam ex delatiōe pr̄ graue diſpendium paſſus ſit. Scd̄o ſi mior ē triennio filius: ⁊ ſupeſt mr̄: quē caſū intellige put dictum ē iam d̄ lactante. Tertio ſi pater eſt inops ⁊ mater abundat. Quarto ſi eſt ſpu rius ⁊ h̄ de iure ciuili: ſecus d̄ iure canonico vt dictum eſt ⁊ hi q̄tuor caſus colligūt ibidē ex glo: Hoſti. aūt extra d̄ ꝯuer. infide. c. ij. ad dit duos caſus. Primus qñ committit ingra titudinem ꝯ̄ patrē. C. de alen. libe. ſi patrem.

⁊ cauſe ingratitudinis notāt in. c. q̄ntauallis. de iureiur. in glo. ⁊ videbitur infra cum aget de exheredatione: vñ caſus ille multū gene ralis ē ⁊ plures cōplectit: q2 ex q̄b9 cauſis pr̄ filiū ⁊ filius patrē exheredare pñt: ex eiuſdē etiā alimēta denegare pñt. vt no. Bar. in tra ctatu de alimētis. in l. ſi q̇s a liberꝫ. §. ſi q̇s ex his. ff. de libe. agno. Scd̄s ē ſi fili⁹ hꝫ artē vl̄ ſcit artē vnde viuat. ff. de lib. agno. l. ſi q̇s a li beris. Deniqꝫ ſm Bar. in tractatu de alimē tis: ſocer tenet alere nurū inopē: ⁊ allegat. ff. de li. ag. l. ſi q̇s a liberis. §. nō tm̄: ſilr̄ fratrem frater alere tenet vt. l. mutus. §. manente. ff. d̄ iur. doct. Silr̄ mō heres extrane⁹ filij tenet aleī patrē vt ibi notat. p. l. ſi q̇s a liberis. §. pa rens. ff. de. libe: agno. Sic etiā monaſterium alere tenet patrē monachi cū ſit ſuus heres cuiuſdam ſemimortui: vt aut. ſi q̄ mulier. C. d̄ ſacroſanctis eccleſijs. Tutor ꝟo pupillo de negans alimenta non ſolum incidit iuſtā cau ſam remouendi ſed etiam puniendi. vt. l. fi. ff. vbi. pu. edu. de. et lege tutor: qui alimenta. ff. de ſuſ. tu. ⁊ vaſallus vt dicit ibidem Bar. te netur alere dñm egenū: alias feudū poſſit ei licite auferri ꝓpter denegationē alimētoꝝ: vt extra coll: d̄ iuramēto fideli. c. j. Deniqꝫ ſacer dos tenet vxori ⁊ filijs de eccleſie ſue bonis alimenta p̄ſtare ſi non habent aliunde. vt ptꝫ xxxj. di. c. oīno. in glo. ibi tamē loq̄t de vxore ⁊ filijs nō aūt d̄ cōcubiā: vide tex. ⁊ glo. Mari tus multo magis vxorem alere tenet qñ dotē habet: quia dos ſeruire debet oneribus ma trimonij: ꝙ ſi dotem non habet nihilominus eā nutrire tenet. ſi ꝟo opat: ⁊ idē etiā inhere de viri matrimōio ſoluto: vt nota. in. l. ſi p̄gra: ff. de op. li. Si ꝟo nō opat viro tūc nō obliga tur ad eā alendā: niſi furore detentā: vel niſi maritus eā expulerit ſine cā rōnabili: q2 tunc p eā non ſtat q̄ minus opetur. ꝙ ſi pr̄ ⁊ filius egeant dicit glo. in dicto. ca. cum haberet: ꝙ mater alere tenetur viruꝫ ⁊ filium ſi facultas ſubeſt: vt in. l. ſi quis a liberꝫ. §. vtꝝ. ⁊. l. penul. ff. de li. agno. q̄ leges dicunt ꝙ mater ⁊ auus maternus aleret filium ſi pater nō ſupeſt aut egens eſt. Dicit enim Bar. in primo tracta tu: ꝙ tutor tenet alere matrē vl̄ ſororē pupilli egentē: vt in. l. j. poſt p̄n. ff. de tu. ⁊ ra. diſ. Silr̄ ſi tutor pauper eſt nec habet vnde ſe alat: pt alere ſeipſum de bonis pupilli: ſi diues eſt et abundat: vt in. l. j. §. ſi pupillus. ff. de tutelis ⁊ ra. diſ. ¶ Quinto autem queri poteſt po

natur caſus: pater carnalis eſt ifidelis vel im pius: ⁊ alter extraneus eſt fidelis ⁊ iuſtus ⁊ e qualiter egent: nec filius dare ſufficit vtriqꝫ: cui potius ſubueniet: p̄ſertim cū dicit Eccle. xij. Da bono ⁊ ne receperis peccatorem: bñfac hu mili ⁊ ne dederis impio. Ad h̄ dicendū ꝙ in iſta queſtiōe doctores ꝯtraria ſentiūt. Quidā em̄ dicunt ꝙ in hoc caſu p̄ponendus eſt extra neus ꝓpter auctēs inductas: ⁊ ad hoc facere videt. lxxxvj. di. c. nō ſatis. in tex. ⁊ glo. dicit eni Hiero. ꝙ in pauperib9 non tā pauptas q̄ꝫ reli gio eſt attendenda: vt ptꝫ. xvj. q. j. c. qm̄ quic q̄d. Idem Am. ſup illud: ordinauit i me cha. dicit em̄ ꝙ p̄mo diligendus eſt deus: ſcd̄o pa rentes: tertio filij: poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt malis filijs p̄ponendi ſunt. Nimirū cum ph̄s dicat: viij. ethi. ꝙ amicitia pfecta eſt q̄ eſt propter virtutē: ⁊ q2 multi doctores in cōtra riū ſentiunt: ideo dicit Petrus cōmeſtor: hāc q̄ſtionē eſſe nebulā ⁊ tenebroſam aquā in nu bibus aeris. Diſtinguēda eſt igit hec queſtio nam ſi loquimur de affectu dilectionis: tunc plus tenemur bonis extraneis q̄ꝫ malis ꝓxi mis: ⁊ ſic auctoritas Amb. intelligenda eſt: q2 magis debemus diligere bonos extraneos q̄ꝫ malos ꝓpinquos. Si vero loq̄mur de cor porali ſubuentiōe in neceſſarioꝝ exhibitione: tunc ſi extraneus bonus ⁊ fidelis magis indi get vtiqꝫ p̄ponendus eſt patri minus indigen ti: vt ptꝫ. lxxxvj. di. c. paſce fame morientē: ſi nō paui ſti occidiſti: ꝙ ſi equaliter indigent: tūc di cit glo. iij. di. c. ſ. dicas ꝙ patrē qualiſcunqꝫ ſit debemus extraneo p̄ponere: etiā ſancto i his que ſpectat ad opus miſericordie: ſcꝫ in neceſ ſarijs ꝓuidendis: cuius ratio eſt ſm Hein. bo yc: q2 cū exhibitio nutrimenti ſit de iure natu rali primeuo: cōmuni oībus aīalib9: ſm ꝙ nō eſt querendū q̇s fidelis ſit q̇s infidelis: q2 nec hec aīalia diſcernere ſcirent. Ergo q̄ iure pa trem cognoſco: eodē ſcꝫ ſubueniendū iudico ⁊ ipm̄ in p̄miſſo caſu cunctis p̄fero. Preterea ſi pater malus eſt alia rōne videt ſibi magis ſubueniendū. q2 ſi moriat aīe piculū īminet: ſi viuat ſperandū eſt de miſcd̄ia dei: qui non vult mortē peccatoris: ⁊ q̄ non venit vocare iuſtos ſed peccatores. Hec etiam fuit opinio Hoſt. ⁊ Gof. ⁊ Ray. Tho. aūt. ſcd̄a 2ᵉ. q. xxxj ponit adhuc aliā rōnem dicens: ꝙ nullius be nefactoris beneficiū eſt tm̄ ſicut patris vl̄ pa rentū. Et ideo parentes in recōpenſandis be neficijs: ſunt oībus alijs p̄ferendi: niſi neceſſi tas ex alia parte p̄pōderaret: vel aliqua alia

cōditio: puta cōmunis vtilitas eccleſie vel rei publice: cū enim bonū cōe multoꝝ diuinius ē q̄ꝫ bonū vnius: dignū eſt virtuoſuꝫ ꝙ q̇s pro bono cōmuni reipublice ſpūalis vel tp̄alis e tiā propriā vitā exponat piculo. Sed in cete ris pentes oībus ſunt p̄ferendi: ceteris parib9 Et lꝫ ꝯ̄tradictū eſt ꝙ pentes debēt theſauriza re filijs: ⁊ nō ecōuerſo: tñ in extreme neceſſita tis articulo: magis liceret deſerere filios q̄ꝫ p entes: q̇s nullo mō deſerere licꝫ ꝓpter bñficio rū ſuſceptoꝝ obligtaionē: vt ptꝫ p ph̄m in. viij. ethi. hec Tho: ꝯcordat Pet. ſup. iij. diſt. xxix. ¶ Sexto ꝯſequenter queri pōt de patre q̄ lapſus eſt in hereſim: vtrū filius debet illū ac cuſare ⁊ prodere vel occultare ⁊ alere. Ad h̄ r̄ndet Aſteñ. ⁊ Alex. an. ꝙ pater heretic⁹ aut ſibiipſi tantū officit: vtpote qñ eſt occulte: nec alicui p illā inficere q̄rit: ⁊ tunc debet occulta ri ⁊ ali: aut etiā alios ſua praua doctrina cor rūpit ⁊ tunc tenet filius accuſare patrē cuius ratio eſt: q2 tenet honorē patris celeſtis p̄ferre honori patris carnalis: vñ pater carnalis q̄ dehonoreꝫ patrē celeſtem nō eſt ſuſtentādus. Sed filius in eo caſu ꝯſideret illud euangeli cum. Qui diligit patrē aut matrē plus q̄ꝫ me nō eſt me dignus: vñ Deu. xxxiij. dicit ꝙ i lau de leui. Qui dixit patri ſuo ⁊ matri ſue neſcio vos: ⁊ fratribus ſuis ignoro illos ⁊ neſcierūt filios ſuos: hi cuſtodierūt eloquiū tuum ⁊ pa ctum tuū ſeruauerunt: ⁊ hoc cōtigit quando iuſſu Moyſi interfecerūt idolatras chorizan tes ⁊ zelati ſunt zelū dñi: vt ptꝫ in Exo. ¶ Se ptimo inſup queri pōt cū ſm legem canonicā filius ſpurius ali debeat a parentibus: vtꝝ g̃ pater aliq̄d poſſit legare filio ſpurio pro ali mētis. Ad h̄ Barto. ff. de his qui vt indigni. l. fi. r̄ndet. ꝙ ſic: p litterā: extra de eo q̄ dux. in ma. quā pol. per adul. ca. cū haberet: vbi pa pa p̄cipit ꝙ talibus a parentib9 debet fieri ꝓ uiſio neceſſitatū: ſm ꝙ parentibus ſuppetunt facultates: dūmodo tamē nō leget eis imode rate. Poterit etiā ſic legare pro alimentis in vita filij: ꝙ poſt eius obitum legatum cedat fi lijs filij. Itē tenet Baldeuomus. C. de ſacro ſanct. eccle. ſ. Et idem dicit Barto. in dicta. l. fi. de dote. quia pater pōt legare filie ſpurie ꝓ dote eadem rōne: qd̄ nota ſingulariter: quia ſepe accidit: ⁊ licꝫ leges ꝯtradicāt q̄ tales nō ſolum repellūt a ſucceſſione paterna: ſed etiā negant ipſis alimēta: vt ptꝫ extra q̄ fi. ſint le. c. per venerabilē: in fi. qd̄ inductū eſt de rigore iuris ciuilis in de teſtatione criminis: vt dicis

glo.in dicto.c.cũ haberet:tñ valebũt legata ꝑ
miſſa etiã in terris q̄ nõ ſunt eccl'ie:qꝛ vt dicit
ibidē glo.ad fi. hoc ius ꝑfert ciuili: qꝛ innitit
iuri naturali : eo ꝙ educatio filioꝝ eſt de iure
naturali.¶ Qđ ſi querit:vtrũ ergo mulier poſ
ſet filios de adulterio ſuſceptos ſibi ſucceſſo-
res heredes inſtituere. Ad hoc dicendũ ꝙ ſic
qꝛ q̇libet põt ſibi heredē inſtituere eũ qui non
ꝓhibet : ſeruata ſemꝑ legitima ꝑte liberis
ſuis. De qua legitima videbit in ſmone ſcđo
ſequenti. Verũtñ vir legitimos habēs filios
ſi viuente vxore ducat aliã ſcientē illud impe
dimentũ:⁊ ex ea filium vel filios habeat. ſm
Guil.tales filij adulterini non pñt pari ſucce-
dere in hereditate:ſed tenent reſtituere totam
hereditatē filijs prioris matrimonij:cũ oĩbus
fructibus mala fide ꝯſumptis: q̄tumcũq3 o-
porteat eos egere vel mendicare: niſi bona fi
de cõpleta ſit legitima ꝑſcriptio : maxie ſi etiã
poſt completã ꝑſcriptionē retinet bonã fidem
tunc em̄ non tenentur: ⁊ ſic tales filij tanq̄3 in
peſſima conditione geniti ab oĩni hereditate
excludunt: poſſet tñ eis aliquid in teſtamento
legari:imo debet eis fieri alimentoꝝ prouiſio
vt in dicto.c.cum haberet:vbi ponit idem ca-
ſus:nam licet parentũ malicia non noceat fi-
lijs quo ad deum tamen ad puniendũ crimē
parentũ filijs nocet quo ad penã temporalē.
Exemplũ primi:dicitur em̄ di.lvj.c.nunq̄3 de
vitijs erubeſcamus parentũ:ſed vnũ illud q̄-
ramus ⁊ ſemper amplectemur ſc3 virtutem
⁊ hmõi:etiã ſi alienigenã habet matrem : etiã
ſi fornicatione pollutam ⁊ quolibet hmõi de
decore ſorditatam:nihil tamen de eius aut vi
litate fuſcabitur aut crimine polluetur glo.ibi
dem hoc vult dicere:ꝙ ille qui nat⁹ eſt de pa-
rentib9 prorſus alienis a virtutib9:dum tñ ipſe
ſit bonus melior eſt q̄3 ille qui natus eſt de bo
nis parentib9 cũ ipſe ſit malus:⁊ ibidē.c.na ſci.
vbi ponit ꝯuenenientem ſimilitudinē: vide ſi
placet. Exemplum ſecundi ponit.vj.q.j.c.ſi
q̇s.vbi narrat lex imperatoꝝ Honorij ⁊ Ar-
chadij:q̄ talis eſt: ꝙ ſi quis inierit conſpiratio
nem aut ſuſceperit vel dederit conſpirationis
ſacramentũ :de nece viroꝝ illuſtriũ q̇ ſunt in
conſiſtorio imperatoꝝ.vel etiã ſenatoꝛa viroꝝ
vel etiã imperatoribus militantiũ: hic inquã
ac ſi actu perfecerit maieſtatis reus gladio fe
rietur:bonis eius fiſco imparatoris additis : fi-
lijs aũt eius vitã imparatoria lenitate ꝯcedunt
ſꝫ a ſucceſſione oĩm proximoꝝ habent alieni:
nec aliqua teſtamenta recipient:ſed ꝑpetuo e-
gentes pauꝑes ⁊ īfames erũt:vt ſit eis mors
in ſolaciũ ⁊ vita in ſuppliciũ niſi reuelaſſent
illam conſpirationē:hec ibi.Ad laudem dei.

## ¶Quomõ filij ſpurij ⁊ ſimiles ſuccedunt parentib9 in teſtamento vel ab inteſtato:⁊ quõ non: ¶Sermo vi.

Onora patrem ⁊ matrem ⁊c.
H  Occaſione eoꝝ que tacta ſunt de ſuc
ceſſione filioꝝ illegitimoꝝ in teſta-
mento parentũ vel ab inteſtatio . ¶ Que
ſti: ⁊ ſimile eſt de alijs criminibus notorijs et horrendis. Quinto ſi ſit vſurarius publicus vt extra de vſur. c. quia in oībꝫ. Sexto ſi ſit raptor obſtinatꝰ ⁊ inobediēs: vt extra d̄ rapto. c. ſup eo. Septimo ſi ſit oppreſſor pauperꝝ. j. q. j. c. nō eſt putāda elemoſyna. et. xc. di. c. oblationes. Octauo ſi ſint ab inuicē diſcordantes ⁊ ſe odiētes: nec reuocari poſſunt ad concordiā. vt eo. c. oblatiōes diſſidentiū fratrū. i. chrianoꝝ neqꝫ in ſacrariū neqꝫ in gazophilaciū recipiant: glo. cū eoꝝ odiū eſt notoriū: Sequitur: Sir̄ dona eoꝝ q̄ pauperes opprimunt a ſacerdotibꝰ refutanda ſunt. Ratio aūt q̄re ab iſtis elemoſyne recipi pn̄t ⁊ nō oblatiōes. quia elemoſyne fiunt in occultis: d̄ quo nihil ad eccleſiam: vt de ſimo. c. ſicut tuis. Oblationes vero in publicō q̄ prohibentur ne exinde peccator ꝯſolet. ⁊ ne peccatū ipſius ecclia publice videat approbare. ¶ Tertio q̄ri poteſt vtrum homines teneant dare decimas ex neceſſitate precepti: pſertim cū illa ſola hōies obſeruare tenentur tempe gratie: q̄ a chr̄o p apoſtolos ſunt mādata: ſm illud Math. vlt. Docētes eos ſeruare oīa quecūqꝫ mādaui vobis: ⁊ aptus dicit Act. xx. Nō enim ſubterfugi quo minus annūciarē vobis omne cōſilium dei: ſed neqꝫ in doctria chr̄i neqꝫ aploꝝ aliquid continet de ſolutiōe decimaꝝ: qꝛ qd̄ dicitur Math. xxiij. Hec oportuit facere ad tēpus p̄teritū legalis obſeruātie referendum videt. ¶ Ad h̄ rn̄det ſāctꝰ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. lxxxvij. inter alia. ꝙ decime in lege veteri dabāt ad ſuſtētationē miniſtroꝝ dei: ⁊ ē p̄ceptū ptim morale inditū naturali rationi: qd̄ eni his qui diuino cultui miniſtrabāt ad ſalutem totius populꝰ victꝰ neceſſaria miſtraret ratio naturalis dictat: ſicut ⁊ his q̄ cōi vtilitati inuigilant. vt principibꝫ. militibus ⁊ alijs quibus ſtipendia victus debent a populo. j. Coꝝ. ix. Quis militat ſtipendijs ſuis vnqꝫ. Parti etiā erat iudiciale: robur habens ex inſtitutione diuina. ſ. certa determinatio ſtipendij. quod debetur miniſtris diuini cultus: que ponit decimam partem illis tribuendam: ⁊ quia mater eccleſia ſequens veſtigia diuini precepti de d̄cimis ſoluendis: ſm quandam humanitatē inſtituit determinationem decime partis ſoluendam eccleſie miniſtris tempore noue legis: vt non minus populus noue legis: miniſtris noui teſtamenti exhiberet qꝫ populus veteris legis: cum obligetur ad maiora ſm illd̄ Math. v. Niſi abundauerit iuſticia ⁊c. cum etiam miniſtri noui teſtamēti ſint maioris dignitatis: ⁊ ſic patet ꝙ ad ſolutionem decimarū tenentur partim ex iure nature: partim ex inſtitutione eccleſie: ⁊ qꝛ radix ſolutionis decimarum ē debitū quo ſeminātibꝫ ſpiritualia debent carnalia: ſꝫ illd̄. j. Coꝝ. ix. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus: non magnū eſt ſi nos carnalia veſtra metamus: ideo ſup hoc debitum fundauit eccleſia determiatonē ſolutionis decimaꝝ: oīa autē que poſſidet homo ſub carnalibꝰ cōtinent: ⁊ ideo de omnibꝫ poſſeſſis decime ſunt ſoluende. ¶ Ad cuius euidentiam ſciendum: ꝙ quedā ſunt decime perſonales. que ſcꝫ debētur ex negocio artificio: ſcientia: militia: venatione: piſcatiōe de molēdinis: balneis: fullonijs: metallarijs: lapicidinis ⁊ huiuſmodi. Quedam vero ſūt prediales: que. ſ. proueniunt ex ipſis predijs. Quedam etiam dici poſſunt mixte: vt de agnis: apibus ⁊ alijs fetibus animaliū: ⁊ de ꝓuentibꝰ exinde receptis. vt de lacte lana. melle ⁊ ſimilibus: quia partim a predijs proueniunt vnde animalia veniūt: partim a cuſtodia perſonarum: ⁊ ad vtraſqꝫ ſoluendas obligātur chriſtiani. Qd̄ ſi obijcitur: ſolutio decimarum videtur ex veteri lege introducta. ſed in lege veteri nullum preceptum datur d̄ perſonalibus decimis: que. ſ. ſoluuntur de his q̄ cōquirit aliquis de proprio actu mercationis militie. ⁊c. ergo nec in noua lege tenetur ad h̄ aliquis. ¶ Ad hoc reſpondet Thom: vbi. ſupra: ꝙ ſpecialis ratio fuit cur in lege veteri nō fuit datum mandatum in perſonalibus decimis ſm conditionem populi illius: quia omnes tribus certas poſſeſſiones habebant de quibus poterant ſufficienter prouidere leuitis qui carebant poſſeſſionibus: nō autem interdicebat eis quin de alijs operibus honeſtis lucrarent: ſicut ⁊ alij iudei: ſed populus noue legis eſt vbiqꝫ per mundū diffuſus: quorum plurimi poſſeſſiones nō habēt: ſed de aliqbꝫ negocijs viuunt: qui nihil cōferrent ad ſubſidiū miniſtroꝝ dei. ſi de negocijs eorum nō ſoluerent. Miniſtris etiā noue legis artius interdicitur: ne ſe ingerāt negocijs lucratiuis: ſm illud. ij. Timo. ij. Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſecularibus: ⁊ ideo in noua lege tenentur homines ad decimas pſonales ſm conſuetudinem patrie ⁊ indigentiā miniſtrorum: vnde Augu. dicit: ⁊ habet. xvj. q. j. c. decime: de militia: de negocio: et de artificio redde decimas: ⁊ ſm Thom. ⁊ Hoſti. decime dari debent de omni lucro licito: ¶ Quod ſi queritur: vtrum etiā de illicitis acquiſitis tenetur quis dare decimas. ¶ Reſpōdet Hoſtieñ. ꝙ p̄diales decime dari debent indiſtincte a poſſidente predia: ſiue iuſte ſiue iniuſte: ſiue a catholico: heretico: iudeo: pagano: vt extra eo. ti. c. de terris. De perſonalibꝰ autē diſtinguit: aut tenetur ad reſtitutionē: vt in furto: rapina: ſimonia: vſura: ludo: iniuſto exactione: iniuſto ſententia: iniuſto bello ⁊ huiuſmodi: tunc decime nec debent dari nec recipi: ſi vero non tenetur ad reſtitutionem: vt in meretricio: lenocinio: hiſtrionatu ⁊ ſimilibus: ⁊ tunc ſi ex peccato notorio queſtus prouenit: eccleſia non debet recipere ne peccatū videatur approbare: ſecus ſi occultum eſt qꝫuis prelatus hoc ſciat: ar. xxxij. q. v. c. chriſtiana. et. vj q. j. c. ſi omnia. idem Tho. vbi ſupra: ar. ij. in ſolutiōe ſecundi argumēti. ¶ Quarto queri poteſt cum ſm iura de oīmibus decimis tam perſonalibus qꝫ predialibus ſolutio fieri debet: cur eccleſiarū prelati non exigunt de oīnibus: ne negligentia eorū ſit alijs cauſa delinquendi. ¶ Ad hoc dicendū: ꝙ licꝫ eccleſia poſſet exigere decimas tam perſonales qꝫ prediales: tamen laudabiliter nō requirit in illis locis vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent propter diſſuetudinē vel aliā cauſam: ſicut Paulus laudabiliter noluit vti poteſtate a deo ſibi tradita: vt ſcꝫ acciperet ſtipendia victus ab his quibus euangeliū predicabat: ne daretur impedimentū aliquod euāgelio: ⁊ ex hoc etiā excuſare poſſunt non ſoluentes ſed diuerſimode: nam decime perſonales ſm Ray. ⁊ Hoſtieñ. non ſunt de diuino iure ſicut prediales: ſed tantū debent ex iure poſitiuo: qꝛ Leuitic. vlti. tantū de p̄dialibus fit mentio: conſuetudo aūt ius humanū tollit: dū ē pure poſitiuū vel in toto ſi eſt generalis: vel in parte ſi eſt ſpecialis vel particularis. vt. xij. diſtin. c. cōſuetudo: ⁊ vide latius ſuperius: vnde videtur ꝙ contraria conſuetudo a culpa liberet illas nō ſoluentes: ſed ille decime neceſſarie ſunt ſoluende que debētur ex lege diuina vel loci conſuetudine approbata: vtpote prediales: vt extra de decimis. c. in aliquibus: vbi ſubditur. Ille quippe decime neceſſario ſunt ſoluende que debentur ex lege diuina vel loci conſuetudine approbata: vt decime prediales: vel in mixte: vtpote de omnibus fructibus terrarū arborꝫ hortorum: nutrimentis animaliū: lana: lacte: feno: lignis: piſcationibus: venationibus ⁊c. ¶ Quod ſi obijcitur Leui. vlti. Non mandat ſolui decima niſi de frugibus ⁊ pomis arborꝫ ⁊ animalibus que tranſeunt ſub virga paſtoris: ſed preter hec ſunt etiā quedam minuta que homini proueniunt: ſcꝫ herbe que naſcūtur in horto ⁊ alia hmōi: ergo nec de illis in noua lege tenet quis dare decimas. Ad hoc rn̄det Tho. vbi. s. ꝙ ea que ordinant in finē ſunt iudicanda ſm ꝙ competunt fini. Decimarum aūt ſolutio eſt debita nō propter ſe ſed ꝓpter miniſtros quoꝝ honeſtati non ꝯuenit: vt etiā minima exacta diligentia requirant: hoc enī in vitium computat: vt ptꝫ per ph̄m in iiij Ethi. ⁊ ideo rex regum non determinauit: vt de huiuſmodi minutis rebus decimas darēt: ſed hoc reliquit arbitrio dare volentiū: quia minima quaſi nihil cōputantur: ⁊ ideo phariſeis de his decimas dantibus ait dominus. Oportuit hec ſcꝫ minima facere: ⁊ illa ſcꝫ maiora legis nō omittere. ¶ Preterea vbi de antiqua cōſuetudine nullam decimā ſoluunt: licꝫ eccleſia poſſet ibi requirere decimas ſaltē prediales; tamen laudabiliter nō requirit eas in locis vbi ſine ſcandalo requirit nō poſſet propter diſſuetudinem vel aliam cauſam: nec tn̄ illi qui non ſoluunt in locis illis ſunt in ſtatu damnationis: niſi forte propter obſtinationē habentes volūtatem nō ſoluendi etiā ſi ab eis pertinaciter peterent: hec Tho. Vel poteſt dici ſm Guil. ꝙ quādo nulla decima ſoluitur videtur ꝙ dn̄i prediorū breui manu ſoluerint eccleſie decimas: ⁊ eis deinceps eccleſia redonauerit: ⁊ ſꝫ Hoſtieñ. cōpoſitio inter perſonam eccleſiaſticā ⁊ laicos ſuper aliqua parte decime ſeu tota de conſenſu ſuperioris prelati valet: vt patet extra de tranſac. c. ſtatuimus vt ſi ſuper decimis inter vos ⁊ aliquā perſonam eccleſiaſticā aſenſu epiſcopi vel archiepiſcopi ſui cōpoſitio facta fuerit: rata ⁊ incōcuſſa perſiſtat. ¶ Quinto queri poteſt: vtrū in aliquo caſu laici poſſunt abſqꝫ peccato decimas in feudum habere. ¶ Ad hoc reſpondet glo. extra de deci. c. qꝫuis. ꝙ hodie decime in feudum dari nō poſſunt ſicut alia feuda: vt extra de feud. ca. j. ſed cauſa quare olim clerici antiquis temporibus dabant laicis in feudum hec erat: vt laici defenderēt eccleſias ab hereticis ⁊ alijs oppreſſoribus; poſtea vero cum ceſſauit non fuerunt conceſſe: immo expreſſe fuit prohibitum; quia ſine peccato non poſſunt eas laici detinere: ⁊ decimas ab antiquo conceſſas adhuc poſſident laici ⁊ eorum

eoꝝ ſucceſſoꝛes: tñ ſi aliqua noualia cõſurgũt in decimatiõe laicoꝝ: nõ accreſcũt eis: vt eo. ti. c. tua nobis. ⁊ in glo. vnde ſm Ray. a tpe lateranenſis cõcilij celebrati ſub Alexãdro: nullo modo poſſunt decime laicis ꝯferri: nec valeret talis collatio vel infeudatio: vt eo. ti. c. ꝓhibemus: qḋ ſane intelligitur ſm Hoſti. niſi a papa: vt in cõſtitutione feudoꝝ epiſcopũ vel abbatem: q̄ſi ius ꝑcipiendi fructus tẽpoꝛales decimarũ fuerit laico cõceſſum ante dictũ cõcilium: ⁊ laicus bene viuat ⁊ defendit eccleſiã ſicut fidelis vaſallus: excuſari poteſt. alias in ãie ꝑiculum tenet illas: ex quibus pꝫ ꝙ periculoſum eſt habere redditus decimales: vl' etiã non ſoluere decimas eccleſijs: ita ꝙ religioſi qui dicunt aliqua: quibꝫ a ſolutiõe decimarum audientes retrahant: ſiue in ſermonibꝫ ſiue alibi: ipſo facto ſunt excõicati: vt in cle. de penis. c. cupientes. Ecõtra vero ſm Ray. remuneratio fideliter ſoluentium decimas quadruplex eſt. Prima eſt abundantia fructuum Malach. iij. In decimis ⁊ in ꝑmitijs ⁊ in penurijs vos maledicti eſtis ⁊ me vos cõfixiſtis gens tota: inferte omnẽ decimationẽ in hoꝛreum meũ: vt ſit cibus in domo mea: ⁊ pꝛobate me ſup hoc dicit dñs: ſi nõ aperuero vobis cataractas celi: ⁊ effudero vobis benedictionẽ vſqꝫ ad abũdantiã: ex quo pꝫ ꝙ cã penurie fuit ſubtractio decimaꝝ: vñ Malach. ibidem q̄ mihi nõ reddidiſtis decimas ⁊ ꝑmitias idcirco in fame ⁊ penuria maledicti eſtis. ¶ Secũda eſt ſanitas coꝛpoꝝ. Aug. ⁊ habet. xvj. q. j. c. decime: ſi decimã dederis non ſolũ abundantiã fructuũ recipies: ſed etiã ſanitatẽ coꝛpoꝛis ꝯſequeris. ¶ Tertia eſt remiſſio peccatoꝝ. Aug. ibidẽ: deus noſter qui dignatus eſt nobis totũ dare: decimã a nobis dignatus eſt accipere: nõ ſibi ſed nobis ſine dubio pꝛofuturã: nõ ergo dñs deus pꝛemiũ poſtulat ſed honoꝛem: glo. gratis vult beneficia cõcedere: nõ pꝛo pꝛecio ſed tantũ honoꝛem vult habere. ¶ Quarta eſt regnũ celeſte: Aug. ibidem: qui ergo ſibi aut pꝛemiũ cõparare: aut peccatoꝛũ indulgentiã deſiderat ꝓmereri: reddat decimã. Et iterum: cũ eñi dando decimas ⁊ terrena ⁊ celeſtia pꝛemia poſſis pꝛomereri: pꝛo auaritia duplici benedictiõe fraudaris: hec eſt enim dñi iuſtiſſima cõſuetudo: vt ſi tu illi decimã non dederis: tu ad decimã reuoceris ſcꝫ partem q̄ cecidit cũ lucifero: Sequit̃: dabis impio militi qḋ non vis dare ſacerdoti: vt pꝫ ibidem. q. vij. c. maioꝛes noſtri ideo copijs oĩbus abundabant: q̄ decimas deo dabant ⁊ cenſum ceſari reddebãt: modo q̄ diſceſſit deuotio dei: acceſſit indictio fiſci: nolumus cum deo partiri decimas: modo aũt tollitur totũ: hoc tollit fiſcus qḋ non accipit chꝛiſtus: hoc ibi: ⁊ ſunt verba Aug. ¶ Tertio debemus honorare parentes ſpũales reuerentiã coꝛpoꝛalem ⁊ mentalẽ exhibẽdo: vtpote q̄s deus honoꝛauit eos deos apellando: ⁊ iterũ ait in euangelio. Qui vos audit me audit: ⁊ q̄ vos ſpernit me ſpernit: nã q̄tiens aliquis religioſo vel ſacerdoti detrahit: totiens capiti chꝛiſti coꝛonam ſpineam imponit: quia ipſi ſunt caput ⁊ ſupioꝛ pars eccłie militãtis: q̄tiens eis iniuriã fecerit: totiens xp̄m clauis ꝯfodit: quotiẽs eis cõuitiatus fuerit: totiens in xp̄i faciẽ ſpuit: q̄tiens exoſus habuerit: totiens xp̄i latus trãſfigit: q̄ q̄to ſunt magis honoꝛandi. tanto deteſtabilioꝛ eſt dehonoꝛatio. ¶ Propter tria nãqꝫ ſpecialiter ſunt honoꝛandi. ¶ Primo rõne cõis vtilitatis: quia fideles per abſolutionẽ purificãt: ⁊ ꝑ ſacramenta ineſſe gratie cõfirmant: ⁊ regnũ celoꝝ per clauẽ lingue reſerant ¶ Secũdo rõne dignitatis q̄ tanta eſt ꝙ creatoꝛem ſuum mirabiliter creant ⁊ pꝛo noſtra ſalute hoſtiã imoꝛtalem ꝯſecrant. ¶ Tertio rõne nr̃e neceſſitatis: q̄ irã dei per oblationẽ placant ⁊ manũ dei extentam ad vlciſcendũ oblatiõis ꝟtute ne feriat cõtinent: ⁊ ideo dñs oſtendit in dathan ⁊ abiron q̄tum deteſtetur peccatũ illud quo q̄s dehonoꝛat ſacerdotes Hinc. xj. q. j. c. ſacerdotibus ſcribit Gregoꝛi. impatoꝛi Mauricio inter alia. Quid mirũ ſi illos pietas veſtra dignet̃ honoꝛare: quibus in eloquio ſuo honoꝛem tribuens: eos aut angelos aut deos ipſe etiam apellat deus ⁊c. vide ibidẽ de honoꝛe ſacerdotũ. Ad laudẽ dei.

## ¶ De obedientia religioſoꝝ in quibꝫ obedire tenentur: ⁊ vtꝝ ſit potiſſima virtutum: ⁊ de triplici obedientia. ¶ Sermo xiij.

Honoꝛa patrem tuũ ⁊c. Secundo modo per patrẽ ſpũalem intelligitur omnis ſuperioꝛ in religiõne quẽ ſimiliter honoꝛare iubemur: verã obedientiã ⁊ reuerentiã exhibendo. A Ad cuius euidentiã pꝛimo queri põt: vtꝝ religioſus ſp peccet moꝛtaliter trãſgrediẽdo q̄dcũqꝫ eoꝝ qḋ in regula tenet̃: ꝑſertim cũ voueat ſeruare regulã quã pꝛofitet̃. ¶ Ad hoc rñdet Aſtẽ. li. vj. ti. xlvij. ar. ij. ꝙ non ſemꝑ peccet moꝛtaliter nõ eñ equaliter obligat̃ ad obſeruandũ oĩa que cõtinẽt̃ ibidẽ: ſꝫ ſm maius ⁊ minꝰ ſm ꝙ diuerſimode ibi traduntur: nã in regulis ſctõrũ patrũ aliqua cõtinent̃ ꝑ modũ ꝑcepti ⁊ inhibitionꝭ: aliq̄ vero ꝑ modũ ſtatuti rõnabilis ⁊ aliq̄ ꝑ modũ monitiõis ⁊ hoꝛtatiõis ⁊ hmõi qḋ maxime pꝫ in regula beati Frãciſci. Religioſus igit̃ illa trãſgrediẽdo q̄ cõtinent̃ in regula ſue pꝛofeſſionis ꝑ modũ ꝑcepti ⁊ inhibitionis peccat moꝛtalit̃: ſꝫ ea trãſgrediẽdo q̄ cõtinẽt̃ ibidẽ ꝑ aliũ modũ non peccat moꝛtaliter quãtũ ẽ de ꝟtute regule: niſi foꝛte rõe exceſſus libidinis vel cõtẽptꝰ. alias ſi ſancti patres religiones inſtituẽtes aliquã regulã eq̄liter obligare vellent ad oĩa cõtẽta in ea. tũc fruſtra diffoꝛmit̃ ſm diuerſitatẽ dictoꝝ modorum ea tradidiſſent. Et hec rñſio ꝯfirmatur ꝑ Grego. ix. Inno. iiij. Alex. iiij. Nicol. v. q̄ declarãdo regulã ſcti Frãciſci: determinãt non obligari fr̃es ꝑ regulã niſi ad ea q̄ in ipa ꝑceptoꝛie vł inhibitoꝛie ſunt exp̃ſſa. Vñ dic̃ Io: an. in. c. relatũ: extra ne. cle. vel: mo. ꝙ ſolũ tria ſubſtãtialia ſũt in ꝑcepto: ⁊ quo ad ea q̄ cõtinent̃: extra de ſta. mo. c. cũ ad monaſteriũ. reliqua ꝟo nõ ſũt de ꝑcepto niſi ꝑceptoꝛie vł pꝛohibitoꝛie ponant̃ in regula: alias eñ vix ex q̄tuoꝛ monachis vnus ſaluaret̃. ¶ Scdõ q̄ri põt in q̄bꝫ religioſus tenet̃ obedire ꝑlato ⁊ in q̄bus nõ: ꝑſertim cũ ſimplicit̃ ꝓmiſit obedientiã ſic̃ ⁊ paupꝛtatẽ ⁊ caſtitatẽ circa que duo nł la cadit diſpenſatio: vt pꝫ extra de ſta. mo. c. cũ ad monaſteriũ. in fi. ¶ Ad h̃ rñdet glo: extra de tẽp. oꝛ. m. c. ad aures. ꝙ nõ ſp ẽ obediẽdũ ꝑlato: ſi tñ ꝑlatus excõicet ſubditũ: tũc ſiue ſentẽtia ſit iuſta ſiue nõ ſemꝑ eſt obediendum ſñie: ſm Greg. xj. q. iij. c. j. vbi dicit: Sententia paſtoꝛis ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit timẽda ẽ Glo. niſi in duobꝫ caſibꝫ. ſ. cũ ſẽtentia eſt poſt appellationẽ lata: ⁊ cũ continet intollerabilẽ erroꝛem. extra de ſen. excõ. c. ꝑ tuas. Et vbicũqꝫ ſententia eſt nulla: non eſt obediendũ: eo. ti. ſtatuimꝰ. li. vj. Secũdo non tenet̃ obedire ꝑcepto pꝛelati quando nõ pertinet ad officiũ ſuũ qḋ ꝑcipit. vj. q. j. c. quia frater. Vñ Bern. in li. de pꝛecepto ⁊ diſpẽſatione dicit. Subditus nec citra ꝓfeſſionẽ nec vltra ꝓmiſſũ cogẽdus eſt ꝑ legem obediẽtie: ex quo patꝫ ꝙ nec in grauioꝛibꝫ nec in leuioꝛibus que omnino ꝑter regulam ſunt obedire tenetur: quia non tenetur niſi quatenus ſe obligauit ſua ꝓfeſſione licet perfecta obedientia ſit etiam in his obedire in quãtũ bona ſunt vel ad bonũ referibilia: tertio tenet̃ obedire ꝑlato qñ ꝑcipit ea q̄ ꝑtinent ad officiũ: vt patet in dicto. c. ad aures: Vñ dicit Tho. ſcda ſcdẽ. q. ciiij: ꝙ religioſi ꝓfitentur obedientiã q̄tũ ad regularẽ cõuerſationẽ. ſm quã ſuis ꝑlatis ſubdunt̃. ⁊ ideo q̄tũ ad illa ſola tenent̃ obedire. q̄ poſſunt ad regularẽ cõuerſationẽ ꝑtinere. ⁊ hec eſt obediẽtia ſufficiẽs ad ſalutẽ. ⁊ h̃ intelligit̃ ſm glo. vbi. ſ. qñ ꝑlatus nõ decipit̃ i ꝑcepto ꝑ aliquã ignoꝛantiã vel indiſcretionẽ. nã excuſaret̃ q̄s ꝑ impotẽtiã abſolutã. qñ ſcꝫ adiplere nullo mõ pt qḋ mandat̃: q̄ ĩpoſſibiliũ nulla eſt obligatio: vel etiã qñ talis obedientia ex aliq̄ accidẽtali cã ſubdito vergeret ĩ ꝑiculũ anime. ¶ Quarto nõ debet obedire ꝑlato ꝑcipienti illḋ quod oĩno malũ ẽ. licꝫ ꝑlato videat̃ bonũ ⁊ iuſtum: vt extra de reſti. ſpo. ca. literas. ſeruato quod dicitur extra de ſen excõ. c. inquiſitioni: Vñ ⁊ ſi ſubditus haberet conſcientiam reſiſtentem illam ſequi deberet etiam ſi eſſet erronea ne edificaret ad gehennam. extra de ſimo. cap̃. ꝑ tuas: debet tamen ſubditus conari vt infoꝛmet ſuam conſcientiam. vt ſit conformis ꝑcepto: pꝛelati ſui q̄tũ põt: vt de p̃ſcrip. c. fi. ĩ glo. de quo latius videbitur infra ¶ Quinto ſi ꝑlatus ſcienter pꝛecipit quod malũ ẽ multominus illi obediendũ eſt: xj. q. iij. c. q̄ reſiſtit ⁊c. Sed quid ſi illud iubeat qḋ facere non debeas. hic ſane contemne poteſtatẽ: ⁊c. ſi tamẽ aliquid pꝛelatus aĩo ꝑuerſo mãdauit qḋ ñ eſſet malum in ſe: tunc obedientia mereretur duplex pꝛemiũ: Sexto ſi dubiũ ſit pꝛeceptũ: an ſcꝫ ſit bonũ vel malũ. tunc pꝛopter obedientie bonum excuſatur a peccato: licet in veritate ſit malum: vt. xxiij. q. j. quid culpatur. circa. fi. De bellis dubijs: vbi dominꝰ peccat ꝑcipiendo: non ſeruus obediendo intelligendũ tamen in dubio eſſe obediendũ niſi dubietas eſſet tam craſſa ⁊ ſupina que non excuſaret: vt ſi mandaret aliquid contra articulos fidei ⁊ perhibitionis: vel contra generale ſtatutũ eccleſie: aut etiam ſi eſſet ignoꝛantia affectata: in talibus enim dubietas non excuſat: nec etiam ignoꝛantia. xvj. q. i. c. ſi cupis. eſſe ꝙ diceris monachus: vbi ĩ ſubdit ꝙ non multũ diſtat ĩ vitio vł decipere poſſe vel decipi chꝛiſtianũ ⁊c. Nam ſi quis que dei ſunt ignoꝛat ignoꝛabitur: vt patet. xxxviij. di. c. qui ea: Verũtamen dicitur. xj. q. iij. c. quid ergo. ꝙ licet nunq̄ per obedientiam malum fieri debet: aliquando tamen per obedientiam bonũ qḋ

agitur intermitti debet: ⁊ glo. dicit: ꝙ ꝑ obe-
dientia bonum ē pati etiā qđ iniuſtū ē ⁊ ipleŕ
debemus ꝓceptū lꝫ vix ſit tolerabile. ¶ Se-
ptimo nō teneŕ obedire qn̄ ꝓcipiŕ aliq̄d in đ
rogationē iuriſdictionis maioris ꝓlati: vt ſi
ꝓciperet minor prelatus ꝙ maiori viſitanti ñ
diceret aliquid de reuelandis in viſitatione
vel ꝙ nullus loqueret aliq̄d de bono aīe ſue
vel ordinis ſui: quia viſitator q̄ eſt delegatus
eſt maior ſuo ꝓlato ſi ē datus a ſuo ſuperiore
¶ Octauo ſi q̄s eximiŕ a poteſtate ꝓlati ſui
illius auctoritate q̄ h̄ pōt vtpote cum mona-
chus factus ſit epiſcopus: nam lꝫ eis poſtq̄
facti ſunt epiſcopi que non licebant ante epi-
ſcopatum. vt oſtenditur. xviij. q. j. c. ſtatutum
eſt in glo. quia vt dicit textus ibidem: ſtatutū
eſt ⁊ ſm̄ ſanctos patres rationabiliter a ſyno
do confirmatum eſt: vt monachus quem ca
nonica electio a iugo regule monaſtice pro-
feſſionis abſoluit: ⁊ ſacra ordinatio de mona-
cho epiſcopuꝫ facit. ⁊c. glo. abſoluitur ab obe
dientia ſui abbatis cum ſit factus de filio pa
ter. Item a monachali regula nō in proprio
habendo nec in habitu reijciendo: ſed in ieiu
nijs: vigilijs: modo cantandi: ſilentio etiam ñ
poteſt omnino vacare cum habere debeat tu
bam preconis. Item poteſt ſibi facere cōma
tres quod prius non licuit: quod ſane intelli-
gitur puerum leuando: ſed monachus poteſt
puerum baptizare. xviij. q. ij. ca. peruenit. j. in
glo. ſed epiſcopus poteſt etiā leuare puerum:
exemplo. Greg. qui prius monachus factus
eſt ⁊ poſtea cum eſſet diaconus cardinalis:
cōpater imperatoris Mauricij factus eſt. Itē
monachus exiſtens legitimus eſt heres ⁊ ac-
cipit hereditatem non ſibi ſed eccleſie ⁊ cete
ra ibidē. ¶ Tertio queri pōt an religioſus te
neatur magis obedire ſuo abbati q̄ ſuo dio-
ceſano: preſertim cum ſit illius ordinis qui ñ
ſunt exempti. ¶ Ad h̄ reſpōdet Hein. boyc:
extra de ſta. mona. c. cū ad monaſteriū. In ꝓ
ma diuiſione dicens: aut querimus de his q̄
verſanŕ in foro iudiciali: ⁊ tunc plus obedire
tenetur epiſcopo q̄ abbati. C. de epiſ. ⁊ cleri.
in auten. in cā animarꝫ: puta ab epiſcopo ſu-
ſcepta in decimarū ⁊ primitiarū rōe reddēda
in cauſis iudicialibus: vt patet. xj. q. j. c. de ꝑ-
ſona. lxj. diſ. c. obitum. in. fi. ⁊ ſic intellige qđ
notat. glo. xij. diſt. c. de his: vbi etiam dicit: ꝙ
de regulis cantandi vel officiandi in eccleſia
debet ſimiliter obedire epiſcopo ſeu metropo
litano: aut querimus in his q̄ ſpectant officiū

abbatis: puta in regulis ſeruandis ⁊ circa re-
gule correctionē ſiue in fractiōe voti abſtinen
tie in ſilētio retinēdo ⁊ ſimil. h̄. ⁊ tūc dꝫ illis
abbati ſuo obedire: vt. xviij. q. ij. c. nullā. in fi.
nec etiam obedire dꝫ epiſcopo vocanti eū ad
miniſteriū ſuū vel comitatum inuito abbate:
qꝛ h̄ ſolum ꝑtinet ad papā. ꝙ ſi monachus ab
bate conſentiente vocat⁹ ſit: vel etiā auctori-
te pape nec ibi ordinis ſtatuta ſeruaŕ poterit
conſulendum ē ꝙ ſi poteſt ad clauſtꝝ reuerta
tur nec ſe ꝑiculis exponat. cōmodis alienis:
B Quarto q̄ri pōt occaſiōe ꝓdictoꝝ: vtrū
magis obligat ꝓceptū ꝓlati vel ꝯſcientia: pre
ſertim cum ipā videŕ obligare virtute diuini
ꝓcepti vel ꝓhibiti. Ad h̄ rn̄det ſanct⁹ Tho.
in li. queſtionū de virtute. q. xvij. prout lucide
declaratum eſt ī ſermonibus de trib⁹ partib⁹
penitentie vbi agiŕ de elemoſynis ſpūalibus
¶ Quinto queri poteſt: vtrum obedientia ſit
maxima virtutum: preſertim cū diciŕ. j. Reg.
xv. Sauli melior eſt obedientia quā victime
ſed oblatio victimarum ꝑtinet ad religioneꝫ
que eſt potiſſima inter omnes virtutes mo-
rales. ¶ Ad hoc reſpōdet doctor ſanct⁹ ſcđa
ſcđe. q. c. iiij. ꝙ ſicut peccatū in h̄ cōſiſtit ꝙ hō
contempto deo commutabilibus bonis inhe
ret: ſic meritum virtuoſi actus conſiſtit econ-
trario in hoc ꝙ homo cōtemptis bonis crea-
tis deo inhereret: finis autem potior eſt his q̄
ſunt ad finem. Si ergo bona creata ꝓpter h̄
cōtemnuntur vt deo inhereaŕ: maior eſt laus
virtutis ex hoc ꝙ deo īheret quam ex hoc ꝙ
bona creata contemnit: ⁊ ideo virtutes ille
quibus deo ſm̄ ſe inhereŕ. ſ. theologice: ſunt
potiores virtutibus moralib⁹ quib⁹ aliquod
terrenum cōtemnitur vt deo inhereaŕ. Inter
virtutes autem morales tanto aliqua potior
eſt: quanto magis aliquid contemnit vt deo
inhereatur: Sunt ꝰ tria genera bonorum hu
manorum que poteſt homo cotemnere ꝓpter
deum: quoꝝ infimuꝫ ſunt exteriora bona me
dium ſunt bona corꝑis: ⁊ ſupmū anime bo-
na inter que quodammodo precipua eſt vo-
luntas inquantū. ſ. ꝑ volūtatē homo omnibus
alijs bonis vtitur: ⁊ ideo per ſe loquendo lau
dabilior eſt obedientie virtus que propter
deum contemnit ꝓpriā voluntatē q̄ alie vir-
tutes morales: que propter deum aliqua alia
bona contemnūt: Vn̄ Greg. dicit. vlti. mora.
ꝙ obedientia victimis iure preponiŕ: quia ꝑ
victimas aliena caro per obedientiam vero
voluntas propria mactatur. vnde etiam alia



quecūq̄ virtutū opera ex hoc meritoria ſunt
apud deū: qꝛ fiunt vt obediaŕ diuine volunta
ti: nā ſi quis etiā martyriū ſuſtineret: vel cun-
cta ſua pauperib⁹ erogaret: niſi hoc ordinaret
ad impletionē diuine voluntatis: qđ directe
pertinet ad obedientiā: non poſſent eſſe meri
toria: ſicut nec ſi fierent ſine charitate que ſine
obedientia eſſe nō poteſt: ideo dicit Greg. vlt.
moraliū. ꝙ obedientia tanto magis eſt meri-
toria quanto minus habet de ſuo. Nimiꝝ: qꝛ
obedientia ſicut ⁊ quelibet alia virtus debet
habere promptā voluntatē in ſuū propriū ob
iectū: non aūt in id quod repugnans eſt ei: ꝓ-
priū aūt obiectū ipſius obedientie eſt ꝓceptū
qđ ex alterius voluntate procedit: ſcꝫ diuina
vel humana: vnde obedientia reddit prom-
ptā hominis voluntatē ad implendū volūta-
tem alterius ſcꝫ ꝓcipientis: ſi autem id qđ ei ꝓ
cipitur ſit ei volitū propter ſe: etiam abſq̄ ra-
tione ꝓcepti: ſicut accidit frequentius in pro-
ſperis: iam ex propria volūtate tendit in id ⁊
non videŕ implere propter ꝓceptū: ſed ꝓpter
propriā voluntatē: ſed quando id qđ precipiŕ
nullo modo eſt ſm̄ ſe volitū. ſed ſm̄ ſe conſide
ratū proprie volūtati repugnans ſicut accidit
in proſperis: tunc oīno manifeſtū eſt ꝙ nō im
pletur niſi propter ꝓceptū: ⁊ ideo dicit Gre.
in vlti. moral. ꝙ obedientia que habet aliquid
de ſuo proſperis eſt nullla vel minor: quia ſcꝫ
voluntas propria nō videtur tendere princi-
paliter ad implendū preceptum ſed aſſequen
dum propriū volitum; in aduerſis aūt vel dif
ficilibus eſt maior: quia propria voluntas in
nihil aliud tendit q̄ in preceptū: ſed hoc intel
ligendū eſt ſm̄ id qđ exterius apparet: nā ſm̄
iudiciū dei qui corda rimatur: contingere pōt
ꝙ obedientia in proſperis aliquid habens de
ſuo: propter hoc nō ſit minus laudabilis: ſi ſcꝫ
propria volūtas obedientis nō minus deuote
tendat ad impletionem ꝓcepti: plus innitens
precepto q̄ proprio volito. ¶ Preterea ſcien-
dum eſt ꝙ obedientiā ad quā ſe quis voto ꝓ-
ſertim religionis cōſtrinxit: vberior eſt merito
quia iam meretur ex voto qđ eſt actus latrie
vel religionis: inter ceteras aūt virtutes mo-
rales latria eſt precipua: quia concernit prece
ptum prime tabule: ⁊ etiā meretur ex obedien
tia: vnde talis ſe plus ſubijcit deo obedientiā
vouendo ⁊ profitēdo q̄ ſolum profitendo: eo
ꝙ ſubijcit actū ⁊ poteſtatem: ita ꝙ non poteſt
aliud decetero facere q̄ quod ſibi fuerit impe
ratum: ſicut plus facit qui dat arborē cū fru-

ctu q̄ qui dat ſolum fructū. Notandū tamen
ꝙ obedientia triplex diſtinguiŕ. Quedā enim
diciŕ imperfecta ſufficiens tamē ad ſalutem:
qua ſcꝫ quis obedit tantū in his q̄ ſeruare pro
miſit: vel que in illis implicite continenŕ: ſicut
ſunt illa ſine quibus religiōis profeſſio nō ſer-
uatur: vt recipere officia ordinis ⁊ hmōi: ⁊ ta
lis obedientia neceſſitatis eſt: ſicq̄ ſolū obedi
re teneŕ in his que ꝑtīt ad regularem cōuer-
ſationem pertinere: ꝙ ſi preciperet aliquid ſu
pra vel infra vel contra profeſſionē vel regu-
lam factā: ad hoc nō teneŕ: ⁊ hoc vult Bern.
in lib. de pre. ⁊ diſt. dicens. Subditus nec ci-
tra profeſſionem nec vltra promiſſum cogen
dus eſt. Quedā eſt aūt obedientia perfecta:
que ſcꝫ ſe extendit ad omnia humano modo
poſſibilia: que nō ſunt contra deū vel ꝯtra re-
gulam quā quis confeſſus eſt: ꝙ ſi ꝓlatus ex
paſſione vel peruerſa intentiōe dura ꝓciperet
aut grauia: dūmodo non ſint mala ſimpliciter
vel in aliquo caſu: tunc obediens duplicē me
retur coronā: ꝙ ſi durū alicui videaŕ: recolat
obedientiā Abrae filiū imolantis: ⁊ Ezechie
lis penitentiā acceptantis eiuſdē quarto: de
quo plenius ptꝫ alibi: recolat inquā herculem
de quo legiŕ ꝙ iuno vxor iouis inuidens her-
culi: quem ipſe in almena genuerat: oīa diffi-
cilia ſolebat illi precipere: ipſum enī miſit ad
hiſpaniā ad occidendū Gereonem: ad infer-
num ad educendū cerberū: in arhalidiā ad
ſuperandū hydram quinq̄ capitū: hercules
omnia cōpleuit: ita ꝙ iuno citius fuit feſſa pre
cipiendo q̄ hercules obediendo ſic in religi-
one dato ꝙ hercules: id eſt ſapiens ſubditus
prelatū habeat pro nouerca: q̄ ſcꝫ ſi ci nō ceſ-
ſat difficilia malicioſe ꝓcipere: ipſe tñ debet ei
in oībus obedire: ⁊ eum obediendo patientia
fatigare: ita ꝙ prelatus malus citius fatigari
debꝫ ꝓcipiendo q̄ ſubditus obediendo. Que
dā deniq̄ obedientia eſt in diſcreta obediens
etiā in illicitis ⁊ illa vituperabilis eſt. Pro quo
ſciendū ꝙ ſi ꝓcipit qđ ſimpliciter malū eſt: ne-
quaq̄ eſt obediendū. Si ꝟo dubiū eſt tūc o-
bediens excuſaŕ a pctō ꝓpter obedientie bo-
nū: licet in veritate ſit malū: niſi dubietas eſſet
tā craſſa ⁊ ſupina q̄ nō excuſaret: vt ſi manda-
ret qđ eſſet cōtra articulos fidei: vel ꝓceptum
diuinū: vel contra generale ꝓceptū vel ſtatu-
tū eccleſie: aut directe ꝯtra ꝓfeſſam regulā: ꝓ-
ſertim in his caſibus in quib⁹ ꝓlatus diſpenſa
re nō poteſt: vt in tribus votis ſubſtantialib⁹:
⁊ in his que habenŕ extra de ſta. mo. c. cū ad

monaſteriũ: ſi certum eſt ꝙ poteſt diſpenſare: tunc debet ſubditus obedire: ſi vero dubium eſt an prelatus poteſt: tunc ſubditus excuſatur ratione dubij ſi obedit. Ad laudem dei.

¶ De charitate increata: ⁊ qualiter diligit ſeipſam: angelos: homines: ⁊ omnia creata. ¶ Sermo xiiij.

Honora patrem tuũ ⁊c. Tertio preceptũ hoc exponitur de patre ⁊ matre eternali: id eſt de deo ⁊ chriſto: beataq; virgine q̃ dicitur mater grẽ ⁊ miſericordie. A. Hos ergo parentes honorare debemus tripliciter: eos ſcz pre oĩbus ⁊ ſuper oĩa diligendo. obediẽdo: ac ꝑ charitatiuã ſubuentionẽ deũ in ſuis mẽbris honorando: iugiterq; cordiali affectu deo iugiter ſeruiendo ⁊ grãs agendo. ¶ Primo inquã eos honorare debemus ꝑ omnibꝰ ⁊ ſuper oĩa diligẽdo ad qđ homo potiſſime moueri debet ex eo: ꝙ in tantis beneficijs amoris nos deus diligendo ꝑuenit: vt omnẽ ingratitudinẽ ⁊ tepiditatẽ a noſtris cordibus procul ꝓpelleret: ⁊ ſi quãdo q; piguiſſet amare iam ſaltem nos tantum amatos nõ pigeat remeare: qꝛ charitas ſm apoſtolũ eſt finis ꝑcepti: qꝛ omnia opera q̃ ſunt in ꝑcepto tendunt ad charitatẽ: vt magis ac magis augeatur. ¶ Eſt aũt charitas dilectio qua deus ſuper oĩa ⁊ in omnibus diligitur propter ſe: ⁊ proximus ꝓpter deum ⁊ in deo: que charitas vt dicit Aug. naſcitur in appetitu. ſ. cũ quis appetit fieri voluntate dei ſuper oĩa: nutritur aũt in cogitatione: cũ ſcz in hoc cogitat ⁊ in hoc proficit: roboratur inquã in operatione ac tandẽ perficitur: cum ab hoc ſe non auertit ꝓpter aliqua mala q̃ ſibi aduenIũt: veruntamẽ qꝛ propter defectus naturales ⁊ impedimenta corꝑalia hec plene cõſequi non põt in hac vita: cupit diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto: vbi plenius ⁊ perfectius hoc adipiſci ſperat: ſcz ꝙ voluntas dei ſuper oĩa fiat: de hac igitur virtute charitatis licet multa dixiſſe me memini: ꝑſertim in li. qui intitulatur: ſcala amoris: ac in lib. qui intitulatur edemym contemplatiuoꝝ: in ſermonibꝰ quoq; de diuerſis: ne tamen hanc eminentiſſimã virtutem intactã in hoc opuſculo videar ꝑteriſſe: quedã ſtatui ſub breuitate proſequi. Et ꝑmo de virtute charitatis in ſe.

B. De qua primo queri põt: vtrũ charitas ſit aliquid creatũ in aĩa: ꝑſertim cũ nihil creatum eſt infinite virtutis: ſed magis oĩs creatura vanitas eſt: charitas aũt non eſt vanitas ſꝫ vanitati repugnat: ⁊ eſt infinite virtutis: qꝛ animã hominis ad infinitũ bonũ perducit: vnde deus ſpiritualiter eſt anime vita ſicut aĩa corporis vita: iuxta illud Deut. xxv. Ipſe eſt vita tua: ſed anima viuificat corpus per ſeipſam: ergo deus eſt anime vita quã vtiq; viuificat per charitatem: iuxta illud. j. Iohã. iij. Nos ſcimus qm̃ trãſlati ſumus de morte ad vitã qm̃ diligimus fratres. Ad hoc rñdet magiſter ſententiaꝝ in primo diſ. xvij. ꝙ charitas nõ eſt aliquid creatũ in aĩa: ſed eſt ipſe ſpũſſanctus mentẽ inhabitans: nõ eſt tñ intentio ſua ꝙ iſte motus dilectiõis quo deũ diligimꝰ ſit ipſe ſpũſſanctus ſꝫ ꝙ ipſe motus dilectiõis eſt a ſpũſancto nõ mediante aliq̊ habitu: ſicut a ſpũſancto ſunt alij actus virtuoſi mediantibus habitibꝰ aliaꝝ virtutũ: puta habitus ſpei fidei vel alterius virtutis: ⁊ hoc dicebat propter excellentiã charitatis: ⁊ in hoc magiſter ſententiarũ habuit aliquos ſequaces: veruntamẽ cõmuniter doctores hoc iꝓbant ſuper hunc locũ. Nam Bonauẽ. dicit ibidem: ꝙ eſt ponere charitatem ſm cõmunẽ opinionem q̃ eſt habitus creatus informans animã: ⁊ rationẽ huius ſumit tripliciter. ¶ Primo ex parte eſſentie charitatis: qꝛ charitas eſt bonitas creature rõnalis: ipſam ꝑficiens ⁊ diſtinguẽs ⁊ ordinans ⁊ diſponens. ¶ Secundo a parte virtutis: qꝛ charitas qua deũ diligimus eſt virtus: nõ qꝛ deus tm̃ cooperatur in nobis ſed etiã quia noſtra volũtas cooperatur deo: adiutores enĩ dei ſumus: ⁊ qꝛ cũ cooperamur deo neceſſe eſt ſimiliter nos cõformari ſibi: neceſſe eſt etiã ꝙ ab illa ſumma charitate relinquatur in nobis aliquod exemplũ in effectu noſtro ꝑ quod moueatur illi conformiter: voluntas enĩ libera eſt ⁊ nata moueri ad oppoſita: ⁊ ideo ponitur in nobis virtus charitatis create: nõ propter defectum a parte dei in nobis cooperantis: ſed volũtatis noſtre ſibi coopernatis. ¶ Tertio a parte operationis ponitur neceſſitas: qꝛ reformatio ſiue recreatio: vnio ⁊ dilectio: nõ tantũ ſunt ab alio vt ab efficiente: ſed etiam vt ab informante: informans autem eſt charitas creata: licet enĩ recreatio ab increato per modũ efficientis ſicut creatio: tamen recreatio vel reformatio relinquit vlterius formã: ⁊ ideo neceſſe eſt ponere habitũ informãtem: hec ille. Tho. etiã in ſcđa 2e. q. xxiij. dictã opinionẽ reprobat: dicens: inter alia: ꝙ motꝰ charitatis non ita procedit a ſpũſancto mentẽ humanã mouentem: ꝙ hũana mens ſit motatum: ⁊ nullo modo ſit ꝑncipiũ motus huius qꝛ hoc eſſet ꝯtra rationẽ volũtarij cuiꝰ principiũ oportet in ipſo eſſe: alias enĩ ſequeretur ꝙ diligere nõ eſſet volũtariũ qđ implicat cõtradictionẽ: qꝛ de ſui rõne amor importat ꝙ ſit actus voluntatis. Nec dici põt ꝙ moueat volũtatẽ ad actũ diligẽdi ſicut mouetur inſtrumentũ: ꝙ ſi ſit principiũ actus: nõ tñ eſt ipſo agere vel nõ agere: qꝛ ſic etiam tolleretur ratio voluntarij ⁊ excluderetur rõ meriti: ſed oportet ꝙ a ſpũſancto ſic moueatur ad diligendum: ꝙ etiã ⁊ ipſa ſit efficiens hunc actũ: nullus aũt actus ab aliqua potẽtia actiua ꝑducitur niſi ſit ei cõnaturalis ꝑ aliquã formã q̃ ſit actionis principiũ: vnde deꝰ q̃ oĩa mouet ad fines debitos: ſingulis rebus formas indidit: per quas ad fines a deo ſibi ꝑſtitutos inclinantur: et ſic vt dicitur Sap. viij. Diſponit oĩa ſuauiter: manifeſtũ eſt autẽ ꝙ actus charitatis naturã potentie voluntatis excedit: ideo niſi aliqua forma naturali potẽtie ſuꝑadderetur ꝑ quã ad actũ dilectiõis inclinaretur: ſcđz hoc eſſet etiã iſte actus imꝑfectior naturalibꝰ actibꝰ ⁊ etiã actibus aliarũ virtutũ: nec eſſet facilis ⁊ delectabilis qđ patet eſſe falſum: qꝛ nulla virtus tãtã inclinationẽ habet ad actũ ſuũ ſicut charitas: nec aliqua tã delectabiliter operatur. Hinc maxime neceſſariũ eſt ꝙ ad actũ charitatis aliqua habitualis forma ſuꝑaddita ſit naturali potẽtie inclinãs ipã ad charitatis actũ ⁊ delectabiliter operari faciens: vñ licz effectiue deus ſit vita anime ꝑ charitatem et corporis: ꝑ animã tñ formaliter charitas vita anime eſt: ſicut anima corporis vita. Unde ꝑ hoc ꝯcludi põt: ꝙ ſicut anima immediate vnitur corpi: ſic ⁊ charitas anime: ⁊ opatur formaliter efficacia forme ſcđm virtutẽ agẽtis qđ formã inducit: ⁊ ideo charitas nõ eſt vanitas: ſed facit effectũ infinitũ dũ deo cõiungit animã iuſtificãdo ipam: hoc enĩ demonſtrat infinitatẽ virtutis diuine q̃ eſt charitatis actor. Ex dictis igitur patet: ꝙ duplex eſt charitas ſcz increata que deꝰ eſt: ⁊ creata que dei donum eſt: vñ Bern. in li. de dili. deum dicitur recte charitas ⁊ deus ⁊ dei donũ: itaq; charitas dat charitatẽ ſubſtantia accidentalẽ: vbi dantẽ ſignificat nomen ſubſtantie eſt vbi donum qualitatis.

C. Secũdo vero queri põt de charitate increata q̃ deus eſt: vtrum ſcz ſit eadẽ dilectio diuina reſpectu creaturarũ cũ ea q̃ eſt vnius perſone in diuinis reſpectu alterius: ꝑſertim cũ ex hoc ſequeretur ꝙ dilectio dei reſpectu creaturaꝝ eſſet ſumma: ſicut illa q̃ eſt reſpectu ꝑſonaꝝ adinuicẽ: qꝛ dilectio dĩ nõ põt intẽdi: nec etiã remitti. ¶ Ad hoc dicendũ ſm Alex. de hales in li. j. vbi agitur de dilectõe dei ad creaturas: ꝙ aliqđ diligere idẽ eſt qđ illi bonũ velle. Dicendũ igitur ꝙ diligere dei duplicẽ habet comparationez: vnã ad ipam dei volũtatẽ: aliam ad ipm volitũ: cũ ergo dicitur: pater diligit filiũ vel econuerſo: ibi eſt ſummũ bonũ tã ex parte voluntatis q; ex pte politi: qꝛ pater filio nõ poteſt velle maius bonũ q; vult. Cũ vero dicitur deus diligit creaturã: hec dilectio eſt etiam ſumma ꝑ cõparationez ad voluntatẽ diligentis: qꝛ nec põt eſſe maior nec intendi nec remitti et ſic eſt in termino dilectionis: ac ꝑ cõſequẽs eſt eadẽ dilectio cũ dilectione illa q̃ eſt reſpectu ꝑſonaꝝ: qꝛ dei volũtas eſt ſua eſſentia. De qua dilectione dicit dñs ad diſcipulos: ſicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos: verũtamẽ ꝑ cõparationẽ ad creaturã dilectã ſiue ad ipz volitum qđ ex dilectione deus efficit in creatura: vel qđ iam factũ ei placet: tũc nõ eſt ſumma dilectio ſed põt eſſe maior: qꝛ poteſt huic creato velle maius bonũ: ſicut poteſt ipm facere melius q; ſit: ſcđm ꝙ ly melius nominaliter accipitur. Ex his cõſequenter eliciendũ eſt ꝙ q̃tum eſt ex pte politi vel creature dilecte: q̃to meliores ſunt creature in ordine et gradu ſuo: tanto magis ſunt diligibiles: qꝛ bonũ rõne boni diligibile eſt: ⁊ ideo quantũ eſt in qualibet creatura de bono tantũ eſt diligibilis ⁊ ab eo plus diligitur. q̃ voluntatẽ habet bene mẽſuratã ⁊ ordinatã ſicut eſt in deo. Sed obijcitur ꝙ deus non diligit creaturã niſi ſm ꝙ creatura eſt in deo ⁊ ab eterno fuit in deo. ꝓpter quod creaturã etiã dilexit ab eterno: ſicut ſcriptũ eſt Epheſ. ij. Elegit nos ante mũdi conſtitutionẽ. nec eſt electio ſine dilectione: alioq̊n vt dicit Hugo ea eſt vis amoris ꝙ neceſſe eſt amantẽ eſſe talẽ quale eſt id qđ amat. Si deus igitur creaturã diligeret in eſſe ꝓprio neceſſariũ eſſet illũ transformari in creaturã vel in ſimilitudinẽ creature: qđ cum ſit impoſſibile nõ diligit creaturã niſi ſcđm ꝙ eſt in ſeipſo. ¶ Ad hoc reſpõdet Alex. de hales ibidẽ ꝙ illa auctoritas Hugonis ꝓprie intelligitur: vbi amans minus nobile eſt amato vel ſimpliciter vel ſm quid ſicut eſt in hominibus: aliquis enĩ amãs aliquid q̃tius ſit minus nobile ſimpliciter ſicut minimꝰ vel aliqđ ſimile: tamen in eo quod illud affectat ⁊ af-

ea illud afficitur ſupponit ſeipſum amato ⁊ ſic quodāmodo tranſformatur in illud: ſic autem nō eſt in deo: vnde nō oportet ꝙ tranſformetur in amatū: non enī intelligitur verbū illud de dilectione q̄ eſt voluntas boni qualis eſt dilectio dei: ſed intelligit̄ de dilectione que eſt affectio que quodāmodo tranſformat amantem in amatū. Et etiā dicit Bona. ſuper iij. di. ꝙ amor diuinus nō eſt amor affectionis inclinās ad alterū: ſed potius inclinans ⁊ trahens ad ſeipſum: vnde diuinus amor potius amata tranſformat ⁊ ꝯformat ipſi amanti q̄ȝ ecōuerſo: ſm ergo ꝙ duplex eſt cōformatio rerū ad deū ſcȝ ſm ſimilitudinē veſtigij ⁊ ſm ſimilitudinē expreſſam q̄ eſt ratio imaginis: ſm hoc dei dilectio dupliciter accipi pōt. Primo generaliter ſcȝ in effectibus nature quos cōiter ⁊ generaliter cōicat omnibus creaturis: ⁊ ſic diuina dilectio eſt reſpectu oīm creature. Secūdo ſpecialiter ſcȝ in effectibꝫ gratie q̊s cōicat tantū creature rationali nō habenti defectum alicuius criminis: ⁊ ſic diuina dilectio nō eſt niſi reſpectu eiꝰ creature cui charitatē cōicat: ita ꝙ per illā charitatē vnione per maxima deo adhereat vt ſic per charitatē in deo maneat ⁊ deus in eo. ¶ Tertio queri pōt de creatura magis a deo dilecta: vtrū ſcȝ deus magis diligit hoīem vel angelū: ꝓſertim cum tanto creatura videat̄ amabilior q̄ȝto eſt deo ſimilior: ſed angelica natura videt̄ deo ſimilior: vtpote natura nobilior. ¶ Ad hoc rn̄det Bona. ſuper. iij. di. xxxij. ꝙ deus dicit̄ diligere creaturā nō ratione affectionis animi ſed ratione cōicationis alicuius boni: ſic ꝙ dilectio de potius dicit̄ eſſe dilectio effectus q̄ȝ affectus. Duplex eſt igit̄ effectus ꝑncipalis ipſius dei reſpectu creature rōnalis ſcȝ cōditiōis in quo oſtendit̄ dei potentia: ⁊ ſic magis dilexit angelos: quia meliora contulit eis naturalia. Secundus aūt effectus eſt reperationis in quo manifeſtat̄ dei miſericordia ⁊ ſic magis dilexit hoīes quos. ſ. releuauit ⁊ angelos deſeruit: ⁊ ſic in dilectione dei mutuo ſe excedunt: dicendū igit̄ ꝙ ſi loquimur de exceſſu dilectionis ſm ſtatū preſentem tunc magis diligit angelos q̄ȝ homines: vtpote deo ſimiliores qꝛ nobiliores: quos ⁊ vno ſolo motu meritorio glorificauit: qui ⁊ nullā habent retardationē qua prepediunt̄ quo minus in deū totaliter tendere valeant. Si vero loquimur ſm ſtatum gratie finalis in quo erit reparatio cōſummata: tunc videt̄ ſatis rationabiliter dici poſſe ꝙ magis diligit hoīes: qꝛ de pluribus habebit homo in paradiſo vn̄ gratus ⁊ deuotus exiſtat deo q̄ȝ angelus: tum ꝓpter beneficium incarnationis: quia vt dicitur Hebreo. ij. Nuſq̄ȝ angelos apprehendit ſed ſemē abrahe: tū propter beneficiū redemptionis: quia vt dicitur Iohā. xv. Maiorem hac dilectionē nemo habet ⁊c. poſuit enī animā ſuam pro hoībus releuandis nō pro angelis: tū propter beneficiū eminentis glorificationis: qꝛ cōſtituit in altiori gradu honoris humanā naturā in vtroq̄ȝ ſexu q̄ȝ angelicam: ſcȝ chriſtum ⁊ eius nobiliſſimam matrem. Dilexit inſuper deus humanū genus tam in ſtatu inimicitie q̄ȝ in ſtatu amicitie: nō autē angelicū genus quod poſt caſum omnino deſeruit: ⁊ hec manifeſtāt erga nos non ſolū diuine charitatis magnitudinem: ſed etiam eius nimietatem: ſm illud Epheſ. ij. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatē qua dilexit nos: cū eſſemus mortui peccato cōuiuificauit nos in chriſto: ⁊ licet angelus eſt deo ſimilior q̄ȝtum ad ea q̄ ſunt nature nō tn̄ q̄ȝtum ad dona gratie: modo dei dilectio magis penſat dona nature ſuperaddita: ꝙ ea q̄ ſunt naturaliter inſita. ¶ Conſidero nūc o aīa q̄ȝtam tibi dilectionem oſtendit deus in via: quantāq̄ȝ exhibebit in patria: obtulit enī in chriſto pro ſalute tua ſuā diuinitatem: nobiliſſimā animā ⁊ innocentiſſimā carnem: offert inſuper omnibꝫ eminentiſſimā charitatē: vt merito dicat Iacobꝫ in canonica ſua. Omne datū optimū ⁊ omne donū perfectū deſurſum eſt deſcendens a patre luminū: amplectere: igit̄ amplectere totis ꝑcordijs: amplectere dona dei tui o ſpōſa xp̄i: ⁊ exultando cū propheta iubila deo dicens. Quid retribuā dn̄o: vnde ſpōſus tuus in hac vita tanti te eſtimauit: tantaq̄ȝ charitate ſalutem tuā ſitijt: ꝙ de eo dicit Bern. Si chriſtus tot membra habuiſſet quot ſunt ſtelle in celo: ⁊ q̊libet membroꝝ corpus habuiſſet: oīa illa corpora ad lignū crucis dediſſet: anteq̄ȝ animā vnā q̄ȝtum in ſe eſt in damnatiōe reliquiſſet: ſi ergo tantā habuit charitatem in recreatione: o q̄ȝtam exhibebit in eterna glorificatione. Dicit enim Bern. in re. chriſti: ꝙ dilectio qua oīs angelica natura pariter ⁊ humana ſe mutuo diligūt: reſpectu illius dilectionis qua chriſtus inq̄ȝtū hō diligit minimū glorioſum eſt minor q̄ȝ centrū ad circūferentiā celi chryſtallini ꝯſideratio ipō fonte vn̄ talis amor originē habet; veruntn̄ dilectionē dei ſummi ag



minimū beatū q̊s explicet: nā tanta dilectiōe deus trinus ⁊ vnus fert̄ in minimū beatū: ꝙ ſi ponat̄ ex vna pte dilectio dei ad minimum beatū, ⁊ ex alia pte dilectio chriſti in q̄ȝtū hō ⁊ beate marie omniūq̄ȝ angeloꝝ ⁊ ſctōꝝ quā ſpirant in deū ⁊ int̄ ſe inuicē nulla pōt eſſe eq̄paratio qꝛ finiti ad infinitū nulla pōt eē cōparatio: ⁊ iō maior quē minimꝰ ſanctus ſpirat in deū maior ē q̄ȝ amor chriſti īq̄ȝtū hō ⁊ amor beate ꝟginis oīmq̄ȝ ſctōꝝ ⁊ angeloꝝ quē ſpirāt inuicē int̄ ſe: ſicut maior eſt circūferētia celi chryſtallini minimo centro: qꝛ talis dilectio dei eſt vnus de tribus principalibꝫ actibꝫ ſubſtantialis gl'ie: qđ nos feliciter experiri concedat ieſus chriſtus: ſpōſus eterne glorie.

## ¶ De charitate creata que eſt potiſſima virtutū ī qua cōſiſtit omne meritum. Sermo xv

Honora patrem tuum ⁊ ma. Expediti vtcunq̄ȝ de charitate increata que deus eſt. Iam de charitate creata que dei donū eſt ſermo ſuccinctꝰ ꝑcurrat. A De q̄ pmo q̄ri pōt vtꝝ ſcȝ charitas creata que cordibus fidelium infundit̄ ſit ſpecialis virtus: ꝓſertim cū charitas nihil aliud eē videt̄ q̄ȝ amicitia q̄dā ſȝ amicitia nō ponit̄ a ph'o virtus: vt pȝ ī. iij. li. Eth. qꝛ nec cōnumerat̄ inter ꝟtutes morales nec inter intellectuales. ¶ Ad h' rn̄det breuit̄ Rich. ſup iij. di. xxvij. ꝙ charitas ē virtꝰ vna ſm ſpeciē ſpecialiſſimā: qꝛ in plures ſpēs non diuiditur: charitas em̄ conſtituitur in ſpecie ex ſui cōparatiōe ad primū ſuū ⁊ principale ac formale obiectum quod non eſt niſi vnum. ſcȝ ipſe deus ſub rōne q̄ eſt ſūmū bonū: quo ſolo plenarie voluntas beatificari pōt hec autē formalis ratio obiecti charitatis non eſt diuiſibilis in plures rationes eo ꝙ impoſſibile ē eſſe plura bona q̄ ſint ſumma bona: qꝛ non eſſet ſummum bonum in quo nō eſſent omnes rōnes boni p modū excellentiorem q̄ȝ inuenirent̄ in aliquo alio bono nec tale bonū poſſet eſſe ꝑncipale charitatis obiectum. eo ꝙ in tali bono voluntas beatificari non poſſet. ¶ Ad obiectum ergo dicendum ſm Tho. ſcd'a ſcd'e. q. xxiij. ꝙ ph'us in. viij. Ethi. non negat amicitiā eſſe virtutem: ſȝ dicit ꝙ eſt virtus vel cum virtute poteſt tn̄ dici ꝙ amicitia ꝓprie non eſt virtus per ſe ab alijs diſtincta: qꝛ nō habȝ rōnē laudabilis ⁊ honeſti niſi ex obiecto: ſcd'm ſcȝ q̄ fundat̄ ſup honeſtate virtutū: qđ patet ex eo. quia non quelibet amicitia rationem habet laudabilis ⁊ honeſti ſicut patet in amicitia delectabilis ⁊ vtilis: vnde amicitia virtuoſa magis eſt aliquid conſequēs ad virtutes q̄ȝ ſit virtus: nec eſt ſimile de charitate q̄ non fundatur principaliter ſuper virtute humana: ſed ſuper bonitate diuina: vnde Auguſti. li. de moribus eccleſie Charitas eſt virtus q̄ animi noſtri rectiſſima affectio eſt q̄ coniūgit nos deo q̄ ipſum diligimus. Et ſi obijcitur ꝙ charitas habet duo obiecta: ſcȝ deum ⁊ proximum: ⁊ ergo non eſt vna virtus ſm ſpeciem. Reſpōdet ibidē Richar. ꝙ primus nō ē ꝑncipale ⁊ formale obiectum charitatis qꝛ p charitatē ipſum non diligimus niſi propter deū. ¶ Scd'o vero q̄ri poteſt vtrū charitas ſit potiſſima virtutū ſic̄ ſentire videt̄ ap'ls. j. Corꝫ. xiij. Maior autem hoꝝ eſt charitas. Ad h' reſpondet Tho. vbi. ſ. ꝙ ex quo bonū in actibus humanis attenditur ſm ꝙ regula debita regulantur: ideo neceſſe eſt ꝙ humana virtꝰ q̄ principium eſt bonorum actuū ꝯſiſtat ī attingendo regulam hūanoꝝ actuū. Duplex ē ergo regula humanoꝝ actuū. ſcȝ humana rō et deus: ſed deus eſt regula prima a q̄ etiā humana ratio eſt regulāda. Hinc virtutes theologice q̄ conſiſtunt ī attingēdo illam regulā primam. eo ꝙ eaꝝ obiectum eſt deus: excellētiores ſunt virtutibꝫ moralibꝰ vel intellectualibus q̄ conſiſtūt in attingendo rōnē hūanā ꝓpter qđ oportet vt ēt inter ipās virtutes theologicas illa ſit potior q̄ magis deum attingit ſicut charitas: qꝛ fides ⁊ ſpes attingunt q̄dē deum ſm ꝙ ex ipſo ꝓuēit nobis vl' cognitio veri vel adeptio boni: ſed charitas ipm in deū attingit vt in ipſo ſiſtat non vt eo nobis aliq̄d ꝓueniat: ⁊ ſic charitas eſt excellētior fide ⁊ ſpe ac p conſequens oībꝫ alijs virtutibꝫ: ⁊ qđ maius eſt ſine charitate nulla pōt eē virtꝰ vera vel meritoria: ſicut oñdit ap'lus. j. Corꝫ. xiij. ſi diſtribuero in cibos pauperum omnē facultatem meā. ⁊ ſi tradidero corpꝰ meū ⁊c. Huius autem ratio eſt: qꝛ virtus ordinat̄ ad bonum: ſed bonū ꝑncipalit̄ eſt finis: nam ea que ſunt ad finem non dicunt̄ bona niſi in ordine ad finem. Sicut ergo duplex eſt finis. ſ. vltimus ⁊ proximus: ita duplex eſt bonum ſcilicet vltimum ⁊ hoc eſt principale bonum hominis ſcilicȝ dei fruitio: iuxta illud pſ. Mihi adherere deo bonum eſt. et ad hoc ordinatur homo p charitatē. Et bonū ꝓximū vl' particulare ⁊ ſcd'ariū quod ēt duplex eē poteſt. Vnū

quidem vere bonū vtpote ꝗ̄tum in ſe ē ordi-
dinabile ad principale bonū qđ ē vltimꝰ finꝭ
Aliud aūt ē bonū apparēs ⁊ nō verū: qm̄ ab-
ducit a finali bono: ſicut auaroꝝ prudentia q̄
diuerſa genera locelloꝝ excogitāt: ⁊ auaroꝝ
iuſticia qua metu grauium damnorum con-
temnunt alienum ⁊ auarorū temperantia q̄
luxurie cohibent appetitum: quoniam ſum-
ptuoſa ē: ⁊ auaroꝝ fortitudo q̄ vt ait Horati
us. Per mare paupiē fugiūt ꝑ ſaxa ꝑ ignes.
vt dicit Aug. in. iiij. li. ꝯ. Julianū. ⁊ iō necē eſt
habere charitatē vt ⁊ ꝟtutes meritorie reddā-
tur ⁊ deo grate. qꝛ ꝑ ſolā charitatē ordinant̄
actꝰ oīm aliaꝝ ꝟtutū in finē vltimū: ac ꝑ cōſe-
quēs dat formā actibꝫ oīm aliarū virtutū: vn̄
generalit̄ charitas đr radix ꝟtutū qꝛ ꝑ illam
oēs alie nutriunt̄ ꝟtutes: nec ſm Gregoꝝ. in
Omel. hꝫ ꝗcꝗ̄ viriditatis ramus boni opis:
ſi nō ꝑmā ſerit in radice charitatis: Dr etiā
fūdamētū ꝟtutū eo ꝙ oēs alias virtutes va-
lēter ſuſtētat: đr etiā forma ꝟtutū nō ꝗdē exē-
plariter aut eſſentialit̄ ſꝫ magis effectiue: qꝛ
formā oībꝫ iponit ordinās eas ad vltimū finē
Unde ꝓprie ꝟtutes dicunt̄ in ordīe ad actꝰ
formatos: đr etiam mater virtutū. qꝛ ex ap-
petitu finis concipit actus aliaruꝫ virtutū im
perando eos. Unde merito dicitur charitas
maxima virtutum qꝛ đr in euangelio Matt.
xxij: ꝙ dilectio dei eſt primum ⁊ maximū mā
datum. ¶ Tertio proinde queri pōt vtrū
in charitatiua dilectione conſiſtat omne me-
ritum ſicut intelligēte dat apoſtolꝰ ī dicta au
ctoritate ſi diſtribuero: cum tamē ecōtra diffi
cultas tn̄ operando videatur augere meritū
eo ꝙ ſecundum phm virtus eſt circa difficile
⁊ bonum ergo maior virtꝰ circa magis diffici
le ⁊ maius bonum. ſed charitatiua dilectio
difficultatem in operando diminuit: qꝛ dicit
Aug. in. li. confeſ. qui amat non laborat: oīs
enim labor non amantibꝫ grauis ē: ſolū amor
eſt quod nomē difficultatis erubeſcit. ¶ Ad
h̄ r̄ndet Rich. ſuper. iij. di. xxx. ꝙ ꝓprie loquen
do de merito ſcđm ꝙ conſiſtit in actu remune
rabili de condigno in vita eterna. ſic omne
meritum aut eſt charitatiua dei dilectio. aut
tm̄ illud quod in ipſo actu formale ē ꝑ chari-
tatiuam dei dilectionē: ꝑ hoc eīn ꝙ voluntas
ꝑ charitatem diligit deū ꝓpter ſe ⁊ ſuꝑ oīa
vult actus alios rectos eſſe ꝑ illum cui ꝓpter
ſe ⁊ ſuꝑ omnia adheret. quod eſt ipos referri
in finem vltimum modo debito: ⁊ ſicut recti-
tudo eſt in actu ex ſui ꝯformitate ad regulaꝫ
ſuā que in naturalibꝫ ē natura ⁊ in artificiali-
bus ars: ⁊ in moralibꝫ rō recta ⁊ lex diuina:
ſic etiā illđ qđ eſt formale in merito ſicut ipa
remunerabilitas q̄ in ipſo eſt ex ſui debita re-
latione in vltimū finē: ⁊ ex ꝯſequēti ipa rō re-
munerabilitatis q̄ i merito ē formal̄ ex chari-
tatiua dei dilectione cauſata ē. vn̄ oē meritū
ꝗ̄tū ad illđ qđ ē i merito formale ꝯſiſtit eſſen
tialit̄ vl̄ cauſalit̄ in charitatiua dei dilectiōe.
Ad obiectū ꝗ̄ dicendū ꝙ difficultas ad ope-
randū ꝓueniēs ex habitudine mala: quā ſibi
peccator ꝑ actꝰ malos acq̄ſiuit nō auget me
ritū nec facilitas que ē in opante ꝑ ꝟtutē mi-
deū vt eius honor ⁊ beneplacitū in omnibus
p̄ponat'. Tertio pōt intelligi totalitas ſm cō
parationē diligētis ad rem dilectā: vt ſcʒ mo
dū diligentis adequet mō rei dilecte: ⁊ hoc eſ
ſe non pōt: cū enī vnūq̄dqȝ ſit intantū diligibi
le inq̄ʒtum eſt bonū. Deus cuius bonitas eſt
infinita: eſt infinite diligibilis: nulla aūt creatu
ra poteſt deū infinite diligere: qꝛ oīs virtus
creature ſiue naturalis ſiue infuſa eſt finita.
Hinc hortat' Hugo dicēs. Quantū potes tā
tum diliges: poſſibilitas tua erit menſura tua
q̄ʒto plus amas tanto plus habes: ⁊ quanto
plus habes tanto felicior es. Extendere ergo
⁊ dilatare q̄ʒtum potes: vt totū impleat' qd̄ in
te eſt: noli timere quaſi deficere debeat ille ſi
nimis capax fueris: ſi vas nō deficit oleū ſuffi
cit: cor tuū vas eſt: amor illius oleū eſt q̄ʒdiu
vas habes: ille infundere non ceſſat. hec ille.
¶ Secūdo precipit' diligi ex tota mente: id ē
intellectu: vt ſcʒ moueat' ad aſſentiendū his q̄
ſunt fidei ⁊ ad me meditandū de deo dilecto:
qꝛ vbi cor ibi oculus tam exterior q̄ʒ interior.
Tertio p̄cipit' diligi ex tota aīa: id eſt ex vi
appetitiua inferiori vt ſe ꝯformet parti ſupio
ri: qꝛ ſicut ſpera ſupior motu ſuo mouet inferi
ores: ſic etiā volūtas mouet appetitū ſenſiti
uū: vt habet'. iij. de aīa ⁊ hoc p vim amoris p̄
ſertim diuini: mouētis efficaciter ipſaʒ volūta
tem: qua deſipere facit carnalia ⁊ ardua red
dit ſuauia. Quarto p̄cipit' diligi ex tota virtu
te vel fortitudine: id eſt vi executiua exteriori:

qua ſcʒ actus noſter exterior obediat deo ad
operandū ex dilectiōe: nec proſperis cedens
nec aduerſis: ſed fideliter cū apoſtolo clami
tans. Oīa poſſum in eo qui me cōfortat: ⁊ ag
gredi ardua ⁊ ſuſtinere grauia. Ad laudē dei.

## ¶ De modo ⁊ ordine charitatis reſpectu diligibiliū boni cōmutabilis ¶ Sermo xix.

h Onora patrem tuū ⁊c. Viſo
de p̄cepto ⁊ modo diligendi bonum
incōmutabile: in preſenti ſermōe vi
dendū eſt de modo ⁊ ordine diligendi bonuʒ
cōmutabile. De quo primo queri poteſt: vtꝝ
ordo charitatis reſpectu diligibiliū boni cōm
mutabilis cadat ſub p̄cepto: preſertim cū ea
que ſub p̄cepto cadunt: nobis ſufficienter in ſa
cra ſcriptura tradita ſunt: ſed ordo charitatis
reſpectu diligibiliū inter creaturas nuſq̄ʒ in
ſacra ſcriptura reperit' poſitus. ¶ Ad hoc
r̄ndet Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xlv. ꝙ modus qui ꝑ
tinet ad rationē virtuoſi actus cadit ſub p̄ce
pto qd̄ datur de actu virtutis: ordo aūt chari
tatis pertinet ad dilectionē ipſius virtutis: cū
accipiatur ſm proportionē dilectionis ad di
ligibile. Rurſum cum ſm ph'um in. v. Meta
phy. Prius ⁊ poſterius dicit' ſm relationem
ad aliq̄d principiū: oportet neceſſario ꝙ vbi
cunqȝ eſt aliq̄d principiū. ſit etiā aliquis ordo
dictū eſt aūt in ſermone precedenti: ꝙ dilectio
charitatis tendit in deū: ſicut in principiū bea
titudinis: in cuius cōmunicatione charitatis
amicitia fundat': ⁊ ideo oportet ꝙ in his q̄ ex
charitate diligunt': attendat' aliquis ordo ſm
relationē ad primū principiū huius dilectiōis
qd̄ eſt deus ex quibꝫ manifeſte ptʒ: ꝙ ordo cha
ritatis ſub p̄cepto cadere debet. Preterea o
mne illud qd̄ deus facit in nobis p gratiā: in
ſtruit p legis p̄cepta: ſm illud Hiere. xxxj. Da
bo legeʒ meā in cordibꝫ eoꝝ: ſed deus cauſat
in nobis ordinē charitatis: ſm illud Canti. ij.
Ordinauit in me charitatem. Ad illud igitur
qd̄ obijcitur dicendū: ꝙ ordo diligendoꝝ in ſa
cra ſcriptura ſatis exprimit': cū enim mandat'
vt q̄s diligat ꝓximū ſicut ſeip̄m: ſatis dat' in
telligi ꝙ dilectio ſui ipſius preferri dʒ dilectiōi
ꝓximi: ſic tn̄ mandat'. j. Joh. iij. ꝙ pro fratribꝫ
animā: id eſt vitā corporalē ponere debemus
dat' intelligi ꝙ ꝓximi ſalutē plus diligere debe
mus q̄ʒ corpus ꝓpriū. Rurſuʒ cū mandat' ad
Gal. vj. ꝙ operemur bonū maxie ad dōeſticos

ſidei: datur intelligi ꝙ inter ꝓximos ceteris
paribus meliores magis diligere debemus.
Similiter cū .j. ad Timo. v. Vituperatᷣ q nō
hꝫ curā ſuoꝝ ⁊ maxie domeſticoꝝ: datᷣ intelli-
gi ꝙ ꝓpinquiores magꝭ diligere debemus: ⁊
ſi ꝓximi diligendi ſūt: ꝯñs eſt ꝙ magis ꝓximi
magis ſunt diligendi: inter hec aūt diligibilia
deus vt ꝑtactū eſt ſup oīa diligēdus ē. qḋ ipſe
xp̄s patenter innuit Luce. xiiij. dicens. Si qˢ
venit ad me ⁊ nō odit patrē ⁊ matrē ⁊ vxo. ⁊
fil. ⁊ fra. ⁊ ſo. adhuc aūt ⁊ a. ſ. nō pōt meus eſ-
ſe diſcipulus. ¶ Scḋo q̄ri pōt: vtrū ſm ordinē
charitatꝭ hō plus debeat diligere ſeipꝫ ꝙ̄ ꝓxi
mū: ⁊ videtᷣ ꝙ nō: q2 charitas nos facit cōfor-
mare voluntatē noſtrā volūtati diuine: ſꝫ deus
nō magis diligit nos ꝙ̄ ꝓximos: ſꝫ magis dili
git ꝓximos nobis meliores: cuius dilectioni
nos ꝯformare debemꝰ. Preterea deus vult
ꝙ magꝭ deſideremus honorē ſuū ꝙ̄ cōmodū
nr̄m: vult etiā ꝙ magꝭ amemus ⁊ appcīemur
qḋ magis eſt amandū ⁊ appcīandū: ſꝫ ſalus
pluriū aīaꝝ magis facit ad honorē dī ⁊ ma
gis appcīandū eſt ꝙ̄ ſalus vnius aīe noſtre
Hinc videtᷣ dicere apl's Heb. ix. optabā ego
ipſe anathema eſſe a xp̄o ꝑ fratribꝫ meis. Ad
hoc rn̄det Bona. ſup. iij. di. xxix. ꝙ ſm ordinē
charitatis amor ſalutis ꝓꝑie ꝑponendus eſt
amori ſalutis aliene: alioq̄n vt dicitᷣ Ecc̄i. xiiij
Qui ſibi nequā ē cui bonꝰ erit. Dictat etiā h̄
iudiciū recte rōnis ⁊ inſtructio nature: nā ſicut
natura appetit ſuā ꝯſeruationē: ſic charitas
ſuā ꝑfectionē: ſꝫ natura magis appetit ꝯſerua-
tionē ſui in ſe ꝙ̄ in ſuo ſilī: ſic ꝑ ꝯñs ⁊ charitas
nā vnūq̄dq̄ plus appetit ꝑfectionē in ſeipo ꝙ̄
in ſuo ſilī: ⁊ q̄dlibet pondus plus trahit corpꝰ
in q̄ eſt ad ſitū ſibi debitū ꝙ̄ trahit ad corpus
ſibi annexū. Hinc eſt ꝙ charitas ꝑus appetit
deū vniri nobis ⁊ in nobis habitare: noſq̄ in
ipm̄ deū tendere: ac in ipo q̄eſcere ꝙ̄ appetat
in aliq̄ alio q̄ nobiſcū hꝫ aliquā ſimilitudinē.
Ad obiectū ḡ dicendū ſm Rich. ibidē: ꝙ ma-
gnitudo actꝰ diligēdi ex charitate nō tm̄ pen-
ſatᷣ ſm magnitudinē boni diligibilis: ſꝫ cū hoc
etiā ſm ꝓximitatē diligētis ad diligibilitatē: q2
actus charitatis nō tm̄ eſt ab habitu charita-
tis: ſed etiā a ꝟtute diligētis q̄ eſt volūtas: Il-
le eni actus elicitᷣ a volūtate ꝑ charitatē: ſicut
aūt ꝟtus naturalis vt ꝟtus ignis fortius agit
ceteris paribꝫ reſpectu obiecti ꝓximi ꝙ̄ remo-
ti: ſic volūtas fortius mouet ad diligendū ce-
teris paribꝫ rem diligēti ꝓximiorē. Facienda
eſt ḡ cōparatio bonitatis diligibilis ꝓximatio-
ni ad diligentē: ⁊ ſi bonitas vnius diligibilis
plus excedat bonitatē alterꝰ diligibilis ꝙ̄ ap-
proximatio diligibilis minꝰ boni ad diligentē
excedat approximationē magꝭ boni ad eūdē
minꝰ diligentē: tūc ille diligēs magꝭ diligere
maius bonū dꝫ: ſi aūt eſt ecōtrario magis dꝫ
diligere minꝰ bonū: ⁊ q2 nullius ꝓximi boni-
tas tm̄ excedit bonitatē diligētis ex charitate
ꝙ̄tū ꝓximitas diligēdi ad ſeipꝫ excedit appro
ximationē ſui ꝓximi ad eū: iō debꝫ hō ex chari
tate magꝭ diligere ſeipm̄ minus bonū ꝙ̄ quē-
cūq̄ aliū ꝓximū magꝭ bonū: verūtm̄ q2 diuia
bonitas ꝓpter infinitatē ſui plus excedit boni-
tatē hoīs diligētꝭ ex charitate ꝙ̄ approxima-
tio hoīs ad ſeipm̄ excedit approximationē dī
ad eū: ideo magꝭ dꝫ hō diligere deū ꝙ̄ ſeipm̄
Addit etiā Bona. ꝙ ſicꝫ eſſentiale eſt nature
appetere eſſe: ſic etiā ē eſſentiale grē appeterᷣ
deo cōplacere ⁊ dō adherere: ⁊ iō deꝰ nunꝙ̄
a nobis exigit vt magꝭ ſalutē alienā ꝙ ꝓꝑiam
diligamꝰ. Hinc dīc in euāgelio. Quid ꝓdeſt
hoī ſi vniuerſuꝫ mūdū lucretᷣ. aīe ꝟo ſue detri-
mentū patiatᷣ. Qḋ aūt apl's dicit: Optare ſe
anathema a xp̄o ꝑ fratribꝫ intelligitᷣ ad tp̄s ⁊
ſub ꝯditiōe. ſ. ſi optabile eſſet. ¶ Tertio q̄-
ri pōt: vtꝝ ḡ plus hō diligere dꝫ ꝓximū ꝙ̄ cor
pus ꝓꝑiū: ꝑſertim cū plus diligendū eē vide-
tur illō ſine q̄ nō pōt qˢ eſſe ꝑfecte beatus: ꝙ̄
illō ſine q̄ pōt eſſe ꝑfecte beatus: ſꝫ aīa nō pōt
eſſe ꝑfecte beata etiā btitudine eſſentiali ſine
ꝓꝑio corpe: q2 dicit Aug. xij. ſup Gen. Ineſt
aīe nālis appetitꝰ corpꝰ adminiſtrādi: q̄ appe-
titꝰ q̄dammō retardatᷣ ne tota itentiōe ꝑgat i
illō ſummū celū ꝙ̄diu nō ſubeſt corpꝰ: cuius
adminiſtratiōe appetitus ille q̄eſcat: ſicut eni
vnaqueq̄ res ꝯſeruationē ꝓꝑie eſſentie na-
turalitᷣ deſiderat: ſic ⁊ hō cuius eēntia ex aīa ⁊
corpe dinoſcitᷣ ꝯſtituta. Ad h̄ rn̄det Tho. ſe-
cūda ſcḋe. q. xxvj. ꝙ illud ē magꝭ ex charitate
diligendū qḋ hꝫ pleniorē rōnem diligibilis ex
charitate: ꝯſociatio ḡ in plena ꝑticipatiōe bti-
tudinis: q̄ eſt rō diligendi ꝓximū: eſt maior rō
diligēdi ꝙ̄ ꝑticipatio btitudinis ꝑ redūdantiā
q̄ eſt rō diligēdi ꝓꝑiū corpꝰ: ⁊ addit Rich. v-
bi. ſ. dicēs. Qḋ ꝓximꝰ q̄ ad aīaꝫ plus ē diligē-
dus: q2 bonitas aīe ꝓximi plus excedit bonita-
tē corpis nr̄i: eo ꝙ directe ē capax dei ꝑ cogni-
tionē ⁊ amorē: qḋ corpi nr̄o nō ꝯuenit ꝙ̄ ꝓxi-
mitas corpis nr̄i ad aīam nr̄aꝫ excedit appro-
ximationē ꝓximi ad eā: maxie cū ꝓximꝰ nr̄ ſit
cōformis aīe nr̄e in rōne ⁊ volūtate: que cō-
formitas corpori reſpectu aīe nō ꝯuenit: vn̄
magis debet homo ex charitate ꝓximo vel-
le ſuā beatitudinē ꝙ̄ anime ſue illud beatitu-
dinis qḋ ſibi accreſcit in corporis reſūptiōe:
quia aut nihil ſibi accreſcit de habitudine eſ-
ſentiali. aut ita parū ⁊ tali modo ꝙ plene bea
titudini ꝓximi nō debet anteponi maxime q2
hō ꝑ ſalute ꝓximi ponēdo aīam ſuā id eſt vi-
tā corporalē i vitā eternā cuſtodiet eā: qḋ vti-
q̄ in aliquo caſu eſt de neceſſitate ꝑcepti: vn̄
quidam ita diſtinguūt: ꝙ hō debet plus dili-
gere ꝓximū ꝙ̄ corpꝰ ꝓꝑiū: ꝓ ſtatu corrupti
bili q̄ ſcꝫ aggrauat animā: vt dicitᷣ Sapiētie.
ix. non tm̄ ꝓ ſtatu incorruptibili q̄ corpus erit
anime neceſſariū ad ſue beatitudinis cōple-
mentū. ¶ Quarto q̄ri pōt vtrū hō plus dili-
gere debeat vnū ꝓximū ꝙ̄ aliū: ꝑſertim cum
iuſticia habita nō tm̄ eſt ratio diligibilitatis
ſed etiā poſſibilis haberi: q2 dīc Aug. li. viij.
de tri. c. vj. q̄ amat homines: aut q2 iuſti ſunt:
aut vt iuſti ſint amare debet: ſꝫ oēs hoīes ꝙ̄-
uis nō ſint eque iuſti: tm̄ equalitᷣ capaces ſunt
iuſticie: ſi deus infūdere vellet: ergo ratione
iuſtitie poſſibilis haberi debēt oēs equaliter
diligi. Ad h̄ rn̄dꝫ Rich. ſup. iij. di. xxix. ꝙ hō
magis diligere debet vnū ꝓximū ꝙ̄ aliū: nō
tm̄ ſcḋm effectū ſed etiā ſm affectū: cuius ra
tio eſt: q2 cū deus ſit formale obiectū charita
tiue dilectionis: ⁊ ipſe diligens ſicut efficiēs
per ipam charitatē ſicut ꝑncipiū charitatiue
dilectionis: oportet ꝙ ſm maiorē approxima
tionē rei dilecte ad alterū iſtoꝝ: maior ſit dile
ctionis affectus: vn̄ ꝙ̄to diligibile melius eſt
tanto deo ꝓpinquius eſt: ⁊ tanto magis dili-
gendū eſt: ceteris paribꝰ tm̄: ſimiliter q2 ꝙ̄tū
diligibile ꝓpinquius eſt diligenti: tanto ma-
gis ceteris paribus diligendū eſt. Hinc duo-
rū diligibiliū vnū poſſet ita parum excedere
aliud in ꝓpinquitate ad deū: ⁊ tam exceſſiue
ab alio excedi in ꝓpinquitate ad diligentē: ꝙ
diligēs magis deberet diligere minus bonū:
ꝙ̄uis minor exceſſus in bonitate plꝰ reddat
rem diligibilē ꝙ̄ aliq̄n maior exceſſus in pro
pinquitate ad diligentē. Ad obiectū ergo re
ſpōdit ꝙ hō rōne iuſticie iam habite: magis
eſt diligibilis ꝙ̄ rōne capacitatis iuſtitie poſ-
ſibilis haberi: q2 plus mouet res dū ē in actu
ꝙ̄ dū eſt in potētia. ¶ Quinto queri pōt
vtrū ergo qˢ plus diligere debet extraneuꝫ
meliorē ꝙ̄ ſibi magis cōiunctū minus bonū:
ꝑſertim cū qˢ magis illū diligere debeat qui
ſm ꝑfectā iuſticiā magis eſt diligendus: ſꝫ ſm
ꝑfectā iuſticiā melior eſt ſemꝑ magis diligen-
dus. Dicit eīm Augꝰ. de vera religiōe ꝙ hec
eſt ꝑfecta iuſticia quā potius potiora ⁊ minꝰ
minora diligimꝰ: ⁊ ꝯgrue ſatis: qm̄ in diligē-
dō debet hō ſe diuine volūtati ꝯformare: ſed
deꝰ meliorē ſemꝑ magis diligit: q2 maioris
dilectiōis effectū in eodē oñdit. Ad h̄ rn̄det
Rich. vbi. ſ. ꝙ nos aliquē magis diligere ꝙ̄
aliū dupliciter intelligi pōt aut ſibi maius bo
nū optando: vel ex affectu maiori diligendo.
Primo mō debet extraneū meliorꝫ magis
diligere ꝙ̄ ſibi coniunctū minus bonū ꝑ illo
ſtatu q̄ ſunt in tali gradu bonitatis: h̄ eīm re-
quirit dei iuſticia vt maiori bono ꝑmiū maiꝰ
rn̄deat. ꝙ̄diu tn̄ ſumꝰ in ſtatu vie in q̄ pōt eſ-
ſe ꝑfectꝰ in merito debet hō velle ꝙ ſibi ma-
gis ꝯiūctꝰ ꝑueniat ad maiꝰ meritū ꝙ̄ extra-
neus: ⁊ ex ꝯñti ad maiꝰ ꝑmiū. Scḋo ꝟo mō
loquēdo ḋ dilectiōe: q̄. ſ. ex affectu maiori di-
ligit: tunc qm̄ in ordine diligēdi ex charitate
debeat haberi aſpectus ad ꝓpinquitatē dili-
gibiliū: ad deū ⁊ ēt ad diligentē: ita tn̄ ꝙ mul-
to magis pōderet exceſſū in vno gradu ꝓpin
quitatꝭ ad deū: ꝙ̄ exceſſū in vno gradu ꝓpin
quitatis ad diligentē: vn̄ tāta pōt eſſe boni-
tas extranei ⁊ tā ꝑua bonitas ⁊ ꝓpinq̄tas mi-
hi magis cōiūcti: vtpote q2 nō attinet niſi in
tertio gradu: ꝙ ex maiori affectu diligere de-
beā extraneū magis bonū ꝙ̄ mihi magis cō-
iunctū minꝰ bonū: pōt etiā ecōuerſo ꝯtinge-
re ꝙ ille q̄ mihi ꝯiūctꝰ eſt: ita de ꝓpinq̄ mihi
ꝯiūctꝰ eſt: ⁊ exceſſus bonitatꝭ extranei vltra
bonitatē iſtiꝰ ita ꝑuus ꝙ plꝰ diligere debes
iſtū minus bonū magis mihi ꝯiunctū ꝙ̄ illū
extraneū magis bonū: q2 cū eſſe meū a parē-
tibꝫ meis habeo: credo ꝙ ſicut nō debeo ali-
quē ꝓximū ex maiori affectu diligerᷣ ꝙ̄ meipꝫ
ꝙ̄tūcūq̄ excedat me in bonitate: ſic nō dꝫbeo
aliquē ꝓximum ex affectu maiori diligere ꝙ̄
patrē meū: ꝙ̄tūcūq̄ illū excedat in bonitate
nō ꝑuilegiata: qḋ dico ꝓpter bonitatē huma-
ne nature chriſti ⁊ beate virginis q̄s ex maio-
ri affectu diligere debeo ꝙ̄ patrē vel matrē:
q2 ꝑ eoꝝ bonitatē nobis ꝑuenit maius bonū
ꝙ̄ ꝑ parētes. Ad h̄ ḡ qḋ obijcitᷣ in diligēdo
debet hō ſe cōformare volūtati diuine: dicen-
dū ꝙ eſt verū nō tn̄ ſemꝑ volēdo qḋ ipe vult
ſꝫ qḋ ipe vl't hominē velle: ⁊ iō ꝙ̄uis deꝰ ſim-
pliciter vult magis bonū: q2 nulla ē ꝓpinqui-
tas ad deū niſi ꝑ bonitatē: nō tn̄ vult me ex af-
fectu maiori diligere extraneū meliorē ꝙ̄ pa-
trē meū minus bonū: q2 vult ꝙ in diligendo
ego ſeruē rectā inclinationē nature: ꝙ̄uis nō

velit ꝙ ſeruẽ inclinationẽ corruptã. ¶ Sexto queri põt: vtrũ ordo charitatis remanebit in patria. Rñdet ad hoc breuiter Bonuen. ſup. iij. di. xxxj. declinãs ad hanc partẽ ꝙ duplex eſt ordo charitatis. Unus q̃ reſpicit charitatem ſm ſe: q̃ quidẽ attendit ſm gradũ ⁊ differẽtias boni: magꝭ boni ⁊ maximi boni: ⁊ ille manet in patria: qꝛ eſſentialis eſt charitati: vnde magis homo diligit in patria deũ q̃ ſpiritum creatũ: ⁊ ſpiritũ magis q̃ corpus. Alius eſt ordo qui attendit ratione nature ſubtracte: vt pote ille q̃ eſt ſm differentias ꝓprij boni ⁊ alieni: ꝓpinqui ⁊ remoti. ⁊ hic ordo nõ remanebit in patria pro eo ꝙ nõ competit illi ſtatui: nã in ſtatu beatitudinis erit ꝑfecta obedientia nature reſpectu glorie: ita ꝙ tunc oĩno natura glie conformabit: vt ſicut corpus efficiet ſpirituale ⁊ per omnia ſpiritui obtẽperabit: q̃uis nũc oporteat ſpiritũ corpori ↄdeſcendere: ſic per omnia natura cõformabitur ordine gratie ⁊ glorie: qui attenditur ſm differẽtias boni: erit etiã ibi perfecta ↄformitas voluntatis noſtre reſpectu diuine: ⁊ ideo nõ magis diligemus illud qd̃ magis erit nobis propinquũ: ſed illd̃ quod erit dño magis beneplacitũ. Erit etiaꝫ ibi perfecta affluentia ⁊ redundantia cõmunis letitie: qꝛ multiplicabit gaudiũ hoĩs multiplicatione ꝑfecta: vt tantũ gaudeat de bono vniuſcuiuſqꝫ proximi q̃tum de ſuo: qd̃ nõ poſſet eſſe niſi diligeret proximũ q̃tum ſemetipm ⁊ hoc eſt qd̃ dicit Anſhel. in proſolõ. c. vlt. In illa ꝑfecta charitate inumerabiliũ angeloꝝ ⁊ hoĩm beatoꝝ: vbi nullus minus aliũ q̃ ſeipm diligit: nõ aliter gaudebit quiſqꝫ ꝓ ſingulis alijs q̃ pro ſeipſo: ⁊ hoc etiã ſentit Aug. de vera religione: ⁊ Berñ. li. de diligendo deũ. Ad

## ¶ De ordine charitatis inter patrem matrem: vxorẽ: filios: benefactores: beneficiatos: amicos ⁊ inimicos.

## ¶ Sermo xx.

Honora patrem tuũ. Ad exequendũ vlterius de ordine diligendi bonũ cõmutabile vt lucidius ad particularia diſcutienda veniamus. ¶ Primo queri põt: vtrũ quis magis diligere debeat patrem vel matrẽ: ꝑſertim cũ dicit phs in primo de generatione animaliũ: ꝙ femina in generatione dat corpus: ſed homo nõ habet animã a patre: qꝛ per creationem infundit a deo ⁊ ſic habet filius plus a matre q̃ a patre: ſunt etiã matres magis amatrices filioꝝ: vt dicit idem phs in. x. Ethi. Ad hoc reſpondet Tho. ſcd̃a ſe. q. xxvj. ꝙ per ſe loquẽdo ceteris paribꝰ pater magis eſt amãdus q̃ mater: amant enim pr̃ ⁊ mater vt quedã ꝑncipia naturalis originis: pater aũt hꝫ excellentiorẽ rõnem ꝑncipij q̃ mater: qꝛ pater eſt ꝑncipiũ per modũ agẽtis ⁊ forme: mater aũt ꝑ modũ patiẽtis ⁊ materie: qm̃ in generatiõe hoĩs mater miniſtrat materiã corpis informẽ: format aũt per virtutẽ formatiuã q̃ eſt i ſemine patris: ⁊ quamuis ꝟtus ſeminis nõ põt creare rõnalem aĩaꝫ diſponit tñ materiã corporalem ad hmõi forme ſuſceptionẽ: verũtñ põt inter patrẽ ⁊ matrẽ tãta eſſe diſtãtia ꝟtutis ⁊ malitie ꝙ amicitia ſoluet vel minuat: vt dicit phs in. viij. Ethico. ⁊ ideo vt dicit Amb. Boni domeſtici ſunt malꝭ filijs ꝑponendi: poſſet etiã filius diligi tã parũ a patre ⁊ tã multũ a matre: ꝙ filius magis deberet diligere matrẽ q̃ patrẽ. ¶ Scd̃o vero q̃ri põt: vtrũ quis magis diligere debeat patrẽ ſpũalem vel carnalẽ. ꝑſertim cũ ſup illud Luce. viij. Mater mea ⁊ fres mei hij ſunt. Dicit Beda i glo. ꝙ religioſiores mõſtrant copule mentiũ q̃ corpꝝ: ⁊ corporali neceſſitudini ꝑſcriptoꝝ celeſtiũ forma ꝑfertur: ergo magis ſunt diligende copule mentiũ: qd̃ includit magis eſſe diligendũ patrẽ ſpũalem q̃ carnalẽ. Nimirum cũ maiora bñficia recipimus a patre ſpũali: ſicut maius eſt noſtrũ eſſe grẽ q̃ noſtrũ eſſe nature: qꝛ melior ẽ vnꝰ timẽs deũ q̃ mille filij impij: vt dicit Eccĩ. xvj. Ad hoc rñdet Rich. ſup. iij. di. xxix. ꝙ oibus penſatis magis dꝫ quis diligere patrem carnalẽ q̃ ſpũalem: ſibi optãdo magis bonũ ⁊ ex maiori affectu: q̃uis eni maius beneficiũ recipit filius a patre ſpũali q̃ carnali: tñ pater ſpũalis non eſt ita vere cauſa bñficij qd̃ impendit filio ſicut pr̃ carnalis bñficij qd̃ impendit filio: qꝛ pr̃ ſpũalis non dat niſi miniſtraliter eſſe grẽ: pater vero carnalis dat eſſe nature ſicut efficiẽs cauſa: ⁊ ſic plus excedit rõ cauſe in pr̃e carnali q̃ beneficiũ ſpũale collatũ a pr̃e ſpũali. Uerũtñ talis poſſet eſſe affectus exhibitiõis patris carnalis erga filiũ ꝙ ꝑponendus eſt pat̃ ſpũalis: multi nãqꝫ pentes imiſericordes ſe filijs exhibent: imo plerũqꝫ perẽptores ſe faciũt aĩaꝝ filioꝝ: iuxta illud pſ. c. v. Immolauerũt filios ſuos ⁊ filias ſcꝫ demonijs. Preterea in actu exteriori dꝫ filius aliquã reuerentiã patri ſpũali quã nõ debet pr̃i carnali: qꝛ pater ſpũalis ponit loco dei q̃ eſt pr̃ oim: ꝑcipue in effectibꝰ grẽ quibꝰ cõfert exiſtentiã ſpũalẽ. ¶ Tertio ꝓinde q̃ri pt̃ vtrũ q̃s magis diligere vxorẽ dꝫ vl pentes ꝑſertim cũ illud videt magis diligẽdũ cui ẽ magis adherẽdũ. ſꝫ Geñ. ij. dr̃ relinq̃t hõ pr̃eꝫ ⁊ mr̃eꝫ et adherebit vxori ſue ⁊ erũt duo in carne vna. Nimiꝝ cũ q̃to fortior ẽ int̃ aliq̃s ↄiũctio tãto maior ẽ dilectiõis rõ: ſ; fortior ẽ ↄiũctio int̃ viꝝ ⁊ vxorẽ. qꝛ fũdatur ſup viculũ legꝭ diuie q̃ int̃ viꝝ ⁊ pentes: qꝛ fundat ſup viculũ actiõis nature: fortior ẽ aũt deꝰ q̃ natura. Ad h̃ rñdet Rich. ſup. iij. di. xxix. ꝙ oibꝰ pẽſatꝭ ex maiori affectu charitatꝭ dꝫ vir diligere pẽtes q̃ vxorẽ: tñ rõe fortiorꝭ ↄiũctiõis qꝛ fortior ẽ ↄiũctio q̃ ẽ fũdata ſuper ꝓpinq̃ſſimũ natur̃ gradũ q̃lis ẽ viri ad pẽtes q̃ fũdata ſup mutuũ ↄſenſũ ꝑ ꝟba vel ſigna exp̃ſſa q̃lis ẽ int̃ virũ ⁊ vxorẽ: tñ ẽt rõe maiorꝭ boni a diligẽti recepti: qꝛ ẽc: nutriri ⁊ diſciplinari: q̃ filiꝰ a pentibꝰ recepit maiꝰ bonũ ſũt q̃ carnale remediũ ↄ eſtũ ↄcupiſcẽtie: et ſolatiũ ſocietatꝭ: ⁊ adiutoriũ ad ꝓcreationẽ ꝓliſq̃ vir recipit ab vxore: rõ ꝓinde dictat ꝙ vir magꝭ eũ diligere dꝫ: a q̃ diligit ſtabiliꝰ ⁊ amore minꝰ reflexo: ac magꝭ ꝓpt̃ ſe. ſꝫ iſte ↄditiões ſũt magis in dilectiõe mr̃is ad filiũ q̃ vxoris ad virũ: qꝛ faciliꝰ ⁊ i plibꝰ ſoluit amicitia mulieris ad viꝝ q̃ mr̃is ad filium: vxores ẽt raro amãt niſi vt reament: ſ; ſm phm. viij. Ethco. mr̃es gaudẽt ibi amare reamari nõ q̃runt: ſi ſi vtraqꝫ nõ ↄtingãt: Uxores ẽt vt in plibꝰ ñ forti amore diligũt maritos niſi ꝓpt̃ vtile vel delectabile: mr̃es ãt fortit̃ diligũt: ⁊ ſi nihil debeat eis ꝓdeſſe verũtñ ꝙ mlt̃i viri magꝭ amare videt vxores q̃ pentes: h̃ venit ex eo ꝙ in amãdo ſequũt iclinationẽ ſenſualitatꝭ q̃ ꝓpter ſui corruptionẽ magꝭ icliat ad bonũ delectabile ſm carnẽ. ¶ Quarto itaqꝫ q̃ri pt̃ vtrũ pẽtes ſint magꝭ diligẽdi q̃ filij: ꝑſertĩ cũ ſm ordinẽ nature humor ꝓcedit a radice ad rãos: ſꝫ amorꝭ ↄuerſio i rõnalibꝰ ſimil ẽ dñatiõi humorꝭ i vegetabilibꝰ: pr̃ aũt cõpat ad filiũ ſicut radix ad ramos hic ordĩe nature filij plꝰ diligũt q̃ pentes: ſꝫ grã ẽ ꝑfectio natur̃: ⁊ iõ ſimilis ordo teneri dꝫ i gratuito. Ad h̃ rñdꝫ Bonauẽ. ſup. iij. di. xxix. ꝙ ſm ordinẽ charitatꝭ pẽtes ceterꝭ paribꝰ ꝑponẽdi ſũt filij: cuiꝰ rõ ẽ qꝛ gratuitꝰ amor fac̃ memorẽ eẽ ꝑceptoꝝ bñficioꝝ: ⁊ qꝛ plura bñficia recepimꝰ a pentibꝰ q̃ a filijs iõ ſm vie deſideriũ plꝰ eis tenemur ⁊ magꝭ eoꝝ ſalutẽ diliger̃ ⁊ ꝓcurare debemus: vñ generalit̃ ſm Rich. ibidẽ ad videndũ quẽ duoꝝ hoĩm debeat hõ magis diligere: reſpicere debemꝰ nõ tñ eoꝝ boitatẽ ⁊ eoꝝ diligẽtẽ ꝓpinq̃tatẽ: ſꝫ ẽt eoꝝ ad diligentẽ dilectionẽ ⁊ ad bñficia q̃ diligẽs recepit ꝑ eoꝝ ꝓcurationẽ ſeu opationẽ. cũ g̊ filiꝰ plura bñficia recepit a pentibꝰ q̃ a filijs: ⁊ priꝰ dilectꝰ ſit a ſuo pr̃e q̃ a ſuo filio ceteris paribꝰ magis diligere dꝫ patrẽ ſuũ q̃ filiũ. verũtñ dilectiõe naturali magis inclinat affectꝰ hoĩs ad filios q̃ ad parẽtes cuius rõ eſt: qꝛ natura appetit in ſuo ſimili ↄſeruari ⁊ magis illud diligit i q̊ hꝫ principaliꝰ ſuari: ⁊ qꝛ pr̃ hꝫ in filio ſaluari ſꝫ ordinẽ nature ⁊ nõ ecõuerſo: hinc ſm ordinẽ nature maiorẽ inclinationẽ hꝫ ad filiũ: qꝛ magis vult ipꝫ haber̃ ſupſtitẽ q̃ patrẽ. Ad h̊ aũtẽ qd̃ obijcit ꝙ ſcꝫ grã dei dꝫ eſſe conformis nature. Rñdet ibidẽ Bonauẽ. ꝙ natura in q̃buſdã currit via cõſona cũ grã: vt ꝙ hõ prius ⁊ plus diligat ſe q̃ primũ in h̃ natura grẽ cõcordat: in quibuſdã ꝟo currit via oppoſita: ſcꝫ in h̊ ꝙ diligit ſe plus q̃ deũ: h̃ eñ grẽ repugnat in q̃buſdã ꝟo currit via deſpata vel diuerſa vt in hoc ꝙ diligit filiũ plus q̃ patrem vnde gratia ſupueniẽs ordinem in affectu: primo ſaluat ⁊ ꝑficit: in ſcd̃o ſimpliciter mutat: in tertio nouum ordinẽ dat: ita tñ ꝙ affectuꝫ nullum exterminat: vñ cõcludit opinatiue ꝙ homo habens charitatem parentes ⁊ filios: dum mouetur affectu gratuite dilectiõis magis deſiderat parentum ſalutem: dum vero affectu nature magis deſiderat filij ſanitateꝫ et eſt hec oppoſitio naturalis ad gratuitum propter conſiderationem diuerſam.

¶ Quinto q̃ri põt vtrũ homo magis diliger debeat bñfactorem vel beneficiatũ: ꝑſertim cum dicat phus. in. ix. Ethic. ꝙ benefactores magis amare videntur beneficatos q̃ econuerſo Ad h̃ rñdet Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. xxvj. ꝙ aliquid magis diligitur dupliciter. Uno mõ qꝛ rationem hꝫ excellentioris boni ⁊ ſic benefactor eſt magis diligendus qꝛ cum ſit principium boni in beneficiato rationem hꝫ excellẽtioris boni: ⁊ talis amor eſt magis debitus ac ꝑ conſequens eius cõtrariũ habet rationẽ maioris peccati. Secũdo mõ rõne maioris coniũctionis ⁊ ſic magis diligit beneficiatus: qd̃ phus. ix. Eth. ꝓbat quattuor rõnibꝰ. Primo qꝛ beneficiatus eſt q̃ſi q̃ddã opꝰ bñfactoris. naturale autem eſt alicui vt diligat opus ſuum. Secundo qꝛ vnuſq̃ſqꝫ naturalit̃ diligit id in quo reſpicit ſuum bonum: vñ benefactor in beneficiato reſpicit ſuum bonũ honeſtum ſicut beneficiatus i benefactore ſuum bonum vtile bonũ autem honeſtum delectabilius cõ-

conſideratur ꝙ̄ bonum vtile: q̄ꝛ diuturnꝰ ē ⁊
magis cū delectatiōe recolitur. Tertio q̄ꝛ ad
amātē ptinet agere: vult ei ⁊ operatᷣ bonum
amato: ad amatū aūt ptinet pati. Quarto q̄ꝛ
difficilius ē bn̄ficia īpēdere ꝙ̄ recipere: ea ꝓ
in qb̄ magis laboramꝰ magis diligimus: q̄
ꝓ de facili nob̄ ꝑueniunt qdammō contēnī
mꝰ: vn̄ ex oīb̄ ꝯcludit: ꝙ lꝫ amor bn̄ficiati ad
benefactorē ē magis debitꝰ: tn̄ amor bn̄facto
ris ad bn̄ficiatū ē magis ſpōtaneꝰ. ¶ Sexto
q̄ri pt vtꝝ teneatᷣ q̄s inimicos diligere: tam q̄
ad affectū ꝙ̄ q̄ ad effectū: ꝑſerti cū dr̄ Leuit.
xix. Diliges amicū ſicut temetipm̄: ſup q̄ dic̄
Augu. ꝙ noīe amici itelligit oīs hō: ⁊ dn̄s in
euāgelo q̄ nihil manifeſtius: diligite inimicos
vr̄os bn̄facite his q̄ oderūt vos ⁊ orate ꝓ ⁊c̄.
Ad h̄ rn̄det Bonauē. ſup. iij. di. xxx. ꝙ nūq̄ ē
vera charitas niſi affectū diligat oē diligibile
diligibile aūt a charitate ē oē illō qd̄ ē poſſibi
le ad btitudinē ꝑuenire: ⁊ iō nō hꝫ aliq̄s cha
ritatē niſi diligat oēs illos q̄ ſūt in ſtatu vie ſi
ue ſint amici ſiue inimici: dr̄ eīi ꝑs. Latū mā
datū tuū nimis: q̄ꝛ mādatū charitatꝭ ad oēs
ſe extēdit: ⁊ ſicut longitudo mādati ſe extēdit
ad oēm drn̄tiā tpīs: ſic latitudo ad oēm pſo
nam hoīs viatoris: ⁊ ideo ſicut nō haberet
charitatem q̄ ꝓponeret vno tm̄ die peccare ⁊
in alijs bn̄facere: eo ꝙ ſibi deficit longitudo
mādati. ſic oēs hoīes diligēs p̄ter vnū ſolū
charitatē non hꝫ: q̄ꝛ ſibi deficit latitudo man
dati. Eſt tn̄ duplex affectus amoris. q̄dā ē eli
citus a charitate q̄ ſcꝫ optat q̄s alteri ſūmū
bonū ſeu eternā beatitudinē: ⁊ h̄ affectu oēs
tenentᷣ inimicos etiā actu inimicātes diligere
⁊ eis vitā eternā optare. Alius affectus ē ipe
ratus a charitate: q̄ ſcꝫ optat q̄s alteri bonū
tpale ⁊ ꝓſperitatē trāſitoriā ⁊ h̄ affectu n̄ oēs
tenentᷣ diligere ſed ſufficit nō odiſſe ⁊ de eiꝰ
malo nō gaudere niſi iq̄tū malū pene ꝓficit
ad ſalutē aīe. vn̄ taliť illū diligere eēt perfecti
onis ⁊ ſuperogationis ſic diligere ꝓmo mō ē
neceſſitatis ad quā tā pfecti ꝙ̄ ipfecti ſūt obli
gati ⁊ ſicut mandatū iſtud de dilectiōe ꝓximi
intelligitᷣ q̄tum ad affectū. ſic ēt q̄tū ad effe
ctū. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ q̄s aliū diligerᷣ po
teſt effectu exteriori dupl'r. Primo q̄ncunq̄
ſe offert tpīs oportunitas. Secundo qn̄ ſolū
incumbit nccītas. Si loq̄mur ergo de ſpecia
li exhibitiōe opis exteriorꝭ generaliť qn̄ ſe of
fert tpīs oportunitas ſic diligere inimicos ef
fectu cumulus eſt perfectionis nō p̄ceptū ne
ceſſarie obligatiōis: licet q̄tū ad effectꝰ i ge
neralī q̄ ſcꝫ cōmuniter alijs īpēdūtᷣ ex p̄cepto
tenentᷣ etiā inimicos diligere vt dicit ibidēꝫ
Rich. vt cū orat ꝓ ꝑplo i gn̄rali vel p̄dicati
cōi: vl' elemoſynas dat in cōi: aut ſalutatiōes
nō negare vl' ſilia: q̄ cōitᷣ oīb̄ ipenduntᷣ niſi in
caſu in q̄ timeret ex h̄ inimicū magis ꝓuoca
ri vel aliqd̄ aliud malū oriri. Si ꝓ loq̄mur
de exhibitiōe opis qn̄ nccītas incūbit: tūc ini
micos effectu diligere ē generalis ⁊ neceſſi
rie obligatiōis. Vn̄ dr̄. j. Joh. iiij. Qui habue
rit ſubaꝫ huius mūdi ⁊ viderit fratrē ſuū ne
ceſſitatē patiētē ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo
quō charitas dei manet in eo. ¶ Preterea ſꝫ
Rich. ibidē: oēs tenentᷣ ad nō faciēdū inimi
cis malū effectū: q̄uis licitū ſit q̄nq̄ eis infer
re tpalia grauamia ſiue in corpe ſiue in poſſeſ
ſione ordinata ad aīaꝝ eorum vel reipublice
vtilitatē: h̄ tn̄ nō ē licitū cuilibet facere: ſꝫ tan
tūmō ꝯceſſuꝫ ē illi q̄ h̄ facit. vt miniſter legꝭ
q̄ ne h̄ facere dꝫ ex liuore vindicte ſꝫ zelo iuſti
cie ⁊ amore vtilitatis publice ⁊ ſic faciēs non
facit vt inimicus ſꝫ vt amator iuſticie. ¶ Se
primo q̄ri pōt vtꝝ maiꝰ ſit meritum diligere
amicū vl' inimicū: ꝑſertim cū dr̄ Mat. v. Si
diligitis illos q̄ vos diligunt quā mercedem
habebitis. glo. nullā in celo. Conſtat autē ꝙ
diligere inimicos ē de ſupadditis a dn̄o ī euā
gelio ſed dn̄s non ſuperaddit niſi ea que ſūt
pfectionis maioris. Nimirū cum ibi ſit maior
pugna ⁊ ꝑ conſequēs glorioſior victoria Ad
hoc rn̄det Richar. ſuper. iij. di. xxx. ꝙ ad vidē
dum q̄s horū actuū ſit magis meritoriꝰ reſpi
ciendū eſt ad quatuor: ſcꝫ ad formā q̄ ē cha
ritas: ⁊ ad conatū voluntatis ipſius diligen
tis ⁊ ad cōuenientiā ipius obiecti: et ad rela
tionēꝫ in finē Si eīn vnus actus aliū excedit
in aliquo iſtorum ⁊ ſunt pares in alijs tribus
ille qui excedit eſt magis meritorius: vnde ſi
duo actus ſunt ex equali charitate: ⁊ ex equali
voluntatis conatu: ⁊ reſpectu obiectorūꝫ eq̄
conuenientium: ⁊ vnus referatᷣ nobiliori mo
do in vltimum finem ꝙ̄ alius: vtpote q̄ꝛ vnꝰ
refertur magis immediate ꝙ̄ aliꝰ: ille qui no
biliori modo refertur in finem eſt magis me
ritorius: ⁊ ſimili modo dici poteſt de qualibꝫ
aliarum cōditionū alijs manentib̄ paribus:
ꝙ ſi vterq̄ actus diligendi: ſcꝫ tam amicuꝫ ꝙ̄
inimicū ex eodem habitu charitatis procedit
et ex equali conatu voluntatis ac eque nobi
li mō referatur in finē vltīm ū: tūc ille ē magis
meritoriꝰ q̄ ē reſpectu amici. q̄ꝛ amicꝰ ē obie
ctū conuenietius dilectiōis ꝙ̄ inimicꝰ. Si ēn
procedit ex equali conatu voluntatis. tūc in
tenſior eſt ꝙ̄ ille qui eſt reſpectu inimici: q̄ꝛ
ad diligendum inimicū non ſic iuuatᷣ diligēs
a naturali inclinatione nec a paſſione ſicut iu
uatᷣ ad diligendū amicū: verūtamē qn̄ actus
diligendi amicū nō eſt eo intentior: tunc ſem
per actus diligendi inimicū ex maiori cona
tu voluntatis procedit ⁊ eſt magis meritori
us. Deniq̄ ſcd̄m Bonauen. ibidē ſi habitꝰ
charitatis vnius tm̄ habilitat ad diligendū
amicū: habitus aūt alterius ſe extendit etiaꝫ
vſq̄ ad inimicos: tūc abſq̄ dubio multo ma
gis ⁊ excellētius eſt diligere inimicū ꝙ̄ ami
cū: ⁊ multo perfectiori habitu indigemꝰ ad
hoc ꝙ poſſimus exire in actū iſtū ꝙ̄ in alterū
quod oſtendit Aug. in enchiridion di. Ma
gnūꝫ eſt erga eū qui tibi nihil mali fecit eſſe
beneficū ⁊ beniuolū: illud vero multo gran
dius ⁊ magnificētiſſime bonitatis eſt. vt tuū
quoq̄ diligas inimicū: deniq̄ ſi actus illi ex
eadē charitate ꝓcedūt tunc ſunt equalis me
riti reſpectu p̄mij eſſentialis: reſpectu vero p̄
mij accidentalis ſcd̄m opinionē ꝓbabilioreꝫ
ſimpliciter loquendo dilectio inimicoꝝ videtᷣ
eſſe excellentior: q̄ꝛ in ea magis exercitatᷣ per
fectio charitatis. Ad laudem dei.

## ¶ De dilectione proximi vera iuſta ſancta: ⁊ de ſeptuplici affectu amoris erga primos. ¶ Ser. xxi

Honora patrem tuū. Viſo
vtcunq̄ de ordine diligēdi proxi
mū: iam de modo breuiter proſe
quamur. A De primo queri pōt vtrū ali
quo actu ex charitate diligitᷣ ꝓximꝰ quo nō
diligitur deus: ꝑſertim cū dic̄ Aug. viij. d̄ tri.
ꝙ charitas nō eſt niſi amor boni: cū ergo ꝓxi
mus ſit bonū aliud a ſummo bono pōt aliq̄
charitatis actu diligi quo nō diligitᷣ ſummū
bonū: q̄ꝛ forte ꝓtunc actu d̄ ſummo bono nō
cogitamus. Ad hoc reſpondet Rich. ſuper.
iij. di. xxvij. ꝙ nullo actu charitatis diligitᷣ ꝓxi
mus quo nō diligitᷣ deus explicite vel impli
cite: nullus eīn actus elicitᷣ ab habitu niſi in
virtute ſui principalis ⁊ formalis obiecti: q̄ꝛ
ſicut ſcd̄a mouētia nō mouēt niſi in virtute p̄
mi mouentis: ſic inferiora obiecta nō mouēt
niſi in virtute obiectoꝝ p̄morū ⁊ formalium:
primū autē ⁊ formale obiectū charitatis eſt
deus ſub rōne q̄ eſt ſummū bonū: in quo ſo
lo plene voluntas beneficiari poteſt. ⁊ ideo
quicquid volūtas diligit ex charitate diligit
in virtute ſummi boni. nō tm̄ mouētis ꝑ mo
dum cauſe efficientis ſed etiā ꝑ modū finis
et obiecti: explicite quidem cum de ipſo actu
cogitamus: implicite vero cū ex charitate di
ligendo ꝓximum nō niſi implicite de deo co
gitamus: ſcꝫ cogitādo de aliquo honeſto bo
no: ꝓpter qd̄ ad diligendū proximū ex chari
tate mouemur: cum eīn voluntas mouetᷣ in
illud qd̄ eſt ad finē ꝓpter finē tūc vno actu mo
uetᷣ in vtrūq̄: ideoq̄ quocunq̄ actu charita
tis diligitur ꝓximus illo eodē diligitᷣ deꝰ im
plicite vel explicite: nec pōt ex charitate dili
gi proximus niſi in ordine ad deū. Hinc ſup
illud Ro. xiij. Qui diligit ꝓximū legē imple
uit: dicit glo. ꝓximus ſine deo diligi nō poteſt
et ita qui ſancte ⁊ ſpiritualiter diligit ꝓximuꝫ
quid in eo diligit niſi deū. B Scd̄o queri
pōt vtrū p̄ceptuꝫ Matth. xxij. de dilectione
ꝓximi datū ſit conuenienter traditū q̄ dicitᷣ.
Diliges proximū tuū ſicut teipm̄: ꝑſertim cū
ſm̄ phm̄. ix. Ethic. amicabilia q̄ ſunt ad alte
rum veniunt ex amicabilibus q̄ ſunt ad ſe
ipm̄: ex quo videtᷣ ꝙ dilectio ſuiipſius ſit di
lectionis ꝓximi principiū. ſed principiū poti
us eſt eo qd̄ ē ex p̄ncipio. Ad h̄ rn̄det Tho.
ſcd̄a 2e. q. xxiiij. ꝙ hoc p̄ceptū cōuenieter tra
ditᷣ: q̄ꝛ in eo tangitᷣ ⁊ ratio diligendi ⁊ dilecti
onis modus: rō quidē diligendi tangitᷣ in eo
ꝙ ꝓximus nominatᷣ: ꝓpter hoc eīn ex chari
tate debemus alios diligere: q̄ꝛ ſunt nobis
ꝓximi tā ſm̄ naturalē dei imaginē ꝙ̄ ſm̄ eter
ne glīe capacitatē: nec refert vtrū dicatᷣ ꝓxi
mus vel frater: vt habetᷣ. j. Joh. iiij. vl' amicꝰ
vt habetᷣ Leuit. xix. q̄ꝛ ꝑ oīa hec eadē affini
tas deſignatᷣ: oīs enī hō cēſetᷣ ꝓximus fra
ter vel amicus. Modus vero dilectiōis tan
gitᷣ cū dicitᷣ ſicut teipm̄: qd̄ nō eſt intelligen
dū ꝙ̄tū ad hoc ꝙ aliquis ꝓximū equaliter ſi
bi diligat: ſꝫ ſimiliter ſibi: ⁊ hoc tripliciť. Pri
mo quidē ex pte rōnis dilectionis: vt. ſ. nō dili
gat aliquis ꝓximū ꝓpter ꝓpriaꝫ vtilitatē vel
delectationē: ſꝫ ea ratiōe ꝙ velit ꝓximo bonū
ſicut ſibiipſi vult bonum: vt ſic dilectio ꝓximi
ſit vera: nā cū q̄s diligit ꝓximū ꝓpter ꝓpriaꝫ
vtilitatē vel delectationē: tūc nō vere diligit
ꝓximū ſed ſeipm̄: eſt eīn de natura veri amo
ris ꝙ homo velit ei bonū quē amat ⁊ ſic dili
git euꝫ ſicut ſeipm̄: exempli gratia: cū homo
naturaliter diligit ſeipm̄: motus ipſius amo
ris in duo tendit: primo in ſeipm̄ cui vult bo
num: ſcd̄o in bonū qd̄ optat ſibiipſi: ⁊ q̄uis
vtrumq̄ dicatᷣ amare: tn̄ amore vero diligit

ſe pſum cui bonū illud optat: ac illud bonum
quaſi p accidens amare cōpꝛobat̄ ⁊ abuſiue
ſcʒ ꝓpter vſum ꝓpꝛiū: ⁊ ſic nō vero amoꝛe dili-
git illud: ſed pꝛopꝛie diligit in illo ſeipm̄ amo-
re vero: poꝛro ſicut exterioꝛa cetera ſumere
pōt hoc in vſuʒ ſuū: ſic ⁊ hoīes quos ſi diligit
qꝛ ſunt vtiles ſibi vel delectabiles manifeſte
ptʒ ꝙ eos nō amoꝛe vero diligit ſicut ſeipſum
ſed ſicut vinū ⁊ ſimilia: ⁊ hoc dicit̄ de pe. diſ. ij.
c. ꝓximos diligimus ſicut nos: ſi non pꝛopter
aliquas vtilitates noſtras non ꝓpter ſpernen
da beneficia: non ꝓpter affinitates vel cōſan-
guinitates: ſed ꝓpter hoc tantū: qꝛ ſunt noſtre
nature pticeps diligamus hoc ibi. Secundo
vero ex pte regule dilectionis: ſcʒ vt non ꝯde-
ſcendat ꝓximo in aliquo malo ſed ſolū in bo-
nis: ſicut ⁊ ſue volūtati ſatiſfacere debet ſolū
in bonis: vt ſic dilectio pꝛoximi ſit iuſta. Pꝛo
quo ſciendū ꝙ iuſtitia hoc de iure requirit: vt
minoꝛi bono maius: ⁊ maioꝛi maxima pꝛepo
nat̄. ¶ Tria igitur ſunt in nobis gradata bo-
na ſupꝛemū eſt anima: mediū eſt coꝛpus: infi
mū eſt terrena ſubſtātia: quem gradatū amo-
ꝛem naturaliter inſitū habet oīs homo vt mi
nus diligat terrenā ſubſtantiā ꝙ̄ pꝛopꝛiū coꝛ-
pus: ⁊ coꝛpus ꝙ̄ animā: licʒ quidā reperiant̄
ꝗdeo obcecati ꝙ hūc dilectiōis oꝛdinē in ſe ꝑ
uertunt: ꝓpter coꝛpus ꝯtēnentes animā: ⁊ coꝛ
pus piculis exponentes ꝓpter terrenā ſubſtā-
tiam: in quibꝫ manifeſte patʒ ꝙ ad ſemetipſos
iuſtus oꝛdo dilectionis nequaꝙ̄ eſſe pōt: ſed
potius odiūt ſemetipſos: iuxta illud pſ̄. Qui
diligit iniquitatē odit animā ſuā: quiſquis ergo
iuſto oꝛdine ſe diligit: ꝓximū ſicut ſeipm̄ dili-
gere debʒ: vt pmo ⁊ pncipaliter optet ſibi bo-
na ſpiritualia: ſecūdo coꝛpoꝛalia: ⁊ tertio tēpo
ꝛalia. In his tn̄ tribus gradibꝫ ſemper ſeipm̄
pꝛoximo ſuo ꝑponere debʒ: vt in dicto pcepto
datur intelligi. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm̄
Penſent ergo parentes ⁊ ꝓpinqui qualiter ſu
os filios diligant ſicut ſeipſos q̇s in iuſtis bo
nis ditare feſtinant: quos per ſimoniā ad pꝛe
bendas vel religiōes pꝛomouent: q̇s filiabus
vſurarioꝝ: raptoꝝ ⁊ ſimiliū ꝑ mānona iniqui
tatis iungūt: qui ergo tā in ſe ꝙ̄ in ꝓximo tem
poꝛalia coꝛpoꝛalibus: ⁊ coꝛpoꝛalia ſpūalibꝫ
anteponūt: nec ſe nec pꝛoximū amoꝛe iuſto di
ligunt. Tertio deniqꝫ ex parte finis: vt ſcʒ ali-
quis pꝛoximū diligat pꝛopter deum ſicut ⁊ ſe
ipſum pꝛopter deū diligere debet: vt ſic dile-
ctio pꝛoximi ſit ſancta. Pꝛo quo ſciendū ꝙ il-
lud ſanctū eſſe dicit̄ quod ad dei gloꝛiā oꝛdi-
natur: ſicut altare dicit̄ ſanctū eo ꝙ eſt deo de
dicatū ⁊ ſic de alijs. Sic amoꝛ ſanctus dicit̄
qñ deo ſanctificatur: hoc eſt qñ in ipſum vt in
ſummū bonū pure refert̄: cū enī deus fons eſt
oīm bonoꝝ: ad ipſum diligendū tanꝙ̄ ad cō-
mune bonū naturaliter quilibet inclinat̄: ſicut
fluuij egredientes a mari ad mare reuertunt̄:
quodā enī inſtinctu naturali cōe bonū parti-
culari pꝛefert̄: ⁊ vna queqꝫ pars ad bonū toti
us naturaliter oꝛdinat̄ ⁊ inclinat̄. hinc manus
percuſſionibꝫ exponunt̄: vt coꝛ ⁊ caput a picu
lis ꝯſeruentur: cū ex eis humani coꝛpoꝛis vi-
ta dependeat: ſic naturali quodā inſtinctu q̇-
libet ſemetipm̄ oꝛdinat in deū ſicut in beatitu
dinis fontē: ſicut pars in bonū totius natura-
liter oꝛdinat̄: perficit̄ aūt hoc charitatis virtu
te qua diligit homo ſeipm̄ pꝛopter deū: pcipit
igit̄ deus diligere ꝓximū ſicut ſeipm̄: id eſt ſa-
lutem anime ſui ꝓximi querere ac ad deū illū
dirigere ſicut ſeipm̄ ad deū dirigere debʒ: ad
quē naturaliter inclinat̄: ⁊ hic amoꝛ pꝛopꝛie
dicit̄ ſanctus. Eſt enī amoꝛ naturalis īter ſan
guine iūctos: cū ſe diligūt eo ꝙ ex eiſdem pa-
rentibus geniti ſunt: ſed non eſt amoꝛ ſanctus
nec ad ſalutē ſufficiens. Eſt ⁊ amoꝛ ciuilis ſi-
cut inter illos qui ꝓpter hoc ſe diligūt qꝛ ſunt
eiuſdē ciuitatis municipes: vel ſub eodē pnci
pe: ac eiſdem legibꝫ gubernant̄: vl̄ ſi ſunt eiuſ
dem negotij: officij: ſtudij: mutue ſocietatis: cō
uerſatiōis ⁊ ſic de alijs ex quibꝫ ꝯtrahit̄ amoꝛ
amicitie: ⁊ hmōi: dilectiones duas pmas con
ditiones cōpꝛehendere pūt: vt ſcʒ ſint veri ⁊
iuſti amoꝛes: ſed nō tertium: qꝛ non ſemꝑ oꝛdi
nant̄ in deū. ¶ Ad maioꝛē aūt euidentiā
ſciendū ꝙ ad pceptū de dilectiōe ꝓximi implē
dum affectū ſeptifoꝛmi ſe quis erga ꝓximi ex
ercere debet. Pꝛimus eſt affectus pie cōpaſ-
ſionis in aduerſis: quo ſcʒ mens alioꝝ mala
ſentiat ſicut ſua: ⁊ hoc pꝛincipaliter in ſpūali-
bus malis tam pene ꝙ̄ culpe: deinde in coꝛ-
poꝛalibus ⁊ tēpoꝛalibus afflictiōibus ⁊ iactu-
ris: ſicut apl̄s qui de ſe dicit. ij. Coꝛi. xj. Quis
infirmat̄ ⁊ ego non infirmoꝛ: q̇s ſcandalizat̄
⁊ ego non vroꝛ: hanc aūt compaſſionē lachꝛy
matus eſt ieſus Luc. xix. Qui videns ciuitatē
hieruſalē fleuit ſuper illā dicens. Si cogno.
⁊c̄. pꝛeuidit enī iacturā tā animarū ꝙ̄ coꝛpoꝝ
ꝙ̄ etiā rerū. Nec mirū cum de lege nature ſi
quid patitur vnū membꝛū cōpatiunt̄ ei oīa
membꝛa: vt dicit apoſtolus. j. Coꝛ. xij. Secū-
dus aūt eſt affectus ꝯgratulatiōis in pꝛoſpe-
ris: q̇ ſcʒ q̇s de alieno bono letat̄ ſicut de ſuo



ſiue ſit de pꝛofectu ſpūali. coꝛpali vel tēpali.
iuxta illud Ro. xij. Gaudete cū gaudētibꝫ: ⁊
qꝛ vt dꝛ. Mat. xij. bonus homo de bono the
ſauro coꝛdis ſui ꝓfert bona. idō opoꝛtunitate
ſe offerēte affectū coꝛdialis ꝯgratulationis ēt
oñdit ꝟbis ſic fecit Moyſes Numeri. xj. cuꝫ
Joſue ferret egre ꝙ Heldad ⁊ Medad in
ꝑpl̄o ꝓpharēt: q̇d iq̇t emularꝭ ꝑ me: q̇s mihi
tribuet vt oīs ppl̄us ꝓpheret ⁊ det eis ſpūm
ſuū de⁹ d q̇ etiā ponit exēplū apl̄us. j. Coꝛ.
xiij. Si gloꝛiat̄ inq̇t vnū mēbꝛuꝫ ꝯgaudēt ei
oīa mēbꝛa. Sumus enī inuicē mēbꝛa in myſti
co coꝛpe chꝛiſti vt dꝛ Epheſ. iiij. Terti⁹ ꝟo
eſt affectus trāq̇lle ſuppoꝛtationis: nā difficil
limū eſt in hūana ꝯuerſatiōe nō oꝛiri ſcādala
tū ex fragilitate: tū ex ignoꝛantia: tū etiam ex
malitia q̇ in pñti ſeculo regnāt: ille igit̄ cōmē-
dand⁹ ē q̇ alioꝝ nō ſolū īpfectiones ſʒ etiā in
uectiones magnanimo ⁊ trāq̇llo coꝛd ſuffer-
re nouit: cū h tāti ſit meriti ⁊ ꝟtutis vt in eo
pēdeāt oēs leges ⁊ ꝓphete iuxta illd Galath.
vj. Alter alterius onera poꝛtate ⁊ ſic adim-
plebitis legē chꝛiſti: ⁊ h fit pꝛincipalit̄ cū coꝛ-
de oꝛe ⁊ ope. Hec tria dimittit ⁊ ꝯdonat. Pꝛi
mo graues iniurias exēplo chꝛiſti pꝛo cruci-
fixoꝛibus oꝛantis in cruce: pater inq̇t dimitte
eis qꝛ neſciunt q̇d faciunt: qd exēpluꝫ apl̄us
imitandum ꝓponit Epheſ. iiij. dicens. Eſtote
inuicem benigni: miſericoꝛdes: donantes in-
uicem ſicut deus in chꝛiſto donauit nob. Se
cundo magnas infamias. ſicut ⁊ chꝛiſtus in-
famatus eſt dum diceretur inſanus blaſphe-
mus publicanoꝛum amic⁹: demoniac⁹ ſedu-
ctoꝛ ꝓpl̄i: potatoꝛ vini ⁊c̄. q̇ tamen affectu coꝛ
diali cūcta remiſit ⁊ nos remittere docuit dū
in oꝛatione dñica ſubiunxit: dimitte nobis de-
bita ⁊c̄. Tertio magna rerū diſpendia: ſicut
apl̄us ad quoſdam dicit Hebꝛeo. x. Rapinā
bonoꝝ veſtroꝝ cū gaudio ſuſcepiſtis exēplo
chꝛiſti qui veſtibus ſpoliat⁹ nudus in cruce
pependit. Quartus pinde eſt affectus beni-
gne conuerſationis: nō reddēdū malū ꝑ ma-
lo: ſed in bono malum vincēdo: coꝛde: oꝛe et
opere: ſicut expꝛſſe pꝛecepit dñs Luc. vj. Dili
gite inimicos veſtros. ſ. coꝛde: benefacite his
qui oderunt vos: ſcʒ: opere: ⁊ oꝛate ꝑ perſecu
toꝛibus ⁊ calumniantibꝫ vos. ſ. oꝛe. ē em̄ beni
gnitas quidā animi dulcoꝛ excludēs omneꝫ
nequitiā: habilitās hominē ad internam leti
ciam ⁊ ad beniuolentiam: in exterioꝛi quoqꝫ
conuerſatione reddens hominē affabilē ⁊ be
nignum. Dicūt̄ aūt benigni q̇s bonus amo-
ris ignis ad bñfaciendū ꝓximis etiā aduer-
ſarijs feruere facit. Quintus itaqꝫ ē affectus
hūilis honoꝛationis: q̇ ſcʒ oēs reueret̄ ⁊ ho-
noꝛat: oēs ſibi pfert. oībꝫ tanꝙ̄ dominis ſuis
humili coꝛde ſe ſubdit: ſcđm illud. j. Petri. ij:
Omnes honoꝛate fraternitatē diligite. Et
iteꝝ ad Romanos. xij. Honoꝛē inuicē pueni-
entes: ſed qꝛ de hoc honoꝛe pſtando tactū ē
ſupꝛa in pꝛimo ſermone pcepti huius. idō bꝛe-
uitati conſulēs ꝓſequi ptermitto. Sextus aūt
eſt affectus coꝛdialis vnionis vt ſcʒ homo ꝙ̄-
tum in ſe eſt: ⁊ ꝙ̄tū ſcđm deū pt cū alijs vnitū
ſe ſentiat ac omnium rectū velle ꝑ ſuo rēpu-
tet: ⁊ huius vnitatis coꝛdialis affectus ex tri
bus in anima generatur ⁊ conſeruatur. Pꝛi-
mo ex humilitate q̇ ſcʒ pꝛoximo ſcđm deum in
omnibus condeſcendit honoꝛem ⁊ gratitudi
nē ⁊ q̇dlibet humilitatis obſequiū gratanter
impendit vñ tā in cōdonandis iniurijs ꝙ̄ in
ſuppoꝛtandis miſerijs ⁊ defectibꝫ ſe ꝓmptuꝫ
exhibet: eo ꝙ ſe longe viliorē ⁊ talibꝫ digniſſi-
mum reputat: Ad que nos apl̄us ad Rom.
xij hoꝛtatur dicens: Non alta ſapientes ſʒ hu
milibus conſentientes. Secūdo vero ex pu-
ritate. preſertim illa de qua dicitur Matt. v.
Beati mundo coꝛde ⁊c̄. Hij ſunt em̄ mundi
coꝛde qui ſimplici oculo ⁊ puro coꝛde in deū
intendentes: inter immunda mundi munduꝫ
habentes aſpectum ꝓximū in dño dumtaxat
charius amplectuntur: de h oculo dicit̄ in cā
ticis: vulneraſti coꝛ meum ſoꝛoꝛ: mea ſponſa:
ſequitur in vno oculoꝝ tuoꝛū. Tertio pinde
ex ipſa charitate: charitas em̄ q̇ liquit huma
na coꝛda cum in coꝛ hominis fuerit diffuſa di
uinitus illudqꝫ humile ac purum inuenerit
omnia alioꝝ bona in ſe trāſfoꝛmat ⁊ ſua facit:
ſolum nanqꝫ liq̇dū eſt qd omni foꝛme ꝯgruit
quod optime amatoꝛis coꝛdi ꝯuenit. Factū ē
inquit coꝛ meū ſicut cera liqueſcens: Ex his
autem tribus vt dicit̄ Act. iiij. Multitudis
credentium erat coꝛ vnum ⁊ anima vna in
domino. qꝛ hūilitas eos euacuauerat ſenſu ꝓ
pꝛio. puritas eos mundauerat mundano con
tagio: ⁊ charitas ꝑ trāſfoꝛmationem colloca
uerat in vno amoꝛoſi coꝛdis glutino. Septi-
mus deniqꝫ eſt affectus chꝛiſtifoꝛmis oblati-
onis ⁊ paſſionis pꝛo omnibus. vt. ſ. exēplo ie-
ſu chꝛiſti paratus īueniat̄ ꝓ oībus ⁊ ſinglo⁊
ſalute ponere animā ſuā: qꝛ vt dicit̄ Joh. xv.
Maioꝛē hac dilectionem nemo hʒ vt aīaꝫ ſu
am ponat q̇s ꝑ amicis ſuis. tūc em̄ vere dili-
git ꝓximū ſuū ſic ſeipm̄: tradens ꝓpꝛiā vitam

vt lucref illius animã: ad qḋ nos hortaf exẽplo christi Joh. in pria canonica. ca. iij. dicẽs In hoc cognouimꝰ charitatẽ dei: qm̃ ille ꝓ nobis animã ſuã poſuit ⁊ nos debemus animas pro fratribus ponere. Ad lau. dei.

## ¶ De actibus interioribus charitatis q̄ ſunt dilectio: gaudiũ: miſericordia: pax: ⁊ de differẽtia amoris amicitie ⁊ cõcupiſcẽtie. Ser. xxij

Honora patrem tuum ⁊ ma.

ris: ſi non pauiſti occidiſti: vnde tantū in hoc
caſu ligat hoc preceptū: ꝙ vt dicit Ambro. in
dicto. ca. Sicut hi. Tunc minus eſt criminis
habenti auferre ꝗ taliter indigenti negare.
¶ Tertio deniq; ex parte dantis qñq; totum
eſt neceſſariū nature ſue ⁊ ſuoꝝ quicquid ha-
bet: ⁊ de illo nō debet elemoſyna fieri: q: hoc
eſſet cōtra ordinem charitatis: cū hoc eſſet ſi-
bi ſuiſq; ſubtrahere neceſſaria vite: ordo ve-
ro charitatis prius incipit a ſeipſo: niſi ſal-
tem aliquo modo ſciret recompēſare per ali-
am viam ſuam et ſuoꝝ neceſſitatem: vel niſi
talis caſus immineret vt ſibi ſubtrahendo ta-
li dare: per quem eccleſia vel reſpublica ſuſtē-
taretur. quia ꝓ talis pſone liberatione ſe ſuos
q; laudabiliter periculo mortis exponeret cū
bonum commune ſit proprio preferendum:
ſicut illa vidua Sareptena fecit: que de ſibi
filijq; ſui neceſſario prophetam Helyam pa-
uit: vt patet. iij. Regum. xvij.

B Secundo queri poteſt ex quo vt prius
dictum eſt in dicto capitulo. Non ſatis. null⁹
excipitur ab elemoſyna conferenda: vtrum
etiam omnis ſub poteſtate conſtitutus indif-
ferenter dare eandem poteſt.

¶ Ad hoc reſpondet Richardus ſuper. iiij.
diſtinctione. xv. ꝙ ordo naturalis hoc exigit.
vt a ſuperioribus inferiora regulentur: et illi
qui ſub aliena ſunt poteſtate conſtituti. de eis
ex quibus alijs ſubijciuntur: ordinare non de-
bent aliter ꝗ eis commiſſum fuerit a ſuperi-
oribus. Et quia nullus alteri ſubditus eſt ꝗ-
tum ad interiores intellect⁹ et voluntatis ac-
tus niſi ſoli deo: ideo de illis bonis elemoſy-
nam omnibus facere licet. vtpote orādo. cor-
ripiendo. remittendo: ac alia pietatis opera
ſpiritualia perficiendo: de quibus late tracta-
ui in ſermonibus de tribus partibus peniten-
tie. Ueruntamen de tribus exterioribus ſecū-
dum quas alicui ſuperior quis ſubijcitur: nō
debet nec poteſt elemoſynam facere: niſi qua-
tenus illi fuerit a ſuperiori commiſſum vel ꝑ-
miſſum. Et ideo generaliter quicunq; acce-
perit aliquid ab alio: legitimam dandi pote-
teſtatem non habente: tanquam iniuſtum te-
netur reſtituere. Ad cuius euidentiam ſcien-
dum: ꝙ principaliter quatuor ſunt hominum
genera aliorum poteſtati ſubiecta. que nō poſ-
ſunt elemoſynam facere niſi ſub certis modis
eis a iure vel approbata conſuetudine aut eti-
am a ſuperiore eis conceſſis: ſcilicet vxores:
proles: clientes et profitentes: Omnes iſti in
extrema neceſſitate dare poſſunt elemoſynaʒ
indiſtincte. Nimirum cum et in hoc caſu lice-
ret etiaʒ furari. eo ꝙ talis neceſſitas facit om-
nia communia. Extra tamen caſum extreme
neceſſitatis indifferenter dare non poſſunt ꝙ
patet. quia mulier que minus ſubiecta videt̄
et equalis viro ꝗtum ad actum matrimonia-
lem iudicatur in his q̄ ad diſpenſationem do-
mus pertinent viro ſubiecta: nec facere po-
teſt elemoſynam niſi eo modo qui ſequitur:

¶ Pro quo ſciendum ſcđm Scotum. in. iiij.
diſtincti. xv. ꝙ vxor de rebus viri: ſcilicet pa-
ne vino et huiuſmodi: que de approbato mo-
re ſolent ad diſpenſationem vxoris pertine-
re poteſt moderatas elemoſynas facere ſecū-
dum facultatem viri ſui: et maiorem vel mi-
norem multitudinem pauperum: Non tamē
dare poteſt exceſſiue reſpectu facultatum niſi
de conſenſu: nec etiam de alijs rebus ſue di-
ſpenſationi nō commiſſis: niſi vt dictum eſt i
extrema neceſſitate: vel niſi res para fernales
vel proprias haberet preter dotē vbi de con-
ſuetudine parafernalia vxoris ſunt. Parafer-
nalia autē dicuntur illa bona q̄ mulieri obue-
niunt poſt matrimoniū titulo donationis: ſuc-
ceſſionis: legationis: ecōtra q̄ habet ante ma-
trimoniū ⁊ portat ad virum ſuum dicūt̄ dos
donatio vero ē illđ quod a viro de mane dat̄
mulieri in ſurrectione: vt curtam domū vel ſi-
mile ad vitā eius. Quicq̄d igitur đ ꝯſuetudi-
ne patrie mulieris eſt. de hoc elemoſynā da-
re poteſt: de alijs autem non niſi vt dictum ē.
Si tamen eſſet lucroſa ita ꝙ exhibita debita
gubernatione domus operibus ſuis lucrare-
tur. tunc etiam de hoc dare poſſet: nec intelli-
ge deducendo expenſas victus ſui: quia vir
tenetur ad omnia huiuſmodi: taʒ propter do-
tem ꝗ propter obſequiū. Qđ ſi mulier in ſe-
cūdo matrimonio filios habet ex primo. qui
nō habet aliquam actionem ꝯtra matrem nō
poteſt illa ꝯ mariti ꝓhibitionem aliq̄d eiſdeʒ
dare: niſi ſicut alijs paupibus: Secus tamē
ſi habēt aliquam actionē: vt quia obligata ē
eos alere. ſ. cum ſint impuberes: vel quia am-
bo ꝯiuges eoꝝ bona poſſidēt: aut alia iuſta
cauſa: tūc em̄ ⁊ marit⁹ tenet̄ illos alere: quia
mater cū ſuis oneribꝰ ad maritū trāſijt: quia
tamē maritus hʒ aminiſtrationem reꝝ nō dʒ
eos alias vxor alere: niſi in extrema neceſſita-
te. Preterea viro exiſtēte ꝓdigo ſi celat vxor
aliquid bona fide de rebus cum viro cōmu-
nibꝰ vt ſibi ⁊ viro ſuo tpe ꝓuideat: qui eas
male cōſumeret: nō peccat. nec viro ꝓhibēti
vl̄ repetēti tenet̄ obedire: q: reddēdo iuuaret
eū ad pctm̄. Ecōtra ſi vxor viderit virum te-
nacē. ſupflua tamē habētē tā nature ſuſtenta-
oni ꝗ etiam decētis ſtatus cōſeruationi: tunc
vxor ſibi cōſcientiam formare debet: ꝙ mari-
to non diſpliceat elemoſynam dare: licet ali-
quando prohibet. Hoc em̄ quandoq; faciūt
vt vxores temperent non a toto ſʒ ab exceſſu

Poteſt etiam formare ſibi cõſcientiam ex mi-
ſeria pauperis: cogitans ꝙ ſi maritus videret
vtiqꝫ ſibi placeret vt eius miſerie ſubueniret.
Et ſic cogitare pt vtiliter velle gerere nego-
ciũ viri ſui ad ſalutẽ aĩe. Et generaliter nota:
ꝙ ſi vir furtũ fecerit vel aliqd iniuſte acqſituꝫ
aut retentum apud ſe haberet: põt illud muli-
er reſtituere etiã ꝯdicente marito. Qꝺ ſi verꝰ
poſſeſſor: ⁊ eiꝰ heres ignorat: põt ĩde elemo-
ſynam facere etiã inuito marito: niſi maritus
eius verũ dñm furti cognoſceret tũc eñ ipſa
non debet illud alienare. ſed virũ ſuũ effica-
citer ad reſtitutionẽ inducere. Si ꝑo res ipa
conſumpta eſt tũc poteſt vxor ſi vir expſſe nõ
contradixerit. negocia mariti gerendo et ſe-
ipſam exonerando extimationẽ de bonis cõ-
munibus reſtituere vel in elemoſynas dare:
ſi cui reſtituenda ſit ignoratur. Qꝺ ſi contra-
dicente viro hoc faceret bona fide: licet ad h̃
non teneatur. non tamen eſſet illi penitentia
iniūgenda quaſi pro mortali.

Secundo proles: nam filiusfamilias li-
cet vti poteſt rebus parentum ad propriam
neceſſitatem: tamẽ ſcꝺm Thom. ibidem nõ
poteſt alijs dare: quia quamuis eſt heres nõ
tamen adhuc eſt dominus rerum: nec per cõ-
ſequens eſt in eius poteſtate paterna heredi-
tas. Qui ergo recipiunt ab eis elemoſynas
extra articulum extreme neceſſitatis tenentur
ad reſtitutionem: niſi darent elemoſynam mo-
deratam in pane vino et ſimilibus: que non
inferunt parentibus ſenſibile damnum: de q̇
bus conſtare poteſt ꝙ parẽtibus placet. Et
idem iudicium eſt de furioſis. amentibus: pu-
pillis ⁊ adhuc ſub tutoribus vel curatoribus
exiſtentibus: Veruntamen ſi filiusfamilias ex-
iſtẽs adhuc in paterna poteſtate habuerit ali-
quod peculium caſtrenſe. id eſt quod ei datũ
eſt a patre vel alijs occaſione militie: vel ipſe
ſibi acquirit ex malitia vel peculium quaſi ca-
ſtrenſe: quod. ſ. ex aduocatione vel alio officio
publico percipit: vel etiaꝫ qꝺ obuenit pſbyte-
ris ⁊ clericis ex officio ſuo eccl̃iaſtico: tũc de
his facere pt elemoſynas ſcꝺm Ray. qꝛ q̃ꝫ
tum ad hoc paterfamilias cenſetur: De ad-
uenticio autem: id eſt qꝺ ex alia quacũqꝫ cau-
ſa filio aduenit: ſiue a matre ſiue ab extranea
perſona: ſiue de alijs operationibus vel labo-
ribus ſuis non poteſt filius elemoſynam face-
re: quia licet filio in hoc ſeruatur proprietas
⁊ ſi pater premoriatur filij eſt: tamẽ q̃ꝫdiu pa-
ter viuit in eo plenum vſufructum habet. Si-
militer de profectitio: id eſt quod ꝺ rebus pa-
tris vel earum occaſione aduenit: vt fructus
ſiue lucrum: filius elemoſynam dare non põt
quia nihil iuris in eo habet: niſi tantum quo
ad ſpẽ ſucceſſionis: ſi tamẽ filius eſſet in ſcho-
lis de licentia patris: vel in peregrinatione
tunc dare poſſet elemoſynam: tam de profe-
ctitio q̃ꝫ de aduenticio.

Tertio clientes. nam ſm Tho. in. iiij. di. xv
Serui ancille et famuli q̃uis etiam ſint libe-
re conditionis non poſſunt elemoſynas da-
re de rebus dominorũ ſuorum ſine eorum cõ-
ſenſu: niſi panẽ ⁊ huiuſmodi q̄ non iferunt ſen-
ſibile nocumentũ: etiã ſi ipſe famulus eſſet di-
ſpenſator rerꝫ: qꝛ nõ ponit diſpenſator q̄ſi po-
teſtatem aliquam in re domini ſui habẽs: ſed
quaſi ad vtilitatem dñi tractans. De precio
tamen ꝓprij ſeruitij libere dare poſſunt.

Quarto profitẽtes ſcꝫ in religione paupta-
tem voluntariã: elemoſynam dare nõ pñt ſm
Ray. quia nihil habent. xij. q. j. c. non dicatis:
niſi forte aliquis adminiſtrationem aliquam
habuerit: tunc eñ poteſt ⁊ debet elemoſynaꝫ
facere: quia quicqd religioſis ſuper eſt ipias
cauſas erogandum eſt: vt patet. xij. q. j. ca. qꝛ
tua vbi ſubditur. Cõmuniter aũt viuentibus
iam de faciendis portionibus vel exhibẽda
hoſpitalitate et adimplẽda miſericordia a no-
bis quid erit loquẽdum: cum omne quod ſu-
pereſt neceſſitatibus: in cauſis pijs ac religio-
ſis erogandum eſt domino magiſtro omnibꝫ
dicente quod ſupereſt date elemoſynaꝫ ⁊ oĩa
munda ſunt vobis: hec Greg. anglorꝫ epiſco-
po. Si tamen eſſet talis adminiſtratio ꝺ qua
ſtatutum eſſet: ꝙ quicqd ſupeſt ad monaſteri-
um vł aliquẽ ſpẽalem vſum refundat: vt in q̇-
buſdã prioratibꝫ: tũc elemoſynas exceſſiuas
ſine conſenſu facere non debet. Qꝺ ſi mona-
chus de voluntate abbatis vadit Romã vł
ſtat in ſtudio: tũc ſcꝺm Ray. moderatas ele-
moſynas facere poteſt. quia eoipſo ꝙ dedit il-
li licentiam eundi vel etiam ſtandi: ſubintelli-
gitur ei licentiam conceſſiſſe faciendi ea que
ſcholares et peregrini de honeſtate facere ſo-
lent. Et addit Tho. ſcꝺa ſcꝺe: ⁊ in. iiij. ꝙ etiã
citra extremam neceſſitateꝫ poſſet monachꝰ
aliquod modicũ dare abſente abbate ſub ſpe
ratihibitionis: non tamen eo preſente: vel qñ
probabiliter crederet ꝙ abbas non conſenti-
ret niſi fuerit extrema neceſſitas. Ad lau. dei



## De accidia ⁊ filiabus eius: ſcili-cet malitia: deſperatione: puſillani-mitate: rancore: torpore: ⁊ mentis euagatione. Ser. xxvi

A
b

Honora patrẽ tuum. Exo-
di. xx. Tertio deniqꝫ parentes
eternales honorare debemus:
eis iugiter ⁊ indefeſſe cũ omni affectu ſeruiẽ-
do ⁊ gratias agẽdo: vt ſic intelligat: honora
patrẽ tuũ qui te creauit ⁊ imagine ꝓpria inſi-
gniuit: qui te redemit ⁊ ꝓpria carne ⁊ ſangui-
ne paſcit. Et hoc tripliciter: Primo pro
omnibus beneficijs ⁊ donis tã naturalibus
q̃ꝫ gratuitis: deuotas ⁊ iuges gratiarũacti-
ones referẽdo: ad qꝺ te monet tota ſcriptura
Similiter om̃is creatura q̄ ſuo mõ creatorẽ
ſuũ laudat. vñ Job. xxxviij. rephẽdit pigros
dicẽs. Vbi eras cũ me laudarẽt ſimul aſtra
matutina: ⁊ iubilarent omnes filij dei. In le-
ctulo dñe. Ad hoc etiã excitate ꝓpria natu-
ra: qꝛ ſm phyſicos in corpore humano inſe-
minauit tot membra quot ſunt dies in anno
vt ex hoc inſtictu naturali informeris ꝙ nul-
la dies te tranſire debet ſine diuina laude et
gratiarũactiõe. Scꝺo debemus eũ honora-
re: omnes actiones: locutiões: affectiones et
cõgitationes noſtras in ſui laudẽ ⁊ gloriã re-
ferendo. Ad quod hortat ap̃ſtus dicẽs Col.
iij. Omnia quecunqꝫ facitis in verbo aut in
opere: om̃ia in nomine dñi noſtri ieſu chriſte
facite. Et ex hoc actiões tue nõ cẽſentur hu-
mane: ſꝫ angelice ⁊ diuine. Nã eis qꝺammõ
celicam formã imprimis cũ in eis ſolũ hono-
rẽ diuinum intẽdis: ſicut ecõtra maximã deo
iniuriam irrogant: qui in actibus ſuis oſten-
tationẽ ꝓpriã aut humanã cõplacentiam aut
aliquid hmõi querunt. Tertio debemus eũ
honorare pre omnibus ⁊ ſup omnia diligen-
do: ad qꝺ potiſſime moueri debes: ex eo ꝙ in
tantis amoris beneficijs te diligendo ꝑuenit
vt omnem ingratitudinem ⁊ tepiditatẽ amo-
ris ſui a corde tuo procul expelleret: vt ſi te
quãdoqꝫ piguiſſet amare iam nõ pigeat rea-
mare. Sed hunc honorem plurimũ impe-
dit accidia que ſm Damaſce. eſt quedam tri-
ſticia aggrauãs: que. ſ. ita deprimit animuꝫ
hominis vt ei nihil libeat agere: ⁊ ideo acci-
dia importat qꝺdam tedium operandi bo-
num: precipue diuinum: iuxta illud pſ. Om-
nem eſcam abominata eſt anima eoruꝫ. Ex
quo patet ꝙ duo ſunt nomina huius vitij. ſcꝫ
triſticia ⁊ accidia: cuius ratio eſt. quia in iſto
peccato eſt auerſio a ſpirituali bono quod
eſtimatur graũe vel grauare: ſicut eſt vigila-
re: ieiunare ⁊ orare ⁊c. ⁊ ratione huius dicit
triſticia que opponitur leticie ſpirituali. Naꝫ
affectus triſticie datus eſt homini vt doleat
de peccatis ꝓprijs ⁊ alienis: de dilatione pa-
trie: de imperfectione vite ⁊ de ſimilibus: ſed
nũc mutat ⁊ ducit in diffidẽtiam: deſperati-
onem: ⁊ irrõnabilem merorẽ: ⁊ opponit leti-
cie ſpirituali: ita ꝙ affectꝰ gaudij qui datus
fuit homini vt gauderet in deo ⁊ in ſpe eter-
norꝫ bonorũ ⁊ intuitu beneficiorum dei: ⁊ in
bonis operibus ⁊ oĩa vana ⁊ in vtilia faſtidi-
ret: modo peruertitur in diſſolutionem ⁊ va-
nitatem ⁊ inſanias falſas: ita ꝙ gaudet de af-
fluentia rerum bonorũ: voluptatum. de riſu:
fabulis: turpibus ludis ⁊ ſimilia: ⁊ om̃ia que
dei ſunt faſtidit tanq̃ꝫ inſipida. B Et ſic
ſecũdo in iſto peccato fit conuerſio ad crea-
turã in qua querit finalem quietẽ que eſtima-
tur leuis: ⁊ ratiõe huius dicit accidia que op-
ponitur fortitudini que cõſiſtit in aggredien-
dis arduis ⁊ ſuſtinẽdis aduerſis. Nam per
accidiam habet anima tedium de omni ſpi-
rituali difficili: et inuenit opera virtuoſa ⁊ bo-
na quaſi aceroſa. Hic queri poteſt vtrum
accidia poteſt eſſe peccatuꝫ ⁊ precipue mor-
tale. preſertim cum ſcꝺm phm in. ij. Ethic.
paſſionibus non laudamur neqꝫ vitupera-
mur: ſed accidia eſt paſſio quedam: eſt enim
quedam ſpecies triſticie vt dicit Damaſce.
Ad hoc reſpõdet Tho. ſcꝺa. 2e. q. xxxv. ꝙ ac-
cidia ſcꝺm Damaſce. eſt quedaꝫ triſticie ag-
grauãs: que ſcꝫ ita deprimit animũ hominis
vt nihil ei agere libeat: ſicuti ea que ſunt aci-
da etiã frigida ſũt ⁊ ideo accidia importat te-
diũ quoddam operãdi. Et huiuſmodi triſti-
cie paſſio ſcꝺm ſe quidẽ nõ eſt peccatum: qꝛ
ſcꝺm ſe non nominat aliquod laudabile vel
vituperabile: ſed ſcꝺm ꝙ applicatur ad ali-
qꝺ bonum dicitur laudabile ⁊ econtra vitu-
perabile ſcꝺm ꝙ applicatur ad aliquid vitu-
perabile. Exẽpli gratia. triſticia de vero ma-
lo cũ fuerit moderata nominat aliquod lau-
dabile: ſed triſticia de vero bono: vel etiã tri-
ſticia immoderata nominat aliquid vitupera-
bile. Verũtamẽ accidia que eſt torpor men-
tis: bona negligẽtis inchoare ſemper eſt ma-
la. Et hoc dupliciter. Nã quãdoqꝫ eſt mala

rōm ſe: cum ſcʒ ſit de eo quod eſt vere bonū licet ſit apparens malum: ſicut triſtitia que eſt de ſpirituali bono. Nam cum ſpirituale bonū ſit vere bonū: triſtitia que eſt de ſpirituali bono eſt ſecundum ſe mala: ſicut econuerſo delectatio dicitur ſecundum ſe mala que eſt de eo quod eſt apparens bonū ⁊ vere malū: Quandoqꝫ vero triſtitia mala eſt ſecundum effectū tantum: quando ſcʒ ſic triſtitia de vero malo hominē aggrauat ⁊ eum totaliter ab opere bono retrahit: ⁊ ſic etiam eſt peccatū. Hinc apoſtolus .ij. Corinth. ij. Non vult vt penitens maiori triſtitia abſorbeatur: non tamen ſemꝑ eſt peccatum mortale. Sed accidia ex ſuo genere eſt veniale peccatum: quia ſecundū Auguſti. Accidia eſt tedium eterni boni: hoc aūt non opponitur charitati ſed inducit diminutionem feruoris charitatis: in quo conſiſtit omne veniale. Iſtud ergo tedium vt dicitur in cōpendio poteſt accipi tripliciter. Uno modo prout eſt purus motus naturalis: ⁊ ſic nullum eſt peccatum. Alio modo prout eſt motꝰ appetitus contriſtati de opere ſpirituali laborioſo: ⁊ ſic eſt veniale: q̄uis etiam ille appetitꝰ ſit deliberatiuus: quia conſenſus in veniale non eſt niſi veniale. Tertio prout redundat in omiſſione eorum que ſunt neceſſaria ſaluti ita ꝙ motus accidie pertingit vſqꝫ ad rationem que conſentit in fugam: horrorem ⁊ deteſtationem diuini boni: carne contra ſpiritū omnino preualente: ⁊ tunc eſt mortale peccatum. Et poteſt quis dici quatuor modus accidioſus. Primo modo cum quis per quandā deteſtationem ⁊ horrorem ad diuina voluntarie omittit ea perficere. Secundo modo cū quis ex quadam negligentia omittit ea perficere ad que obligatur alienis nimiū implicatus. Tertio cum quis nolens ex verecundia vel aliquo alio extrinſeco coactus cum triſtitia perficit aliqua bona ſpiritualia. Quarto cū nimium deijcitur ⁊ contriſtatur etiam de vero malo ex quo redditur ineptus ad bona ſpiritualia perficienda. ¶ Deinde queri poteſt quot ſunt filie accidie: preſertim cum a doctoribus ponatur eſſe vitiū capitale. Ad hoc reſpondet Grego. xxxj. moraliū. ꝙ ſex ſunt filie accidie. Prima filia dicitur malicia que non accipitur hic ſecundū ꝙ eſt genus vitiorum: ſed qua quis deteſtat̄ bona ſpiritualia. Quō autem accidia cauſat vel generat maliciam ex hoc patet: quia accidia proprie attenditur in deteſtationem bonorum ſpiritualium ⁊ tā q̄ nulla vel vilia contemnendo. Et ſic generaliter malicia a qua procedit ꝙ aliquis bona ſpiritualia deliberate faſtidit: contemnat ⁊ deteſtetur. Et ſic malicia multū aggrauat peccatum accidie peſſima filia deteſtande matris: Nam multo grauius quis peccat ex certa malicia ceteris paribus quam ex paſſione: quia ibi mouetur voluntas in malum ex ſeipſa ⁊ ex electione: hic autem ex paſſione quaſi ex quodam extrinſeco impulſa: grauius etiam peccat quis ex paſſione q̄ ex ſola ignorantia. quia ignorantia minuit de ratione voluntarij nō autem paſſio: ⁊ ſic ex malicia proprie dicitur peccare in ſpiritumſanctum: ſicut ex ignorantia in filium: ⁊ ex infirmitate vel paſſione in patrem. Unde peccatum malicie grauius iudicatur in genere ſuo: de quo pſ. Dilexiſti maliciam ſuper benignitatem: ⁊ dicitur irremiſſibile id eſt non ita facile remiſſibile ſicut peccata ex infirmitate vel ignorantia perpetrata: quia tollit omnia illa que requiruntur ad remiſſionem peccatorum: nec habet aliquam cauſam remiſſionis cum ex certa malicia ⁊ electione perpetratur reddens operantem obſtinatum: ita ꝙ contemnit ſubire humilitatem penitentie. ¶ Secunda filia accidie dicitur eſſe deſperatio: quia diffidentia meritorum eſt mater diffidentie premiorū ex qua iterum naſcitur triſtitia. In accidia autem eſt talis diffidentia: quia accidia eſt diffidentia de proprijs viribus ⁊ de auxilio dei in implēdo ardua: ⁊ ſic cauſat deſperationem: que eſt etiam peccatum in ſpiritūſanctum. ¶ Notandum tamen ſecundum Heinricum de vrimaria: ꝙ ſi labatur aliquis in deſperationē ex infirmitate vel ex grauitate complexionis: ⁊ de hoc dolet ⁊ renititur inquantum poteſt ſic deſperatio non eſt peccatum niſi forte veniale. Si autem hoc contingit ex errore vel deceptione: puta ſi eſtimat obſequium ſe preſtare deo ſi ſeipſum occidat: ſic deſperatio eſt peccatum mortale. Si vero quis deſperet ex certa malicia vel ex electione: vt diffinitiue dicat cum Cayn maior eſt iniquitas mea q̄ vt veniam merear: ſic eſt peccatū mortale in ſpiritumſanctum. De quo tamen clarius videri poteſt in ſermone de peccatis in ſpiritumſanctum. ¶ Tertia filia dicitur puſillanimitas reſpectu conſiliorum chriſti que naſcitur ex diffidentia proueniente ex conſideratione proprie infirmitatis: vel ex arduitate operis.

¶ Hic queri poteſt vtrum puſillanimitas ſit peccatum: preſertim cum vt dicitur Eccleſiaſti. x. Initium omnis peccati eſt ſuperbia: ſed puſillanimitas non videtur ex ſuperbia procedere: quia ſuperbus extollit ſe ſuper id quod eſt. puſillanimis autem ſubtrahit ſe ab his: quibus dignus eſt. Hic dicit philoſophus in quarto Ethicorum. quod maxime videtur puſillanimis eſſe qui magnis bonis dignus exiſtit: et tamen his nō dignificat ſeipſum. Ad hoc reſpondet Thomas ſcd̄a ſecunde. q. cxxxiij. ꝙ omne illud eſt peccatum quod contrariatur inclinationi naturali: quia contrariatur legi nature. Ineſt aūt cuicunqꝫ rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem ſue potentie cōmenſuratam: vt patet in omnibꝰ rebus naturalibus: tam animatis q̄ inanimatis. Sicut ergo preſumptuoſus excedit proportionem ſue potentie dum nititur ad maiora q̄ poſſit. ſic econtra puſillanimis deficit a proportione ſue potentie: dum recuſat in eo tendere quod eſt potentie ſue commenſuratum: et ideo ſicut preſumptio ſic et puſillanimitas peccatum eſt. Inde punitur ſeruus qui acceptam pecuniam fodit in terram: nec operatꝰ eſt ex ea propter quendam puſillanimitatis timorem vt patet Mathei. xxv. vnde poteſt etiam ex ſuperbia oriri: dum nimis proprio ſenſui innititur: quo reputat ſe inſufficientem ad ea reſpectu quorum ſufficientiam habet. Hinc prouerbiorū. xxvj. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias. Nihil enim prohibet ꝙ ſe inquantum ad aliqua deijciat ⁊ inquantum ad alia ſe extollat.

¶ Quarta proinde filia dicitur rancor quem etiam cauſat accidia inquantum accidia facit iraſci ⁊ indignari aliquem contra bonos: qui volunt eum inducere ad ſpiritualia bona: ⁊ cum nocumentum contra aliquem machinatur: ſi ipſum inferre non pōt interius tenet ⁊ conſeruat iram: indignationē et mentis amaritudinem: que omnia importat rancor: vnde rācor eſt ira ⁊ indignatio inueterata: quia ſicut ex charitate naſcuntur opera bona ex quibus eſt cōfirmatio charitatis: ſic ira eſt accidia: ex accidia vero vetuſtas ire: quia accidioſi ſepe reprehenſi frequenter ad indignationem mouent̄. Nam multi ſunt talis nature: quando quis dicit vel facit quod ſibi nō placet: ſemper habent rancorem et amaritudinem cordis ſuper talem: et hoc eſt ſignum ꝙ nondum cauſam vel originem talis ire vel rancoris radicitus euulſerunt: Unde dicitur in decretis de penitentia et remiſſione: di. ij. c. j. Si quis ſemel notatus fuerit inuidie vel contentionis vitio: et rurſum in hoc ipſum inciderit: ſciat ſe primam cauſam id eſt vitium ex qua inuidia vel contentio naſcitur: in interioribꝰ medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per cōtraria atqꝫ aduerſa curari: id eſt per humilitatis exercitium vt patet ibidem. Alioquin monet hui[illegible] illud prouerbiorum. j. Deſpexiſtis omne conſilium meum: ⁊ increpationes meas neglexiſtis: ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo. ¶ Quinta filia accidie dicitur torpor. q̄ potiſſime oritur ex ocio. Nam accidioſus vt frequenter ocium ſequitur: quod tamen ſumme cauendum eſt. non ſolum in verbis ſed et in operibus: alioquin deteſtabilem torporem incurrit. Eſt autem torpor circa precepta quedam in ſenſualitas vel inuſualitas: propter quam homo reduci non poteſt ad executionem mandatorum dei. vel torpor eſt circa prohibita cum ſcilicet quis nimis ſecurus eſt et ſe nimis exponit temptationibus vel peccatorum periculis. Eſt inqꝫ torpor quedam precepta non facere contemnere vel amare. Eſt etiam torpor circa conſilia: ſcilicet nolle perfectum eſſe quod vtiqꝫ eſt delinquere: bonum nō amare: conſilia contemnere vel etiam irridere.

¶ Hic queri poteſt vtrum incidentaliter diuturnitas temporis ex qua iſte rancor videt̄ procedere auget peccatum: preſertim cū cōſuetudo mala non ſolum videatur peccatum alleuiare ſed etiam excuſare: vt patet de ſuperfluo ornatu qui iam ex conſuetudine nō iudicatur ſuperfluus. Ad hoc reſpondet Gaſpar de caldri: extra de eo qui du. in ma. in. c. cum haberet: ꝙ ex diuturnitate temporis peccatū augetur frequentatum: quia quāto maiori tēpore inficitur anima tanto magis fit habitus vitij. et ꝑ cōſequens videt̄ eē maior contēptꝰ dei: ac ꝑ conſequens maius peccatū: ⁊ hoc tangit in. c. cū haberet. dicens ꝙ peccatū non diminuitur ſed auget̄ ex diuturnitate tpis: ⁊ tāto amplius elongatur a deo: et ideo debilitat̄ virtus ⁊ corrumpit̄ aīa: et ꝑconſequēs difficilius releuatur. ¶ Sexta filia accidie ē mētis euagatio et hoc frequenter circa illicita cū quadā feda occupatione ⁊ delectatione moroſa vel etiā conſenſu: quia in deſiderio ē oīs ocioſus ſʒ qñ ē ꝑticularis certā habēs materiā vt gule: luxurie: auaritie: ſic cōuenit oībꝫ vitijs. Qm̄

vero generalis ē ⁊ incerta tūc dicit̄ ꝓprie eua gatio q̄ ē filia accidie. Nam q̄ abſorptus ē cū triſticia nō habens in ſe vbi delectet̄ euagat̄ ad omnia querens delectationē in ocioſis: in vanis: in fedis: in malignis ⁊ ſimilibꝫ. in morā do: delectādo: ꝯſentiēdo: ꝓponendo. affectan do: machinādo. ſic ꝙ cor illi⁹ factū eſt q̄ſi ſpe lūca latronū: qđ a nob̄ auertat ieſus chriſt⁹ Amen.

## ¶ Sequūtur ſermones de precepto quinto.

### ¶ Utrum licitum ſit mortificare ea q̄ diſcernūt vel ſentiunt vel tm̄ viuūt et ꝙ tria requiruntur ad iuſtam occiſionem. Sermo. I

NOn occides: Exo. xx. Hoc eſt quintū p̄ceptū in quo principaliter et explicite ꝓhibet̄ ira ꝓrumpens in iniurias ꝑemptorias hūane vite. Secūdario vo ⁊ implicite ꝓhibetur omne nocumentum qđ inferri pōt iniuſte ꝯ ꝓximū vl̄ etiā ꝯ ſeipm: ſiue nocumentū illud fiat ope vl̄ manu. vt ꝑcutiēdo: mutilando: depilādo: vulnerando: ſcādalizādo: ſiue etiā lingua vl̄ nutu: vt detrahendo: excōicando: ꝑſuadēdo: cōſulendo: ad pctm̄ deducēdo: nutibꝫ irritando vel alliciendo: ſiue deniq̄ corde vl̄ affectu: vt inuidēdo: odiēdo: pctm̄ cōmittēdo: bonū ꝓpoſitū ſuffocando. Sed q̄r vita corporalis ē fūdamentum oim̄ alioꝝ: ideo ſub iſto modo nō occides. legiſlator mandatum exp̄ſſit. Et ſm̄ hoc preceptū iſtud tripliciter exponi pt̄. Prīo ſic. nō occides. i. nihil manu vl̄ opere ꝑficies: quo vita ꝓximi vel tua corporalis vel ſpūal̄ iniuſte perimat̄ vel detrimentū patiat̄: Sed q̄r mādatū h̄ homicidiū corpale principalit̄ ꝓhibet: iō de illo ꝓſequendum ē in principio. Pro q̄ ſciendū ſm̄ Ray. ⁊ Goff. ꝙ homicidium corporale cōmitti pōt quattuor modis. ſ. iuſticia dictante: neceſſitate inſtigāte: caſu: accidente ⁊ voluntate impellente. Et addi poteſt quintus modus occiſiōis tempore ſcʒ neceſſitatis extreme elemoſynam aliquo ſubtrahente. A Quantum igitur ad primum q̄ri poteſt vtrum licitum ſit occidere ꝑ iuſticiam p̄ſertim cum videat̄ eſſe cōtra p̄ceptum iſtud licet alibi dn̄s precepiſſe dinoſcit̄ maleficos n̄ patieris viuere. Ex his enim Manichei ſumunt cauſam calumniandi: dicētes ꝙ legiſlator ſibiipſi cōtra dicit ⁊ contraria p̄cipit. Et p̄cipue dicunt ꝙ non licet ſacerdotem eſſe occiſorem: quia dictum eſt Petro: mitte gladium in vaginā: ⁊ hoc eſt cōtra p̄latos eccl̄iaſticos q̄ iudicium exequendo ⁊ īperādo gladios accipiunt ⁊ alios occidunt: vnde Manichei tāta diligentia mandatum hoc obſeruare curabant: ꝙ refugiebant occidere nō tantū homines ſcʒ et beſtias ⁊ ꝟgultas: qua propter antiqui Manichei nolebant de fructibus arborum carpere et commedere. Nimiꝝ cū dicit apl̄us ad Roma. xiii. Qui ordinationi dei reſiſtit ſibiipſi damnationem acquirit: ſed per ordinationem diuine prouidentie cūcta viuētia conſeruantur. Ad hoc dicendū ſm̄ Tho: ſcđa ſcđe. q. lxiiij. ⁊ primo q̄ tū ad omnia viuētia: ꝙ nullus peccat ex hoc ꝙ ad hoc vtitur aliqua re ad quod eſt a deo cōdita vl̄ ordinata. Nam in ordine rerū īperfectiora ſunt ꝓpt̄ ꝑfectiora: ſicut etiam in via generationis natura procedit ab imperfectis ad perfecta: ⁊ inde eſt ꝙ ſicut in generatione hominis p̄mus eſt viuum: deinde animal: ⁊ vltimo homo: ſic etiam ea que tm̄ viuunt: vt plante ſunt communiter propter animalia. ⁊ animalia ꝓpter homines: et ideo ſi homo plātis vtatur ad animalium vtilitatē: ⁊ animalibꝫ ad hominum vtilitatem non eſt illicitū: Inter alios aūt viſe huius vſus maxime neceſſarius eſſe videt̄ vt animalia plantis vtant̄ in cibum ⁊ homines animalibꝫ qđ ſine mortificatione eoꝝ fieri non pōt: ⁊ ideo licitū eſt plantas mortificare ad vſū animaliū: ⁊ animalia in vſū hoim̄: ⁊ hoc ordinatiōe diuina. dicit̄ eīm Gen̄. i. Ecce dedi vobis vniuerſam herbā ⁊ vniuerſa ligna vt ſint vobis in cibū ⁊ cūctis animātib⁹ Et iteꝝ Gen̄. ix. Omne qđ mouet̄ ⁊ viuit erit vobis in cibū. Hinc dicit Auguſti. i. de ciuita te dei. Cum audimus nō occides: nō accipimus hoc dictū eſſe đ frutectis q̄r nullus ē eis ſenſus: nec de irrationabilibus animalibꝫ q̄r nulla nobis ratiōe ſociantur. Et iteꝝ ibidem Juſtiſſima ordinatione creatoris et vita et mors eorum noſtris vſibus ſubditur. Quantum aūt ad creaturam rationalem dicendū



ꝙ ſicut impfectū ordinat̄ ad ꝑfectū ⁊ iō licitū eſt occidere aīalia bruta: q̄r naturalit̄ ordināt̄ ad vſum hoim̄. ſic etiā ps ordinat̄ ad totū vt impfectū ad ꝑfectū ⁊ ideo naturaliter omnis pars eſt propter totum. ¶ Hinc videmus ꝙ ſi ſaluti totius corporis expediat p̄ciſio mēbri putridi: tunc laudabiliter abſcindit̄: quelibet autem perſona ſingularis comparatur ad totam cōitatē ſicut pars ad totū: ⁊ ideo ſi quis eſt periculoſus cōitati et corruptiuus ipſius ꝓpter aliquod crimen: tunc laudabiliter occiditur vt bonum cōmune cōſeruetur. Modicum eīm frumentū totā maſſam corrūpit. Et hoc intelligit dn̄s quādo dicit Exo. xxii. Maleficos non patiaris viuere. qđ tn̄ non eſt generaliter intelligendum de omnibus peccatoribus: q̄r dn̄s Mat. xiii. precepit ʒiʒania creſcere ne ſimul eradicaretur ⁊ triticū: ⁊ h̄ preſertum quādo maliſic latēt inter bonos: ꝙ occidi non poſſent quin occiderent̄ ⁊ boni: vel q̄n multos habent ſequaces: ita ꝙ ſine bonorum ꝑiculo occidi nō poſſent: q̄n vo ex malorum occiſione nō immineret ꝑiculū bonis: ſed magis tutela ⁊ ſalus: tunc mali debēt occidi ſi fuerint aliis grauiter nocentes. Ex dictis igitur patet. ꝙ cū iudex reū iuſte condemnat ordine iuſto ſeruato: ⁊ miniſter taliter condēnatum occidit. tunc homicidium non eſt peccatum ſʒ meritorium dūmodo fiat amore iuſticie ⁊ ꝓ ꝯſeruatione boni cōis ⁊ reipub. hominis eīm occiſio fieri ꝓhibet̄ ab hoīe nō a lege q̄ p̄cepit: malefi. nō pa. vi. quoniā de⁹ qui conditor eſt ⁊ conſeruator legis ⁊ nature pōt hominē priuari vita q̄n vult ⁊ quō vult. Lex ergo đ hoiem occidere. q̄n miniſter legis eū occidit ſeruato iuſto legis ordine. B Ad cuius euidentiā ſciendum ꝙ tria requiruntur ad h̄ ꝙ occiſio hoīs ſʒ legē iuſta reddit̄. ſ. ꝙ hoc fiat iuſto ordine. iuſta cā ⁊ iuſto animo.

¶ Primo requiritur ordo iuſtus ad interficiēdum reum. q̄r malefactorē non accuſatū vl̄ n̄ cōuictum occidere nō licet. vn̄ Augu. in ome. de penitentia. Multi corriguntur vt petrus. multi tolerantur vt iudas: multi neſciunt̄ donec dn̄s veniat qui illuminabit abſcondita tenebrarum: nos vero a cōione quenq̄ ꝓhibere non poſſumus. niſi aut ſponte ꝯfeſſū. aut in aliquo ſeculari vl̄ eccl̄iaſtico iudicio noīatū vl̄ conuictum. 2. ii. q. i. dicit canon Eleutherii pape. Nihil contra quēlibet accuſatū abſq̄ legitimo ⁊ idoneo accuſatore fiat. Et imperator Conſtantinus dicit ibidē. c. Judex criminoſum diſcutiens: nō ante ſentētiā proferat q̄ʒ aut reum ipſe ſe ꝯfiteatur: aut ꝑ innocētes teſtes ꝯuincat̄. Ad tenendū igit̄ in punitione reoꝝ iuſtū ordinē requirunt̄ duo. Prīo ꝙ puniens habeat officiū iudicis. Scđo ꝙ ꝓcedat ſm̄ ordinē iuris: q̄r non eſt dn̄s ſed miniſter legis: vn̄. xxiii. q. v. c. i. ſup illud Matt. xxvi. Omnis qui acceperit gladiū gladio peribit: dicit glo. ꝙ ſolus iudex occidere poteſt: ⁊ hoc tantum ſm̄ legem cuius eſt miniſter: non autem tanq̄ʒ priuata perſona. quod patet ex p̄ſſe. e. ti. vbi dicitur: ca. miles cum obediens poteſtatibus ſub quibus legitime conſtitut⁹ eſt hominem occidit: nulla ciuitatis ſue lege reus homicidii eſt. immo niſi fecerit reus imperii deſerti atq̄ contēpti erit: ꝙ ſi ſua ſponte atq̄ auctoritate feciſſet crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet: itaq̄ vnde punit̄ ſi iniuſſus fecerit. inde punie̅t ſi non fecerit iuſſus: h̄ ibi. ¶ Hic queri pōt vtrum liceat priuate ꝑſone malefactorem ⁊ morꝰ reum occidere: p̄ſertum cū Exođ. xxxii p̄cepit moyſes Occidat vnuſquiſq̄ ꝓximum ſuum fratrē ⁊ amicū ſuum ſcʒ pro peccato vituli cōflatilis. Nimiꝝ cum occiſio malefactorum ſit vtilis reip. ⁊ bono communi. Ad hoc reſpondet Tho. ſcđa ſcđe. q. lxiiii. ꝙ ex quo malefactorem occidere licitum eſt inquantum ordinatur ad ſalutem totius communitatis: ideo ad illum ſolū ptinet occidere cui committitur cura cōmunitatis conſeruande: ſicut ad medicum pertinet p̄ſcidere membrum putridum: quando fuerit ei cōmiſſa cura ſaluationis corporis: cura autem communis reipub. cōmiſſa eſt principibus habentibus publicam auctoritatem: et ideo eis ſolis licet malefactores occidere: nō autem priuatis perſonis. nec quidem laicis: quia q̄ʒuis cuilibet priuate perſone licitū ſit aliquid facere ad communem vtilitatem: dūmodo nulli noceat tamen ſi fieret cum alterius nocumento: tunc facere non poteſt niſi ſm̄ iudiciū eius ad quem pertinet eſtimare: q̄d ſit ſubtrahendum partibus pro ſalute totius Multominus hoc liceret clericis duplici ratione. Primo quoniā clerici ſunt ad altaris miniſteriū in q̄ rep̄ſentatur paſſio chriſti occiſi qui cum percuteretur non repercutiebat: vt dicitur primo Pe. ii. Hinc eis non competit vt ſint ꝑcuſſores aut occiſores: quia miniſtri dominū ſuū imitari debēt: ſm̄ illud Ecci. x. ſm̄ iudicē populi ſic ⁊ miniſtri eius. ¶ Secundo quia clericis miniſterium noue legis

committitur in qua non determinatur pena mutilationis vł occiſionis coꝛpoꝛalis: ⁊ ideo vt ſint idonei miniſtri noui teſtamenti: debēt a talibus abſtinere: pꝛeſertim cum dicit apoſtolus. j. Timo. iij. Opoꝛtet epiſcopum ſine crimine eſſe: non vinolentum: non percuſſoꝛē vnde licet ſacerdotes veteris legis maleficos īterfeciſſe legimus: vt patet de phinees ſacerdote: qui interfecit iſrahelitam coeuntē cum madianite: vt dicitur Numeri. xxv. ⁊ de Samuele qui regem Achab interfecit: ⁊ de Helya qui ſacerdotes Baal peremit: ⁊ ſic de alijs: quia tamen miniſterium clericoꝛum noui teſtamenti conſtat ī melioꝛibus oꝛdinatum ꝗ̄ ſint occiſiones coꝛpoꝛales ſcilicet in his que pertinent ad ſalutem ſpiritualem: iō non congruit eis ꝙ minoꝛibus ſe ingerant: q̄ꝛ ꝓpter eccleſiarum pꝛelati recipiunt quideꝫ officia pꝛincipum terre: non vt ipſi iudicium ſanguinis per ſeipſos exerceant: ſed ꝙ eoꝛuꝫ auctoꝛitate per alios exerceantur. ¶ Quod ſi queritur an liceat interficere furem qui venit ad furandum. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ furem diurnum non licet occidere niſi telo ſe defendat: vt extra de homici. ca. ſi perfodiens. Furem vero nocturnum qui non poterat diſcerni vtrum ad furandum vel occidēdum venerat: nec alias poterat depꝛehendi: licite ꝑt occidi ſi tamen ſine leſione depħēdi poterat tenet͛ ille qui eum occidit. Multomagis aūt nocturni depopulatoꝛes agroꝝ ⁊ latrones ī ſidiantes in publicis ſtratis quilibet occidere poteſt. Hec patent. xxiij. q. v. c. cum homo. in glo. ⁊ C. quando lice. vincu. ſine. iu ſen. ſe vindi. l. j. Additur etiam in dicta glo. ꝙ nullo iure inuenitur ꝙ fideiuſſoꝛ occidi poſſit ſi non exhibet illum pꝛo quo fideiuſſit pꝛo reo criminis: ſed ſi fideiuſſoꝛ ſine dolo reum criminis non exhibet pecunialiter punitur ſi autem dolo eum non exhibet: punitur arbitrio iudicis vt: ff. de exhiben. reis. l. ſi quis reum: ¶ Secundo pꝛincipaliter requiritur cauſa iuſta q̄ tunc deeſt quando quis occiditur ſine ſuo demerito licet ſeruetur iuris oꝛdo: quia foꝛte ꝑ falſos teſtes conuincitur: ſicut Suſanna ac iudices quadam negligentia toꝛpentes debitam inquiſitionem non adhibēt: ⁊ ſic omnes homicide reputantur: qui ſententiam iniuſtā dederunt: aut aliquo modo pꝛomotoꝛes fuerunt. Sic Nabuth ad inſtinctum regine iezabel iniuſte condemnatus ⁊ occiſus eſt ſcilicet ꝓpter vineam ſuam. Sic Joſeph in carcereꝫ miſſus eſt: eo ꝙ dominus eius mulieri pꝛope nimium credulus rei veritatem non eſt inueſtigatus.

¶ Quo ſi querit͛ vtrum in aliquo caſu innocentem interficiens excuſetur ab homicidio. Ad hoc dicendum ꝙ occidere innocentem ꝑ falſos teſtes accuſatum: ⁊ condemnatum: qñ ꝗ excuſatur a peccato: nec reputatur pꝛo homicidio duplici cauſa. Pꝛima eſt. quia talis ñ condemnat eum qui eſt iuſtus inquantum iuſtus: ſed inquantum eſt iniuſtus conuictus ⁊ dignus moꝛte pꝛobatus: ⁊ ſic conuictum nocentem condemnat. Secunda eſt: quia talis iudex ſm allegata ſententiam ferens nō occidit innocentem: ſed qui eum accuſant ⁊ falſo nocentem aſſerunt. Si tamē iudex immunis vult eſſe a peccato: tria debet obſeruare que tangit etiam Tho. ſcđa ſcđe. q. lxiiij. Pꝛimuꝫ eſt ꝙ diligentiſſime teſtes examiet vt eos valeat de falſo teſtimonio conuincere ac repellere: innoxiumꝗ liberare: ſicut fecit Daniel Suſannam liberans: Unde Job. xxix. Pat͛ eram pauperum ⁊ cauſam quam neſciebam diligentiſſime inueſtigabam. conterebam molas iniqui ⁊ de dentibus illius auferebam ꝑdam. Secundo ſi non poteſt ſic pꝛoficere tūc debet eum mittere ad ſuperioꝛem per eum iudicandum. Tertio ſi nō poteſt ſubterfugere quin illum iudicet: tunc debet differre ſententiam inquantum poteſt: tandem vero cum ſe non poteſt amplius excuſare iuridice nec pꝛotrahere quin iudicet: tunc non peccat ſm allegata ſententiam ferens quoniam ipſe non occidit innocentem: ſed illi qui eum aſſerunt nocentem. Miniſter vero innocentem condemnantis ſi ſententia continet intolerabilem erroꝛem non debet obedire: quia reus homicidij fieret. alias enim excuſarentur carnifices qui martyres occiderunt. Quo ſi non continet manifeſtam iniuſticiam: tunc non peccat mādatum exequendo: quia ſuperioꝛis ſententiā diſcutere non habet. nec ēt innocentē occidit ſed iudex cui tantum miniſterium adhibet. ¶ Tertio pꝛincipaliter requiritur animus iuſtus de quo habetur. xj. q. iij. c. epūs aut pꝛeſbyter. §. ſi ergo: vbi ſubditur. Ex animo iniuſta ēſententia: cū aliquis ſeruata integritate iudiciarij oꝛdinis in adulterū vł quelibet criminoſuꝫ. nō amoꝛe iuſticie ſꝫ liuoꝛe odij vł ꝓcio aut fauoꝛe aduerſarioꝝ induct⁹ ſniaꝫ ꝓfert: Et. c. ſequeñ. vñ nec in iudice nec in miniſtro alia interficiendi maleficium poteſt eſſe intētio ꝗ̄ zelus iuſtitie ⁊ bonum reipub. vt patet ibidem in diuerſis. c. Ex his ergo patet: ꝙ ſi aliquod pꝛedictoꝝ trium defuerit occiſio iniuſta reputabit͛: ⁊ omnes ad hoc ſcienter vel negligenter ignoꝛantia craſſa cooperantes homicidij rei iure poli iudicabunt͛. Patet etiam ex dictis ꝗ̄ fallaciter ſe plerumꝗ vicia mentiunt͛ eſſe virtutes: dum ſub pallio virtutis iuſtitie plura homicidia: que grauiſſima ſunt peccata nequiter cōmittunt͛. Hinc Bern. ſuper cātica ſollicite ſuperioꝛes quoſꝗ inſtruit dicens ꝙ mens que in magnā celſitudinis perfectionem cōtendere nititur: actus ſuarū virtutum debet in puluerem redigere: hoc eſt om̄is circūſtantias ⁊ intentiones actuū ſubtili mentis cōſideratione diſcutere: ne aliquid impurum in ipſo actu ⁊ intentione virtutū valeat latitare: quia multotiēs aliquis actus virtuoſus eſtimatur: qui ſi ſubtiliter diſcutiatur: latens in eo vitium reperitur. Deniꝗ vbi hec tria concurrunt: ibidem interfectio reoꝛum eſt non ſolum licita ſed ⁊ meritoꝛia: imo plerumꝗ obligatoꝛia: vt patet. xxiij. q. v. c. rex debet. Unde ſi iudex pꝛetermitteret: ⁊ in talibus facere iuſtitiaꝫ: pꝛincipaliter pꝛece: pꝛecio: fauoꝛe ⁊ ſic de alijs grauiſſime peccaret: etiam ſi de maleficio ſpes emendationis haberetur: q̄ꝛ hoc eſſet vendere iuſtitiam. Si tamē in eo caſu parceret illi pꝛincipaliter ex compaſſione ⁊ pietate: ac adderet illi ſecundario ſatiſfactionem pecuniarū: hoc licitum eſſet ⁊ pium: pꝛout determinat Auguſt. longo pꝛoceſſu. xxiij. q. v. circumcelſiones: veruntamen ſi nō eſſet ſpes coꝛrectionis: tunc debet eum occidere vel inutilem reddere ad malefaciendū: alioquin grauiſſime peccaret ⁊ omniū maloꝛuꝫ particeps fieret: vt pꝫ. xxiij. q. iiij. c. eſt iniuſta miſericoꝛdia: vt ponit exemplū de Agag pingniſſimo. Et ſubinfert textus. Ita ſi quis latronum filijs depꝛecantibus motus: ⁊ lachꝛymis coniugis eius inflexus ſoluendum putat: cui adhuc latrocinandi aſpirat affectus; nōne innocentes tradit exitio id eſt moꝛte: qui liberat multoꝛuꝫ exitia cogitantem. Ubi etiam querit glo. dicens. Cur hic redarguit eccleſia iudices qui repꝛimunt gladium non occidendo reum: cū j. q. v. c. j. ⁊ c. de occidendis: pꝛecipiat reos nō occidi. Et reſpondet ꝙ hic loquitur de incoꝛrigibilibus ibi de coꝛrigibilibus: ⁊ q̄ꝛ eccleſia mitius punit in ſanguine ꝗ̄ lex ciuilis: ideo iudicat coꝛrigibiles eſſe parcendos: incoꝛrigibiles vero nō ſoluendos vel taliter puniendos ꝙ ad malefaciendū reddantur inutiles Ad laudem dei omnipotentis.

## ¶ De occiſione alterius pꝛopter defenſionem ſuijpſius vel rerum ſuarū aut perſonarū coniunctarū ⁊ de homicidio caſuali. ¶ Sermo. ij.

Non occides. Uiſo de homicidio quod fit per iuſtitiam dictantem: ſecundo loco pꝛoſequendū eſt de homicidio quod cōmittitur pꝛopter neceſſitatem cogentem. A Ad cuius euidentiā pꝛimo queri poteſt: vtrum alicui liceat aliū occidere ſeipſum defendendo ne occidatur: pꝛeſertim cum homicidiū ſit grauius peccatum ꝗ̄ ſimplex foꝛnicatio vel adulterium: ſed nulli licet cōmittere ſimplicem foꝛnicationeꝫ vel adulterium aut aliud quodcunꝗ moꝛtale peccatum pꝛo conſeruatione vite pꝛopꝛie: quia vita ſpiritualis eſt pꝛeferenda coꝛpoꝛali. Hinc etiam dicit Auguſtinus ad plebeculaꝫ de occidendis hominibus ne ab eis quiſꝗ occidatur: non mihi placet conſilium ne foꝛte ſit miles aut publica functione teneatur: vt non pꝛo ſe hoc faciat: ſed pꝛo alijs: accepta legitima poteſtate ſi eius cōgruat perſone. Ad hoc reſpondet Thomas ſecūda ſcđe. q. lxiiij. ꝙ ex actu alicuius ſeipſum defendentis: effectus duplex ſequi poteſt. Unus quidem eſt conſeruatio vite pꝛopꝛie. Alius eſt occiſio inuadentis. Actus ergo huiuſmodi ex hoc ꝙ intenditur conſeruatio vite pꝛopꝛie non habet rationem illiciti cum hoc ſit cuilibet naturale ꝙ ſe conſeruet in eſſe quantum poteſt: aliquis tamen effectus ex intentione bona pꝛoueniēs illicitus reddi poteſt: ſi non ſit fini pꝛopoꝛtionatus: ⁊ ideo ſi quis ad defendendam pꝛopꝛiam vitam vtatur maioꝛi violentia ꝗ̄ opoꝛtet erit illicitū. ſi vero moderate violentiā repellit: erit licita defenſio: quia ſm iura: vim vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele: nec eſt neceſſarium ad ſalutem vt homo actum moderate tutele pꝛetermittat ad euitandum occiſionem alterius: quia plus tenetur ꝓuidere vite ſue ꝗ̄ vite alterius: ſed quia hominē occidere nō licet niſi auctoꝛitate publica pꝛopter bonū cōmune: ideo illicitum eſt ꝙ homo hominē occidere intendat vt ſeipm̄ defendat niſi ei qui publicā habet auctoꝛitateꝫ: qui

ſcȝ intendens occidere hominem ad ſui de-
fenſionem:refert hoc ad bonum publicū vt pȝ
in milite pugnante cōtra hoſtes:⁊ in miniſtro
iudicis pugnante cōtra latrones: q̄uis iſti e-
tiam peccent ſi priuata foueantur libidine: ſi
enim quis priuatus intendat hominē occide-
re vt ſeipm̄ a morte defendat: mortaliter pec
cat ⁊ homicidiū committit:ſed proprie defen
ſio erit in intentione ⁊ interitus aduerſarij erit
preter intentionem ex ſola neceſſitate:multo-
magis omnibus prohibetur defenſio que fit
cum liuore vindicte. Ad obiectum ergo dicen
dum ꝙ nō eſt ſimile de fornicatione:quia actꝰ
fornicationis vel adulterij nō ordinatur ad ꝯ
ſeruationē vite proprie ex neceſſitate ſicut a-
ctus defenſionis ex quo q̄n q̄ꝫ ſequitur homici
diū. Superaddit etiā Hein. de vrimaria:ꝙ ſi
tale homicidium contingit ex euitabili neceſ-
ſitate:vt quia potuit effugere ſed nō fugit pro
pter verecundiā vel aliam.cauſam:tunc non
excuſaꝛ a toto ſed a tanto:qꝛ melius fuiſſet ꝙ
fugiſſet:⁊ ideo tanq̄ꝫ pro mortali debet agere
penitentiā. Si vero cōtingit ex ineuitabili ne-
ceſſitate:vt quia facultatem inuaſorem effugi
endi non habuit:tunc ſi non occidit liuore vin
dicte vel ex impetu ire:ſed amore conſeruatio
nis vite proprie ſe ſimpliciter defendendo ne
vitam perdat:cum moderamine inculpate tu
tele:hoc cōceſſum eſt viris imperfectis ſed nō
perfectis vt dicit Augu.in li.de li.arbi.⁊ ideo
talis excuſaꝛ a toto:quia nō potuit aliter occi-
ſionis periculum euadere: nec aſtringitur ad
penitentiam niſi ad cautelam propter ambi-
guum dubietatis:vt patet.xxiij.q.v.c.excōmu
nicatoꝝ. in textu ⁊ glo.poteſt enī timere ſi for-
te q̄d duplicitatis pro humana fragilitate in
eodem incurrerit flagitio ſcȝ ꝙ non ſolum il-
lum occiderit ex neceſſitate ſe defendendi ſed
etiam ex iracundia vel indignatione aut ex li-
bidine vindicte. Inſuper interiorem peniten-
tiam ſemper agere debet ⁊ quaſi peccatis ſu
is aſcribere: ꝙ in tantam venit neceſſitatem:
⁊ in hoc conco. Goffre.⁊ Hoſtieñ. ¶ Secun-
do queri poteſt: vtrum ergo liceat alicui aliū
occidere pro defenſione rerum ſuaꝝ:ſicut pro
defenſione corporum. Ad hoc dicendum ſm
doctores ⁊ etiam glo.in.c.ſignificaſti.ij. extra
de homici. ꝙ omnes leges ⁊ omnia iura que
loquuntur de hac materia:concedunt vim vi
repellere poſſe tam in defenſione rerum q̄ꝫ ꝑ-
ſonarum: dummodo moderamen inculpate
tutele non excedat: quia defenſio tunc redde-
retur illicita. Quantum tamen ad defenſionē
rerum hoc intelligendū eſt:quod ſcȝ iniuriam
rebus illatam quis ſtatim poteſt ⁊ debet pro-
pulſare ſi vult. Quomodo aūt iſtud ſtatum in
telligitur:dicunt ꝙ attendi debet defendendi
cōmoditas:quia nō debet ſe quis ſtatis expo-
nere ſine ſocijs contra multitudinem ſua bona
auferentem:ſed in hoc inſpicitur cōmoditas
vt ſocios ⁊ amicos poſſit cōuocare:domū in-
trare:arma capere: ⁊ hoc quantotius fieri po
teſt: alias enim eſſet guerra que non eſſet au-
ctoritate propria mouenda: vt patet extra de
iureiuran.c.ſicut: nec etiā iniuria facta perſo-
ne moram aliquam expectat: ſed vt dicitur in
dicto.c.ſignificaſti:fieri debet in continenti qꝛ
ſi fieret ex interuallo tūc eſſet vindicta. ¶ Qd̄
autem iniuria facta rebus in cōtinenti propel
li debet: intelligitur quo citius fieri poterit ar-
bitrio boni viri: nam ibi debet attendi quali-
tas deijcientis ⁊ de deiecti ⁊ rei ex qua deie-
ctus eſt: Si enim priuatus deijcit alium:tunc
requiritur modicus apparatus ad recuperā-
dū poſſeſſionem ſcȝ biduo vel triduo: ꝙ ſi no-
bilis expellit aliquē de caſtro:tunc ad recupe-
randum requiritur magnus apparatus : qui
forte fieri nō poterit in ſex menſibꝫ: ⁊ ſic in con
nenti diceretur fieri quādo cōmode poteſt fie-
ri. Volunt tamen quidā ꝙ q̄uis pro ꝯſerua-
tione vite proprie liceat imperfectis in ineui-
tabili neceſſitate aliū occidere: minime tamē
hoc licitū eſt pro ꝯſeruatione rerū temporali-
um qꝛ proximi vita fortune rebus eſt pferen-
da niſi forte quis ex taliū ablatione:ſimul ⁊ vi
te neceſſaria auferret vt ſi quis in deſerto poſi
tus tantū vnū panem haberet : tunc videtur
ꝙ illum pro neceſſitate ſui victus ſicut ⁊ perſo
nam propriam defendere ⁊ cōſeruare poſſet.
¶ Tertio queri poteſt incidentaliter occaſio-
ne eoꝝ que nunc dicta ſunt: vtrum fames fa-
ciat aliquid licere quod alias non liceret:pre-
ſertim cum dicitur.xxx.q.iiij.c.ſicut.ꝙ ſanctius
eſt mori fame q̄ꝫ idolaticis veſci: ex quo vide
tur expreſſe ꝙ propter neceſſitatem famis nō
licet committi aliquod peccatum: quod extra
neceſſitatē eſſet mortale peccatum. Ad hoc
reſpondet ibidem glo.ſuper eodem.c.ꝙ talis
neceſſitas non habet legem : ſed propter ne-
ceſſitatem famis auferri aliena licitum eſſet:ſi
cut fecerunt apoſtoli vellentes ſpicas: vt pa-
tet de conſe.di.v.c.diſcipulos. Similiter in il-
lo caſu furari licitum eſt: vt patet extra de fur.
c.ſi quis in glo. Sic etiam homicidiū cōmitti-
re licitum eſt: vt pȝ extra de homici.c.ſi per-
fodiens.⁊.c.interfeciſti.in glo. Licitū ē in quā
in q̄dragesima comedere carnes vt pȝ extra
de obſerua.ieiu.c.ꝯcilium.ꝑ ꝯſequēs igiꝛ licitū
eſt ꝓpter neceſſitatē famis comedere de ido-
laticis.dūmō tamē h̄ nō fiat in venerationeȝ
idoloꝝ:vt dicit glo.in dicto.c.ſicut:⁊ addit ꝙ
nulla neceſſitas hominē excuſare p̄t a forni
catione vt patȝ.ff.de ritu nup.l.palā.§.nō eſt
ignoſcendū. ¶ Qȝ ſi q̄ritur cauſa cur ꝓpꝛ ne-
ceſſitatē famis excuſaꝛ a furto ⁊ nō a fornica-
tione. Reſpondet glo.extra de fur.in.c.ſi quis
ꝙ mulier nō excuſaꝛ a fornicatione ꝓpter ne-
ceſſitatem famis ſed a furto:quia propter ne
ceſſitatem res facta ē communis:in fornica-
tione autē non eſt ita:⁊ ideo debet potius ma
la quelibet pati q̄ꝫ malo cōſentire. Vlterius
querit glo.quare excuſor ab homicidio ſi ex
neceſſitate me defendendo aliquem occido ⁊
non a fornicatione. Ad hoc reſpondet:non
interficio ſed potius ipſe ſe interficit qui me
aggreditur .vt.ff.ſi quadrupes paupe.fe.in
.§.arietes. ¶ Quarto queri poteſt:vtrum q̄-
libet proximum a morte liberare teneatur vꝉ
defendere cum poteſt:preſertim cum iniuſte
inuaditur:ſicut ſonare videtur textus.extra
de homici.in.cap̄.ſicut dignum.§.illi etiam.
vbi dicitur: Qui potuit a morte hominem li
berare ⁊ non liberauit eum occidit. Ad hoc
reſpondet quidam ꝙ hoc intelligitur de iudi
ce qui tenetur ex officio iniuriam a proximo
repellere. Alij vero dicunt ꝙ hoc eſt genera-
liter intelligendum de omnibꝫ: ⁊ hoc videtur
eſſe rationabiliꝰ:quia quilibet ex debito cha-
ritatis a proximo tenetur iniuriam repellere
ſi ſine proprio periculo facere poteſt: ⁊ hoc.
Hoſti.ꝓbare videtur:quod etiam euidenter
docet inſtinctus naturalis in brutis animali-
bus. Inter alia nanq̄ꝫ patet hoc d̄ delphino:
prout docet phus in.x.de animalibus:ſolus
enim delphin felle caret: ⁊ tam miro modo ſe
inuicem diligunt ꝙ ſi aliquis eorum mortuꝰ
fuerit alij efferunt eum ſuper ſcapulas ⁊ cu-
ſtodiunt ne ab alijs piſcibus comedatur:quo
uſq̄ꝫ a tempeſtate maris eijciatur. Refert eti-
am Plinius ꝙ delphino q̊dā a rege q̊dā ca-
pto reliquorum ingens conuenit multitudo
ad portum vbi delphin ligatus tenebatur qui
bus plangentibus ⁊ quaſi miſerationem po-
ſtulantibus rex eum dimitti precepit:non er-
go defendere proximum ab iniuſta nece cum
ſine periculo poteſt:eſt illum indirecte occide
re:in cuius argumentum videntes percute-
re clericum ⁊ cum poſſunt eum defendere n̄
defendunt:ſententiam excommunicationis ī
currunt:preſertim ſi hoc eis incumbit ex offi-
cio.vel etiam ſm quoſdam cum hoc doloſe
dimitterent:vt patet extra de ſen.excom.c.q̄ꝫ
te preſumptionis.⁊ in glo. Ad hoc etiam ha-
betur ar.xxiij.q.v.c.adminiſtratores:in fi.⁊.q.
iiij.c.eſt iniuſta miſericordia:nam ⁊ ſimili mō
q̄s aliū īdirecte occidit:victū illi neceſſariū
denegando ⁊ homicida reputatur. vnde di-
cit Ambroſius ⁊ habetur.lxxxvj.di.c.non ſa
tis eſt:vbi ſubdit circa fineȝ:paſche fame mo-
rientem:quiſquis enim paſcendo homines
ſeruare poteris ſi non paueris occidiſti: ⁊ lxx
xiij.di.§.ij. Mortem enim languentibus pro
batur infligere:qui hanc cum poſſit non ex-
cludit.⁊.c.error.c.conſentire.⁊ extra de homi
ci.c.ſicut dignū.§.illi etiam:vbi ſubdiꝛ. Qui
potuit hominē a morte liberare ⁊ non libera-
uit:eum occidit:ſicut ⁊ animaꝝ homicida re-
putatur qui ꝓpria ignauia cum impedire poſ
ſet ſinit eas perire.vt patet di.xliij.c.epheſijs:
quod tamē de ſuprioribus principaliter intel
ligitur: vnde ſubditur ibidē. Cum increpare
delinquentes noluerit eos pcul dubio tacēdo
paſtor occidit. Ceterum eſt adhuc aliud ge-
nus occidendi indirecte.quo ſcilicet quis oc-
cidit ſola defenſione ſine animo defendendi il
lum qui perpetrat homicidium exempli gra-
tia. Nam ſi vadis ad occidendum alium ⁊ te
ipſum illi ſcienter aſſocias non tamen animo
ipſum incitandi vel iuuandi ad homicidium
perpetrandum nec ſuper hoc cum eo verba
aliqua habuiſti nec ipſe tecum:vel etiam ſibi
hoc ex animo diſſuaſiſti:licet tibi noluerit ac-
quieſcere.ſed tu de ipſo timens eo animo ſe-
cum pergis vt ſi forte alter ſupualeret.⁊ hūc
inſequeretur.tu ipſum defenderes:ſicq̄ꝫ ꝓpter
tuam aſſociationem animoſior factus alium
occidit:tunc in hoc caſu ſm Hoſtien.efficierȝ
homicida defenſione ſola:vel ſolo animo de-
fendendi occiſorem:quod etiam exp̄ſſe patet
extra de homici.c.dignum.§.illi etiā: ⁊ in glo.
nec em̄ poteris ꝓpter hoc ad ordines promo
ueri.quia irregularis efficieris: ⁊ ſic intelligiꝛ
ꝙ ſola defenſione committitur homicidiū. ex-
tra de cleri.pugnam in du.ca.heinricus.in fi.
Veruntamē iſtud ē intelligendum ꝓprie de il
legitima defenſione:quoniā ſi quis iuſto pre-
cepto iudicis:iuſto conſilio aſſeſſoris defenſi-
one legitima homicidium incurrerit:nullum

homicidij peccatum perpetrauit. ¶ Tertio principaliter cōmittitur homicidium aliquādo a caſu preter intentionem occidēdi vel ēt ledendi: de quo queri poteſt. ¶ Utrū occidens hominem caſualiter incurrat homicidij reatum: preſertim cum in decretis: diſtinct. l. plures inducuntur canones in quibus homicidia caſualia puniuntur. Ad hoc reſpondet Thom. ſcđa ſcđe. q. lxv. ꝙ ſm phm in. ij. phy. Caſus eſt cauſa agens preter intentionem: ⁊ ideo ea que caſualia ſunt ſimpliciter loquendo non ſunt intenta neq; voluntaria ⁊ quia omne peccatum eſt voluntarium ſm Augu. cōſequens eſt ꝙ caſualia inquantum huiuſmodi non ſunt peccata. Cōtingit tamen ꝙ id quod non eſt actu ⁊ per ſe volitum ⁊ intentū eſſe per accidens volitum ⁊ intentum ſm ꝙ cauſa per accidens dicitur remouens prohibens: vnde ille qui nō remouet ea ex quibus ſequitur homicidium: cum tamen remouere poteſt ⁊ debet: tunc erit quodam modo voluntarium homicidium. ¶ Ad cuius euidentiaȝ ſciēdum ꝙ homicidium ſm Aſtē. cōmitti poteſt tribus modis. Primo modo dando operam rei licite: debitamq; diligentiam adhibēdo ſm exigentiam operis puta ſi quis pulſauerit ⁊ lapis cadendo aliquem oppreſſit: ⁊ occidit: quod veriſimiliter prius timere non potuit. vel ſi ſecans arborem in aliquo priuato loco vbi nō eſt acceſſus hominum: ⁊ arbor cadens aliquem caſu occidit: tūc enim nō imputatur ei ad culpam: vt patet diſt. l. vbi dicitur. c. hi. qui arborem incidere videntur: ſi cōtingat vt cadens arbor aliquem occiderit: inculpabiles ſunt atq; innoxij: quia nec voluntate illorum nec deſiderio homicidium perpetratum eſt etc. ſi duo fratres in ſilua arbores ſucciderint: et appropinquante caſura arboris vnus frater alteri dixerit caue: et ille fugiens in preſſuram arboris ceciderit et mortuus fuerit: viuens frater innocens de ſanguine fratris germani diiudicetur. hec ibi.

¶ Secundo modo caſu cōmittitur homicidium dando quidem operā rei licite: ſed nō adhibendo debitam diligentiā: vt ſi quis ſecat arborem in cōmuni tranſitu: et ante caſum illius non circumſpicit: nec alte clamauerit vt appropinquantes ſibi caueant et tunc in talibus ac cōſimilibus caſibus nō ē immunis ab homicidio: quia non excuſatur a toto ſed a tanto ſm gradum incurie proprie et negligentie. vnde diſt. l. ex concilio Uuarmatieñ. dicitur. c. ſepe cōtingit dū quis operi neceſſario inſiſtēs arborem incidit: vt aliquis ſubter ipſam veniens deprimat: et idcirco ſi voluntate vel negligentia incidentis arborem factum eſt vt homicida penitētie debet omnino ſubmitti: qđ ſi non voto ſed incuria illius: nō hec eſt ſententia contingit: et ſic mitius agendum eſt cum his quorum negligentia patratū eſt homicidium q̄ȝ cum his quorum voluntate et induſtria factum eſt: ſicut cum illo de quo legitur: vt refert Jacobus de vitriaco. ꝙ fuit miles quidam vnicum habens filium quem ſecum duxit ad prata. in quibus meſſores fenū defalcabant: cum igitur paruulus in herba dormiret vnus de falcatoribꝰ falcem extēdēs ignoranter interfecit. Quod audiens pater dolens ⁊ eiulans filium ſepeliuit: Cōtigit autem vt in die paraſceues dictus pater nudis pedibus eccleſias viſitaret. venit ille obuiaȝ dictus homicida filij ſui funē in collo geſtās qui flexis genubus fuſis lachrymis ⁊ iūctis manibus ait. Domie pro illo qui hodie mortem ſuam inimicis indulſit: ⁊ pro ſuis interfectoribus exorauit. Supplico vt mortem filij veſtri quem ignoranter interfeci mihi indulgeatis: ad cuius vocem pater ad miſericordiam motus occiſori ſtatim filicidij piaculum indulſit: cum igitur ingreſſus fuiſſet eccleſiam ⁊ veniſſet ad deoſculandū crucē: ſtatim imago crucifixi clauis cruci cōfixa manus ⁊ brachia de cruce laxauit ⁊ amplexans militem eum dulciter oſculatus eſt.

¶ Tertio modo caſu committitur homicidium operam dando rei illicite. puta quia proijciebat lapidem vel iaculum ſiue in ludo ſiue corporis exercitio verſus locum vbi ſolet eē tranſitus hominum. ⁊ tunc reus tenetur homicidij: ꝙ ſi facit in loco priuato: vbi non eſtimatur acceſſus hominum nō excuſatur a toto ſed a tanto: quia dedit operam rei illicite vel inutili. Ex dictis autem patet ꝙ in omni homicidio nō volūtario ſed caſuali maxime reſpiciendum eſt ſi occiſor dedit operam rei licite. vel illicite verumne debitam adhibuit diligentiā: ex hoc enim extra de homici. in. c. lator preſentiū: excuſat̄ clericus qui in ludo caſu alium interfecit. Et ibidem in c. continebatur: nō excuſatur clericus qui in ludo caſu laicum interfecit: vt patet in textu intuentibꝰ. Et ſi queris rōnē diuerſitatis: reſpōdet glo. in dicto. c. cōtinebat̄ ꝙ ſecūdus dabat operā rei illicite ludendo ſcȝ cum laico: quod clericis non licet: vt patet iij. q. vij. ca. laicos. xxiij. diſtin. c. ſi igitur: in prin. ludus etiam ille clericis non congruebat eo ꝙ pernitioſus erat: ludus autem pernitioſus non debet eſſe impunitus: vt. ff. de fur. in furti actione. §. cum eo: nec etiā occiſor diligentiam adhibuit quam debuit: qr cum ſciret ludi conditionem: non remouit a ſe falcem: ⁊ ſic vbiq; fuit in culpa: primus vero ludebat cum clerico ⁊ licito ludo: ⁊ de illo cultello non ſperabatur aliquod mortale: ⁊ alter qui mortuus eſt ſe potius ingeſſit: aliū ad terram proijciendo: in cuius cultellum cecidit ⁊ occubuit qua propter ad terraȝ proiectus in culpa non fuit: ſed qui ipſum proiecit. Ad laudem dei omipotentis.

## ¶ Utrum grauius ſit occidere iuſtū vel peccatorem de aborſu ⁊ occiſione propria: an etiā pro caſtitate ſeruanda licet ſe committere periculo. ¶ Sermo iij.

Non occides. Exodi. xx. Expediti de tribꝰ modis homicidij corporalis quod facto vel manu perficitur: iam quartū breuiter proſequamur: qui modus cōmittitur impia voluntate impellente: ⁊ hoc homicidij genus habet proprie completam homicidij rationem: tam formaleȝ q̄ȝ materialem qđ quis cōmittit vel in alterū vl̄ etiam in ſemetipm̄. In alterum aūt perficitur vel ex libidine vindicte: ſicut intendens exercere vindictam in eo qui patrem eius interfecit: vel etiaȝ ex animi crudelitate quod execrabilius eſt: ſicut latrones vel irati occidunt hominem: vel deniq; ex cupiditate: fauore amore vel ſimilibus affectibꝰ inordinatis que oīa ſunt in lege prohibita ⁊ crimina grauiſſima.

¶ Hic primo queri poteſt: vtrū ſit grauius peccatū occidere inocentem ⁊ iſtū q̄ȝ occidere peccatorem: p̄ſertim cum in genere peccatorum que contra proximū cōmittuntur: tanto videtur aliquid eſſe maius peccatū: quāto maius infert nocumentū illi in quem peccat: ſed occiſio plus nocet peccatori q̄ȝ innocenti: qui de miſeria huius vite per mortem tranſit ad celeſtem gloriā: cū econtra peccator ſubita morte preuentus perdit pariter corpus ⁊ animā: que reſeruata ad vitā preſentem: renouari poterat ad penitentiā. Ad hoc reſpōdet Tho. ſcđa ſcđe. q. lxiiij. ꝙ nullū hominem licȝ occidere ſm ſe conſideratū quia in quolibet etiam peccatore debemus amare naturā quā deus fecit: que per occiſionem corrumpitur: vnde peccatoris occiſio tantū redditur licita per cōparationem ad bonū cōmune qđ per eius crimen corrumpitur: vita vero iuſtoruȝ eſt cōſeruatiua ⁊ promotiua boni cōmunis: quia ipſi ſunt pars principalior multitudinis: ⁊ ideo nullo modo licet occidere innocentem quapropter plus peccat interficiens innocentem q̄ȝ peccatorem: ⁊ hoc propter quatuor. Primo quia nocet illi quem ex debito plus diligere deberet: ⁊ ſic magis agit contra charitatem. Secundo quia infert iniuriam illi q̄ eſt minus dignus: ⁊ ſic magis agit contra iuſtitiam. Tertio quia priuat cōmunitatem maiori bono. Quarto quia ex hoc magis contemnit deum: ſm illud Luce. x. Qui vos ſpernit me ſpernit: quod dominus oſtendit cum dixit Saule ſaule quid me perſequeris. Quod autem obijcitur de peccatore qui maius nocumentū ſuſtinet: vtpote perdens vitā pariter ⁊ animā. Ad hoc dicendū ꝙ in penſanda grauitate peccati magis eſt conſiderandū illud quod eſt per ſe: q̄ȝ id qđ eſt per accidens: nā ꝙ iuſtus occiſus ad gloriam tranſeat: per accidens ſe habet ad occaſioneȝ. Ex dictis ergo ſatis perpendi pōt: quante ſit malitie paruulos innocentes iugulare: quorꝫ etiam oppreſſores homicide deteſtabilis iudicantur: preſertim ſi volūtarie hoc faciant: ꝙ ſi preter voluntatem ⁊ animū occidendi contingat opp̄ſſio: non tamen excuſantur oppreſſores ſi ſua negligentia hoc actum eſt: vt quia ſecum in vno lecto poſuerunt: vt expreſſe patet. ij. q. iiij vbi dicitur. ca. conſuluiſti. de infantibus qui in vno lecto cū parentibus dormientes: mortui reperiuntur: ⁊ infra monendi nanq; ſunt ⁊ proteſtandi parentes: ne tam tenellos ſecum in vno lecto collocent. ne negligentia qualibȝ proueniente ſuffocentur: vel opprimātur: vnde ipſi homicidij rei iueniantur: vbi dicit glo. licet opprimens nocere noluit: dum tamē fuit in culpa licet leuiſſima. Culpa autē eſt ꝙ a diligenti poterat preuideri ⁊ non eſt preuiſum: ⁊ ideo tenetur in hoc caſu quantum ad deum non tamen punietur ratione homicidij ſed ratione negligentie: ita ꝙ minor imponitur pena vel penitentia ab eccleſia pro negligentia quam ſi feciſſet ex animo: vt patet diſtinct. l. vbi dicitur. capi. ſi quis voluntate homicidium fecerit: ad ianuam eccleſie catholice

ſemper iaceat: ⁊ cõmunionē in exitu vite ſue
accipiat: ſi autem non voluntarie ſed caſu ali
quod homicidiū fecerit prioꝛ canon. vij. an-
nis agere penitentiā iuſſit: ſecundus quinꝙ
mandauit. Ille vero canon ponitur ibidem
ex concilio Neoceſarieñ. in. c. eos vero: ⁊ ſub
ditur in textu dict. c. cõſuluiſtis: quia ſi ille qui
conceptum: glo. viuificatū in vtero per aboꝛ-
ſum deleuerit homicida eſt: vt patet Exo. xxij
quantomagis qui vnius ſaltem diei puerulū
peremerit homicidā ſe eſſe excuſare nequibit
Hinc etiam extra de his: qui fil. oc. in. c. de in-
fantibus. concludit glo. ꝙ ſi quis ſponte filiū
interemit grauiſſima pena debet ei imponi:
aliquantulū maioꝛ ꝙ̃ pꝛo alio homicidio: qꝛ
magis videtur peccare pꝛopꝛiū filium occi-
dendo: ⁊ ſecundū leges foꝛtioꝛi pena puniri
debet: vt. C. e. l. vna. Si vero caſu non volun-
tarie interemit ſed graui culpa pꝛecedente: tūc
penitentia. vij. vel. v. annoꝝ eſt imponenda:
ar. di. l. c. ſi qua femina. Si pꝛoinde leuis cul-
pa pꝛeceſſit: tunc penitentia trium annoꝝ im-
poni debet: vt in dicto. c. de infantibus. Si de
niꝙ nulla culpa vel negligentia pꝛeceſſit in
nullo de iure ſunt puniendi: licet ad cautelam
eis penitentia debet iniungi pꝛopter ambigu-
um dubietatis cõſideratis circūſtantijs. B
Secundo queri poteſt: vtrū omnis aboꝛſum
pꝛocurans homicida cenſendus eſt. Ad hoc
reſpondet canon. xxxij. q. ij. ca. ꝙ non. ⁊. c. moy
ſes inter alia ponens differentiam inter aboꝛ
ſū coꝛpoꝛis animati ⁊ inanimati: dicens. Moy
ſes tradidit ſcʒ Exod. xxj. ꝙ ſi quis percuſſe-
rit mulierem in vtero habentem. ⁊ aboꝛtū fe-
cerit. ſi foꝛmatū fuit. glo. ad plenū dabit percu
tiens animā pꝛo anima: ſi autem infoꝛmatū
fuerit mulcetur pecunia: vt pꝛobaret non eſſe
animā ante foꝛmam. Ex quibus verbis da-
tur intelligi ꝙ anima non infunditur niſi pꝛius
coꝛpus ad plenum fuerit foꝛmatū: nec aboꝛ-
ſum reputatur homicidium niſi pꝛius coꝛpus
fuerit animatū. Hinc dicit Hierony. ad alga-
ſiam: ⁊ ponitur. e. ti. c. ſicuti. ꝙ ſemina paulatim
foꝛmantur in vtero: ⁊. ⁊ tamdiu non reputat̃
homicidiū donec elementa cõfecta ſuas ima-
gines membraꝙ ſuſcipiunt. Et ſi obijcitur il-
lud qđ ponitur extra de homicidio. ca. ſi quis
cauſa explende libidinis vel odij meditatiõe
homini aut mulieri aliquid fecerit: aut ad po-
tandū dederit vt non poſſit generare aut con
cipere aut naſci ſoboles: vt homicida teneat̃.
In quib9 verbis intelligi datur ꝙ pꝛocurans
ſterilitatem vel etiam aboꝛſum fetus inanima
ti iudicatur homicida. Ad hoc reſpõdet glo.
ꝙ hoc eſt verum quantū ad penam legalem.
vt. ff. de penis: ſi quid. §. cum aboꝛtionis. ff. ad
l. coꝛ. de ſic. ſed mulierem: non tamen efficitur
irregularis acſi hominem interfeciſſet: quia
non cõtrahitur irregularitas niſi fetus iam a-
nimatus interficiatur: nec interficitur vt ho-
micida ſed punitur pecunia ſed dicitur homi
cida occaſionaliter vł indirecte. ſicut di. lxxxvj
ca. non ſatis. § paſce fame moꝛientē: quiſquis
enim paſcendo homines ſeruare poteris: ſi nõ
pauiſti occidiſti: ⁊. lxxxvij. diſtin. c. ſi expoſitus:
¶ Tertio queri poteſt: vtrum clericis licitum
ſit occidere maleficos: pꝛeſertim cum Moy-
ſes a leuitis interfici fecit viginti tria milia ho-
minū in vindictam adoꝛationis vituli vt ha-
betur Exod. xxxij. Et phinees ſacerdos inter
fecit iſrahelitam coeuntem cum madianitide
vt patet Numeri. xxv. Samuel quoꝙ regē
Amalech interfecit: vt patet. j. Regum. xv.
Helyas etiā ſacerdotes Baal: ⁊ petrus A-
naniam ⁊ ſaphiram. Ad hoc reſpondet A-
ſteñ: lib. j. ti. xv. Quod clericis occidere non li
cet: qꝛ dicit apłus. j. Timo. iij. Opoꝛtet epi-
ſcopum eſſe ſine crimine non vinolentum: nõ
percuſſoꝛem. Et Berñ. ſcribit ad Eugeniū
papam. Aggredere ſubditos non ferro ſed
verbo: quid denuo gladium vſurpare tẽptas
quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam. ſcʒ
in Petro cui dictum eſt. Mitte gladiū tuum
in vaginam: ⁊ ratio huius eſt: quia hoc pꝛece
pto non occides cuilibet auctoꝛitate ſua pꝛo-
hibetur occidere. Cū ergo miniſtris veteris
teſtamenti fuerat auctoꝛitas cõmiſſa: miniſtris
autem noui teſtamenti nõ eſt conceſſa vt per
ſe quenꝙ̃ interficiant: ideo ex cõſequenti pꝛo-
hibetur illo pꝛecepto clericis in caſu iuſticie a-
liquem interficere. Ratio vero cur hec auctoꝛi-
tas non eſt cõmiſſa clericis noui teſtamenti
duplex eſt: pꝛout latius patet in pꝛimo ſermo-
ne pꝛecepti huius poſt mediū. C Quarto
queri poteſt: vtrum liceat alicui ſeipſum occi-
dere ex quacunꝙ̃ ratione vel cauſa vrgente:
pꝛeſertim cū ⁊ Samſon ſeipm̃ interfecit: vt pʒ.
Iudicum. xvj. qui tamen cõnumeratur inter
ſanctos. ad Heb. ij. Similiter ⁊ Raſias ſei-
pſum interfecit: magis eligens nobiliter moꝛi
ꝙ̃ peccatoꝛib9 ſubditus fieri: ⁊ cõtra natura-
les ſuos iniurijs agi: vt patet. ij. Mach. xiiij.
Qđ aūt nobiliter fit ⁊ foꝛtiter nõ videtur eſſe
illicitū. ¶ Ad hoc dicendū ſm Tho. ſcđa ſe.
q. lxiiij. ⁊ Aſteñ. lib. j. ꝙ ſeipm̃ occidere eſt oī-
no illicitum: niſi hoc fieret iuſſu diuino vel in-
ſtinctu ſpeciali ſpirituſſancti: ⁊ hoc triplici ra
tione. Pꝛimo quia faceret contra legem natu
ralem ⁊ legem ſcriptam ⁊ peccat in ſeipſum:
nam res quelibet naturaliter ſeipſam diligit
⁊ ideo quelibet res naturaliter ſe in eſſe con-
ſeruare laboꝛat: reſiſtendo coꝛrūpentibus in-
quantū poteſt: ⁊ ideo ꝙ aliquis ſeipſum occi-
dit eſt cõtra naturalem inclinationem ⁊ cõtra
charitatem quia quilibet ſeipſum diligere de-
bet. Eſt etiam contra legem diuinā: quia ſm
Augu. in pꝛimo de ciuitate dei quod dictum
eſt: non occides: de homine intelligamus: nec
ergo alterum nec te: nec enim aliquid aliud
ꝙ̃ hominē occidit qui ſeipſum occidit: ⁊ ideo
ſemper eſt moꝛtale ⁊ enoꝛme peccatū. ¶ Se
cundo quia peccat in pꝛoximū: nam quelibet
pars id quod eſt totius: quilibet autē homo
eſt pars cõmunitatis ⁊ ſic id qđ eſt ipſius cõ-
munitatis: in hoc ergo ꝙ ſeipm̃ interficit: iniu
riam cõmunitati facit: vt pʒ per phm̃ in. v. e-
thico. Vſurpat eni ſibi iudiciū ſanguinis: qđ
nõ licet etiā publicā habenti poteſtatē niſi ſer-
uato iuris oꝛdine: vt ſupꝛa dictū eſt: nullus au
tem iudex ſuijpſius eſſe põt. ¶ Tertio qꝛ pec-
cat in deum nam vita quoddā donū eſt ho-
mini diuinitus attributū ⁊ eius poteſtati ſub-
iectum: qui occidit ⁊ viuere facit: ⁊ ideo qui ſe
ipm̃ vita pꝛiuat in deum peccat: ſicut qui ſer-
uum alienū interficit peccat in dominū cuius
eſt ſeruus. Ad ſolum eni deum ptinet iudiciū
moꝛtis ⁊ vite: ſm illud Deute. xxij. Ego occi-
dam ⁊ ego viuere faciam. Ex quibus omnib9
concludit̃ ꝙ nullo modo licitum eſt alicui ſei-
pſum occidere niſi ex ſpeciali inſtinctu ſpiritus
ſancti: ſicut dicit Auguſti. in. j de ciuitate dei.
Non Samſon excuſat̃ aliter ꝙ ſeipſum cum
hoſtibus ruina domus oppꝛeſſit: niſi qꝛ laten
ter ſpūs hoc iuſſerit qui per illū miracula fa-
ciebat: ⁊ eandē rõnem aſſignat de quibuſdā
ſanctis feminis: q̃ perſecutiõis tẽpoꝛe ſeipſas
occiderūt: quarum memoꝛia in eccleſia cele-
bꝛatur: vnde circa hunc articulū multi quon-
dā errauerunt: crudeles ſibijpſius manus ho
micidas inijcientes: quidā eni ex peccati hoꝛ-
roꝛe ⁊ deſperatione vt iudas: cū tamen nulli
liceat ſeipm̃ pꝛopter peccatū cõmiſſum occi-
dere: tū qꝛ in hoc ſibi maxime nocet: eo ꝙ ſibi
adimit neceſſariū tẽpus penitentie: tū qꝛ de-
ſperatio extremū malū eſt: a quo decetero re-
leuari nõ põt: vnde Aug. j. de ciuitate dei. ca.
xix. repꝛobat factū Lucretie q̃ ſeipſam occidit
qꝛ fuit ab alio oppꝛeſſa: pꝛo quo tñ facto eam
romani laudibus extulerūt: de qua Lucretia
plenius vide. xxxij. q. v. c. ꝓpoſito: quedā etiā
mulieres pꝛo caſtitate vel virginitate ſeruan-
da leguntur ſeipſas occidiſſe: cū tamē nulli mu-
lieri liceat ſeipſam interficere pꝛo ſeruanda ca
ſtitate: ſm Io. an. extra de ſepul. in. c. ex parte
ij. ⁊ hoc tenet archi. xxiij. q. v. c. nõ eſt: cuius rõ
eſt ſm Tho. vbi ſupꝛa: qꝛ non debet in ſe cõ-
mittere crimen maximū qđ eſt ſuijpſius occi-
ſio: vt vitet minus crimē alienū: non eni eſt cri
men mulieris p violentiā violate ſi cõſenſus
non adſit: qꝛ non inquinat̃ coꝛpus niſi de ꝯſen
ſu mentis vt Lucia dixit: qđ etiam latius oſtē
ditur. xxxij. q. v. c. j. cū tribus ſequentib9. Cõ-
ſtat etiam minus eſſe peccatū foꝛnicationem
vel adulteriū ꝙ̃ homicidiū: ⁊ pꝛſertim ſuijpſius
quod eſt grauiſſimū: quia ſibijpſi nocet cui ma-
ximā dilectionē debet: eſt etiā periculoſiſſimū
quia non reſtat tẽpus vt per penitentiā expia
tur. Hinc etiā grauiſſima ſequitur punitio: vñ
ex ꝯcilio bꝛachareñ. dicit̃. xxiij. q. v. ca. placuit
vt hi qui ſibijpſis volūtarie aut per ferrū aut
per venenū aut per pꝛecipitium aut per ſuſpen
diū vel quolibet modo inferunt moꝛtem: nul-
la pꝛoꝛſus pꝛo illis in oꝛatione cõmemoꝛatio fi-
at: neꝙ cū pſalmis ad ſepulturā eoꝝ cadaue-
ra deducant̃: multi eni per ignoꝛantiā hoc ſi-
bi vſurpāt. Similiter ⁊ de his placuit fieri q̃
pꝛo ſuis ſcelerib9 moꝛiunt̃: impenitentes ſub-
audit̃: hoc ibi. qđ etiā intelligit̃ de eo qui ſeipſū
interficit: ſed aliquantulū ſupuiuens pniam a-
git. Similiter ſm Tho: nulli ſeipm̃ licet occi-
dere ob timoꝛē ne ꝯſentiat in peccatū: qꝛ non
ſunt facienda mala vt inde veniant bona: vel
vt vitentur mala: pꝛeſertim minoꝛa ⁊ minus
certa: incertum eſt eni an aliquis in futurū cõ-
ſentiet in peccatū: quia potens eſt dominus
hoīem quacūꝙ tẽptatione ſupueniente a pec
cato liberare ⁊ ꝓſeruare. Pꝛoinde refert La-
ctantius. li. iij. de falſa ſapientia: ꝙ multi ex his
qui animas eternas eſſe ſuſpicabantur: ſibij-
pſi iniecerūt manus homicidas tanꝙ̃ in celū
eſſent migraturi: vt Cleātes: Criſippus Xe
rio: ⁊ ſic de alijs. Similiter ⁊ Empedocles
qui ſe in ardentis ethne ſpecu intempeſte no-
ctis deiecit: vt cum repente non apparuiſſet
ad deos abijſſe crederetur: affectu cõplacen-
tie humane ⁊ vane gloꝛie deluſus: cum econ-
tra dicit apoſtolus. Si tradidero coꝛpus me-
um ita vt ardeam ⁊c. ſicut pꝛioꝛes ob amoꝛē

eterne vite ſe neci tradiderunt: ⁊ ex romanis
Catho qui fuit in omni vita ſua Socratice
vanitatis imitator ⁊ ipſe romane ſapie prin-
ceps: qui anteꝗ̃ ſe occideret perlegiſſe librū
Platonis dicit̃: qui de eternitate animaꝝ ſcri
ptus eſt: ⁊ ad ſummū nephas phi auctitate cō
pulſus eſt: ⁊ Ambrachiotes ille qui cū eundē
librū plegiſſet ꝑcipitem ſe dedit: nullā ob aliā
cauſaꝫ niſi ꝙ Platoni credidit: vnde dicit Au
gu. j. de ciui. dei: ꝙ error fuit gentiliū ꝙ mors
eſſet optando oibus: ⁊ ꝙ virtutis eſt ſiue con-
ſtantie vel magnanimitatis: ꝙ homo ſibi mor
tem inferat: quē errorem Aug. reprobat ⁊ e-
tiam omnes doctores. ¶ Quinto queri pōt:
vtrū igitur ꝓ ſaluanda caſtitate vel honeſtate
licitū eſſet ſe cōmittere caſui etiā ſi inde poſſet
mors ſequi: dū tamen hoc certū non ſit: ſed ſe
ſperat euadere poſſe. Ad hoc reſpondet glo.
prima extra de ſepul. in. c. ex parte. ij. ꝙ ſic. dū-
modo ex illo propoſito nō faciat vt ſe interfi-
ciant: q2 ſi tunc ſequeret̃ mors vel mutilatio:
iudicaret̃ homicida. Pro quo ſciendū ꝙ ſicut
nullo modo licitū eſt alicui ſeipm̄ occidere. ſic
nullo modo licitū eſt ſeipm̄ mutilare: quia ex
hoc non ſolum irregularis ſed etiā homicida
quodāmodo iudicaret̃: vt patet extra de cor.
vitia. c. ſignificaſti: vbi agitur de quodā qui ſi-
bi fecit amputari virilia credens ſe ꝑ hoc ob-
ſequiū preſtare deo: ſed in hoc diſplicuit: vt di
cit glo. q2 nō ferro ſed religione querenda eſt
caſtitas: vt. xxxiij. q. v. ca. tunc ſaluabitur: in fi.
cum eo tamen Clemens papa. iij. in hoc di-
ſpenſauit vt facere poſſet officium ſacerdota-
le preterꝗ̃ officiū miſſe. id eſt ſm̄ glo. baptiza
re: penitentiā dare ſacramenta miniſtrare ⁊ a-
lia perficere que ſolis ſacerdotibus ſunt con-
ceſſa. Et addit glo. ꝙ reputatur homicida:
qđ etiā expreſſe patet di. lv. vbi dicitur. c. Si
quis abſciderit ſemetipſum. id eſt qui ampu-
tauerit ſibi virilia non fiat clericus: quia ſuus
eſt homicida ⁊ dei cōditionis inimicus: ſi ꝗs
cum clericus fuerit abſciderit ſemetipſum oi-
no damnetur quia ſuus eſt homicida: hoc ibi.
Veruntamen ſi talis caſtratio non ſponte ſed
caſu vel neceſſitate vt propter languorē ame-
dicis: vel propter perſecutionem a barbaris:
propter neceſſitatē a dominis: propter infan-
tiam a parentibus ⁊ in ſimilibus: nec a pro-
motione prepeditur nec homicida iudicatur:
vt patet extra de cor. viti. c. ex parte. j. ⁊. ij. diſt.
lv. c. ſi quis a medicis ⁊ tribus ſequentibus: ⁊
ſimili modo intelligendū eſt de quolibet mem

bro abſciſo: vt. e. ti. c. qui partem cuiuſlibet di
giti ſibi volens abſcidit: hunc ad clerum cano-
nes nō admittunt. Cui vero caſu aliquo con
tigerit dum aut operi ruſtico curam impendit
aut aliquid faciens ſe nō ſponte percutit: hos
canones precipiunt: id eſt permittunt cleros
fieri: ⁊ ſi in clero reperti fuerint non abijci: in il
lis enim voluntas eſt iudicanda que ſibi auſa
fuit furtum inijcere: in iſtis vero caſus veniā
meruit: quod quidā ſane intelligunt ſi dedit o
peram rei licite: ſecus tamen ſi dedit operam
rei illicite: qđ expreſſe patet extra de cle. pug.
in duello. c. j. in glo. vnde. xxxiij. di. c. maritum
⁊. ca. cōmuniter ꝓmoueri prohibentur ad ſa-
cros ordines tanꝗ̃ indigni propter diuerſos
caſus ibidem enumeratos. Ad laudem dei.

## ¶ De iniuſto bello quod fit quinꝙ̃ modis: ⁊ de bello iuſto ac de his ꝗ̃ rapta ſunt in bello. ¶ Sermo. iiij.

Non occides. Exod. xx. Iam
ordine congruo de bello proſequen
dū eſt in quo cōtingunt plura homi
cidia rapine ⁊ ſimilia. ¶ Pro quo ſciendū eſt
ſm̄ canoniſtas ꝙ ſeptem ſunt belloꝝ ſpecies.
Primū bellum dicit̃ romanū quod ſcꝫ fit in-
ter fideles ⁊ infideles: quia romana eſt caput
fidei. Secundū dicitur iudiciale quod ſcꝫ au-
ctoritate iudicis fit. Tertiū dicitur licitum vel
iuſtum quod ſcꝫ fit auctoritate iuris. Quartū
dicitur neceſſariū quod ſcꝫ fit ad ſui defenſio-
nem: ⁊ in iſtis bellis dicunt ꝙ quis non tenet̃
ad reſtitutionem. Quintū proinde dicitur pre
ſumptuoſum quod ſcꝫ fit cōtra iudicem vel ſu
periorem per cōtumaces vel inobedientes iu
dici vl̃ ſuperiori. Sextū dicitur temerariū qđ
ſcꝫ fit contra iuris auctoritatem. Septimū di
citur voluntariū: quod ſcꝫ aſſumitur auctori-
tate propria: ⁊ in his tribus dicunt ꝙ quis re-
netur ad reſtitutionē. ¶ Ad maiorem aūt eui
dentiā in generali diſtingui pōt duplex bellū
ſcꝫ iniuſtum ⁊ iuſtū ac per conſequens ſicut o-
mne bellum iniuſtū redditur illicitū ex eo ꝙ
iniuſtū ita ⁊ om̄e bellū iuſtū redditur licitum.
Iniuſtū aūt ⁊ illicitū reddit̃ bellū multis mo
dis. Primo ex rōne vel animo vlciſcendi: etiā
ſi iuſtaꝫ habens cauſam bellū moueat ⁊ ideo
iniuſte agit ⁊ grauiter peccat: vnde. xxiij. q. j.
dicitur. c. quid culpatur in bello: an quia mori
turi quandoꝙ̃ moriuntur vt dominentur in



pace victuri: nocendi cupiditas vlciſcēdi cru
delitas: implacatus ⁊ implacabilis animus:
feritas rebellandi: libido dominandi ⁊ ſi qua
ſunt ſimilia. hec ſunt que in bellis iure culpā-
tur ⁊c̃. Hinc etiam quantūcunꝙ̃ quis iuſtaꝫ
habeat cauſam belli: ſi ex animo eſt iniuſtuꝫ:
tūc nō licite capit nec retinet. vt. e. q. c. milita
re. ¶ Secundo reddit̃ iniuſtū ex loco puta
quia fit in loco ſacro: vt patet li. vj. de immu.
ec. c. decet. vnde. xij. q. ij. in. c. cum deuotiſſimā
dicit glo. ꝙ emunitas dicitur priuilegiuꝫ quo
gaudet eccleſia vt in ambitu ſuo non fiat pu-
gna vel inſultus vel rapina per. xxx. vl̃. xl. paſ
ſus: vt patet. xvij. q. iiij. ſicut antiquitus. ⁊ de-
linquētis pena ponit̃. e. q. c. ſi quis cōtumax.
¶ Tertio redditur iiuſtū ex tēpore: quod pa
tet extra de treuga ⁊ pace. c. j. vbi dicit̃ treu-
gas a quarta feria poſt occaſuꝫ ſolis vſꝙ̃ ad
ſecundā feriam in ortu ſolis ab aduētu domi
ni vſꝙ̃ ad octauas ephie. et a. lxx. vſꝙ̃ ad oc-
tauas paſche ab omnibus inuiolabiliter ob-
ſeruari precipim⁹. ſi quis autem treugas frā
gere preſumpſerit: poſt tertiā admonitioneꝫ
ſi non ſatiſfecerit: epūs ſuus excommunicati
onis ſententiaꝫ dicet in eum: ⁊ alia multa di
cit in textu. Glo. ibidem. treuga eſt ſecuritas
preſtita rebus ⁊ pſonis diſcordia nōdum fini
ta. Et nota ꝙ hec treuga i textu poſita eſt ca
nonica ⁊ non cōuentionalis: ſi enim eſſet con-
uentionalis ſemꝑ ſeruaretur: quia fides hoſti
ſeruāda eſt: verūtamē ꝙ h tertus dicit hodie
nō tenet ⁊ epi qui nō ſeruāt hanc cōſtitutionē
nō dicunt̃ trāgreſſores: quia nō fuit morib⁹
vtētiū approbata huiuſmodi treuga hec glo.
B Hic queri poteſt. vtrū bellare liceat die
bus feſtis: cū feſta ſint ad vacandū diuinis
ordinata: ſabbatum eīm intelligit̃ requies. ſꝫ
bella maximā inquietudinē habēt. Ad hoc re
ſpōdet Tho. ſcđa ſcđe. q. xl. ꝙ obſeruatio nō
impedit ea que ordinant̃ ad hominis ſaluteꝫ
etiam corporalē: vñ dn̄s arguit iudeos dicēs
Jo. vij. Mihi indignamini: q2 totum hoīem
ſaluū feci in ſabbato: ⁊ inde eſt ꝙ medici licite
medicari poſſunt homines in ſabbato. multo
autem magis cōſideranda eſt ſalus reipubli-
ce ꝑ quā impediunt̃ occaſiones plurimorū ⁊
innumera mala temporalia ⁊ ſpūalia: ꝗ̃ ſa-
lus corporalis vnius homīs: ⁊ ideo ꝓ tuitiōe
reipublice fidelium licitū eſt in dieb2 feſtis ex
ercere iuſta bella. ſi tamen neceſſitas hoc ex-
poſcat. quia hoc eſſet tēptare deū ſi imminen
te neceſſitate quis a bello vellet abſtinere: ſꝫ

neceſſitate ceſſante non eſt licitum bellare in
diebus feſtis ꝓpter rationē inductam. Quar
to redditur iniuſtū ex parte cauſe: qn̄ ſcꝫ infe
rens vel defendens nō foueat iuſtam cauſaꝫ
inferēdi vel defendēdi vnde. xxiij. q. ij. c. j. dic̄
glo. ꝙ bellū eſt iniuſtū rōne rei: vt ſi nō eſt ꝓ
repetendis rebus intelligo ꝓprijs vel ꝓ defen
ſione patrie intelligo iuſta defenſione: quia ſi
verus dominus papa vel princeps populū
ſuū ſeu de iure ſibi ſubiectū ſibi inobedienteꝫ
vel rebellem bello opprimeret. defendentes
patriam iniuſte agerēt ⁊ peccarent: vt ꝓbat̃.
xxiij. q. iij. §. item ab aliquo: vbi patet ꝙ iuſte
interficiendus non debet fugere mortem in-
iuſte: tanta eſt vis iuſticie. ¶ Quinto reddit̃
iniuſtum ratione perſone. Pro quo ſciendum
ꝙ primo conſideranda eſt perſona ꝗ̃ bellum
gerit an ſcꝫ clericus vel laicus: ꝙ ſi clericus
nullā habēs iuriſdictionē: tunc bella mouere
non debet: ſed licite poteſt in neceſſitate ſe de
fendere: vt patet lib. vj. de ſen. excom. ca. dile
cto: ꝙ ſi iuriſdictionem tēporalem habet. tunc
licet ſm̄ quoſdam etiam in caſu licito non poſ
ſet vti gladio temporali niſi prius vtatur gla
dio ſpirituali: tamē hoc communiter reproba
tur per Inno. Hoſticn̄. ⁊ alios doctores ī di-
cto. c. dilecto: ⁊ dicunt ꝙ idem eſt dicendum
de eis quod de ſecularibus iudicibus: ita ꝙ ꝗ̃
libet prelatus iuriſdictionem habens tempo
ralem contra inobediētes ſubditos licite mo
uet arma: vt patet expreſſe. xv. q. vj. ca. aucto
ritatem cuius eſt ratio quia tunc proprie nō
dicitur fieri bellum ꝑ prelatum ſed potius iu-
ſticie vel iuris executio. ff. de rei ven. l. qui re-
ſtituere: quod eſt tantum dicere: ꝙ iuris exe-
cutio non habet iniuriam Similiter epi cum
ſint executores canonū: vt de offi. or. c. j. ideo
licite mouere poſſūt bella ꝯ hereticos vl̃ infi
deles. xxiij. q. vij. c. ſi de reb2: vide textū extra
de heret. c. excōicam⁹: ſimilit̃ ꝯ inſidiātes vl̃
inſequētes hoſtiliter cardinalē. vt. l. vj. de pe-
nis. c. felicis quia tales ſunt diffidati a iure ꝗ̃
ſi hoſtes ⁊ rebelles iuris. Et idē ſentiēdū eſt
de quolibet qui haberet ipſius iuris executi-
onem exercere: immo forte ⁊ quilibet priuat⁹
dummodo precedat declaratio ſui iudicis ꝗ̃
declaratio in criminib⁹ eccl'iaſticis ē neceſſa
ria. ab ipſo fienda. vt patꝫ li. vj. de heret. c. ꝑ-
ſidentes: c. vt inquiſitionis. §. ꝓhibemus: ſic
in qualibet confiſcatione vel pena pecunia
ria ſeu bonorum apphenſione facta a iure: ñ
debet executio fieri: niſi precedat iudicis

declaratio vt voluit Jo.an.poſt archid.lib.
vj.de penis.in cap.felicis. ¶ Secundo vero
cōſideranda eſt perſona que auctorizat:nam
ſi indicitur bellum cōtra ſubditum proprium
rebellem ꝛ cōtumacem:in non comparendo
vel iuſtis mandatis nō parendo.que tamen
ad ipſius iuriſdictionem pertinent:tūc licita
eſt diffidatio ꝛ licitum bellum dūmodo iuris
ordine hec fiant.Si vero cōtra ſubditum al-
terius tunc iudex qui vult bellum indicere:p̄-
mo debet requirere iudicem talis rebellis et
de eo iuſticiam petere: ꝛ tenē ſi ſuus iudex ñ
facit iuſticiam poteſt bellū īdicere ſm̄ Inno.
xxiij.q.ij.ca.dominus deus.Si vero nō ſit iu-
dex qui de tali poſſit iuſticiam facere tunc lꝫ
tali iudici bellū indicer̄ iuris auctoritate:nec
mirū:qꝛ poſſet etiam priuatus auctoritate ꝓ-
pria ħ caſu rem ſuam recupare.C.de iudeis
l.iudei.ꝛ.l.nullus:multomagis hoc poteſt cō
tra ſubditum ꝓpriū:licꝫ melius faceret ſi ipſe
ꝛ ſubditus cōmitterent cauſam iudicio arbi-
troꝝ.vt xj.q.j.ſi clericus.Item oportet ꝙ per
ſona mādans habeat iuſtā mandandi aucto
ritatē:ꝛ talis ē principaliter deus.ideo ſi diui
no mādato bellū geritur hoc ſine dubio iuſtū
eſſe decernitur:in quo bello ductor exercit⁹
vel populus.nō tam auctor belli ꝙ̄ miniſter
iudicandus eſt:xxiij.q.ij.cap.dominus deus.
Item papa poteſt indicere bellum iuſtū cō-
tra hoſtes fidei hereticos ꝛ alios rebelles:vñ
dicitur.xxiij.q.viij.ca.diſpar Nimirum ē iude
orum ꝛ ſaracenoꝝ cauſa:illos enim qui chri
ſtianos pſequunt̄:ꝛ ex vrbibꝫ ꝛ ꝓprijs ſedibꝫ
pelluntiuſte pugnatur:vbi tamen dicit glo.
ꝙ lex dicit eis quiete degentibus nullam de-
bere facere moleſtiam.vt.C.de ſacrifi.paga.
chriſtianis Similiter quando ſui ſubditi op
primuntur in iuuantibus ꝛ violētis iuſte bel-
lum infert:vt expreſſe patet.xxiij.q.viij.cap.
ſcire.Sic imperator indicere poteſt bellum:
vnde dicit Inno:in.ca.olim cauſam:extra d
reſti.ſpo.ꝙ princeps ſine auctoritate dominꝫ
cui non ſubeſt.ꝛ ſine auctoritate iuris cui non
aſtringitur mouet bellum ꝛ ſubdit:bellum
autem ſm̄ ꝙ proprie dicitur ſolus princeps
qui ſuperiorē non habet indicere poteſt Qd
autem dictū eſt de papa ꝛ imperatore ꝙ eo
rum edicto iuſtum eſt bellum:ſane intelligit̄:
ſi iuſticiam habent pro parte ſua:ſi enim iube
rent mala vel iniuſta non eſſet eis obediēdū.
vt dicit Auguſtinus.xj.queſtio.iij.capitu.nō
ſemper.ꝛ.c.ſi dominus.¶ Preterea ſi ecōtra
bellum indicitur a perſona priuata vel infe-
riori contra ſuperiorem:hoc abſurdum ꝛ in-
iuſtum eſt ſiue offendendo ſiue defendendo.
ꝙ ſi ſuperior iniuſte vexat ſubditum:tunc licꝫ
propter bonum obedientie ſubditus melius
faceret humiliter obediendo vel patienter
ſufferendo:iuxta illud apoſtoli.Non vos de-
fendentes chariſſimi ſed date locum ire:ꝛ ħ
ſi ſuperior iniuriam faceret perſone.Si vero
rebus tunc melius eſſet dimittere pallium
poſt tunicam ꝛ rerum ſuſtinere iacturam:ꝙ̄
pro rebus tranſitorijs conſeruandis tam acri
ter in alios exardeſcere:tamen quia hoc ē cō-
ſilij:dico ꝙ talis conuenire poteſt ſuum ſupe-
riorem ꝛ querelam deponere coram ſuperio
re ſui ſuperioris vel coram epiſcopo:ꝙ ſi alt̄
ſupiorem nō habeat vel recognoſcat:vel eti-
am iniuanum cōquireret epiſcopo vel alteri:
tunc puto ꝙ violenter poterit ei reſiſtere quia
hoc eſt ſe defendere:vt eſt expſſum i li.feudo-
rum:de mi.va.qui contumax eſt:c.vno.in.fi.
vbi dicit textus.ꝙ ſi dominus militi vaſallo
iuſticiam facere noluerit.vaſallus dominum
poteſt derogare:id eſt depredare. ¶ Ce-
terum ſi vnus dominus vel priuatus moue-
re vult bellum cōtra aliū dominum vel pri-
uatum qui mutuo nō ſunt ſubditi:tunc ſi hoc
ſit contra habentem vel recognoſcentem ſu
periorē debet prius requirere a ſupiore illius
ꝙ de tali ſubdito ſibi miniſtret iuſticiā q̄ dene
gata licite moueri pōt bellū ſm̄ Inno.ꝛ Jo.
an.in.ca.dilectus.de appel.alioquin ſi non pri
us iuſticiam requireret tunc inferens tenere
tur ad damna ꝛ expenſas paſſo bellum quia
ſibiipſi non poteſt ius facere nec eſſe iudex in
cauſa ꝓpria:immo actor debꝫ ſequi forum rei
vt de fo.cōpe.ca.j.ꝛ.ij.hoc vult etiam Inno.
Hoſtie.Jo.añ.ꝛ alij.in dicto.c.olim.Si po
cōtra non recognoſcentem ſupiorē ſꝫ tñ ſtare
paratum iuri:vel iudicio arbitroꝝ vl' bonoꝝ
viroꝝ.habentem etiā iniuſticiam p ſe:nō de-
bet tali indicere bellum.qꝛ bellum tñ̄ debet
eſſe neceſſitatis:vt ptꝫ.xxiij.q.j.c. militare ſed
vbi non vult ſtare iuri nec cognoſcit ſuperio-
rem:licet de honeſtate anteꝗ̄ fieret bellum i
iurians requiri deberet:ex hoc tamen ſi infer
re volēs iuſtā habet cauſam iuſte infert:nā in
hoc caſu qs licite res ꝓprias aucte ꝓpria ca-
pit ꝛ ſi illas recupare non poterit alias loco
ſuaꝝ poterit vt ptꝫ p doctores i dicto.c.olim:
Et Hoſtien.in.c.j.de.treu.ꝛ pace:dicit ꝙ in
ħ caſu licitū eſt aduerſarium depredari.Ex
ſimiliter quando dñs vel ciuitas requiſita de
negat de ſuo ſubdito facere iuſtitiā.¶ Hinc in
cidentaliter queri pōt:quid de capto:qui pmi
ſit vel iurauit ad carcerē reuerti:ꝛ ſi reuertitur
ſcit ſe moriturū:an teneatur reuerti.Solutio
in cle.c.paſtoralis:de re iudi.in glo.per hanc
dicit captiuū non teneri ad redeundū in vincu
la ſi iniurioſe tenebatur:vel ſi eſſet dubium:ta
men conſulendū eſſet ꝙ adiret papam pro re
laxatione iuramenti:ſed ſi mors vel captura
nō eſſet iniurioſa:tunc nō poſſet eam fugere ſi
ne periurio ſed reuerti teneretur:ſed ante ca-
pturā fugere pōt:licet ſe cognoſcat reum cri-
minis:qꝛ non eſt iure cautū ꝙ ſponte ſe debe-
at directe vel indirecte offerre ſupplicio:ſed
potius reſeruare diuino iudicio qd̄ vlciſcitur
non punita in hoc ſeculo.¶ Deniqꝫ queri po-
teſt:vtrū acquiſita vel capta in bello retineri
poſſunt quaſi propria:vel teneat̄ quis ad re-
ſtitutionem.¶ Ad hoc dicendum ꝙ mouens
bellum iniuſte:tenet̄ ad reſtitutionem omniū
que perdita ſunt in bello a quacūqꝫ parte ſint
perdita:qꝛ talis cenſetur pdo vel latro.ff.de
capt.l.hoſtes:ꝛ primo tenetur aduerſarijs de
omnibꝫ damnis illatis:ſecūdo tenetur ſuis ꝓ-
prijs hominibus de dānis que receperunt ab
aduerſarijs qui iuſte repugnabant ſipſi pro-
prij homines eum iniuenerunt bona fide:aut
ſi fuerunt inducti eius conſilio timore vel coa
ctione ꝛ de ſe non erant facturi.Nam regula
iuris eſt:qui occaſionem dāni dat:damnū de-
diſſe videt̄:ſecus ſi mala fide iuuerunt eum:
in quo caſu nullā habent contra ipm actionē.
Si vero mouet bellum iuſte:facit ſuum quic-
quid capit ab hoſte vel auxiliatoribus eius ſi
ue ſubditis ſiue alijs quouſqꝫ ſibi ſit ſatiſfactū
de omni damno ꝛ labore ꝛ opere tam ſui ꝙ̄
ſuoꝝ:vel donec ſe hoſtis offerat ad ius ꝛ ſatiſ
facere velit:xxiij.q.vij.ca.ſi de rebus:verunta
men vltra hoc non debet recipere:niſi forte ta
lis eſſet hoſtis ꝙ propter hereſim vel propter
aliud hmōi bona ſua eſſent per edictum publi
cāta.Quod ſi obijcitur res capte non ſunt ſo
lute pro debito:ſed in bello iuſte queſite.di.ſ.j.
ius gentium.Ad hoc dicendū ꝙ ſaltem iure
poli non poſſet hoſtem in iudicio conuenire
nec vltra eſtimationē damnoꝝ illatorum a pa
tiente iuſte bellū vel iniuriarū illatarum infe-
rens bellū poſſit exigere:vel vltra pdicta exa-
ctā in bello perſeuerare.qꝛ non debet qs du-
plici pena pteri.Et li.vj.de re.iur.eiu.bona fi-
des non patitur vt ſemel exactum iterū exiga
tur:ꝛ ſi ponatur ꝙ adhuc non ſit habita res.ꝓ
pter quā fuit inchoatū bellum.dico ꝙ eſtima-
tio ſuccedit loco rei.Subditi vero bellantiū
iniuſte ſi tali bello nō preſtant dominis cōſiliū
auxiliū vel fauorem:non ſunt ſpoliandi vel in
aliquo puniendi:quia peccata debent tantū
actores tenere:vt extra de his qui fi.ama.pre
ca.c.queſiuit:vbi dicit̄:peccata ſuos actores
tenere debeāt:nec pena ſit vlterius protrahē-
da ꝙ̄ delictum fuerit in excedente repertum:
vide tamen ibi glo.Qd verum eſt etiā ſi dñs
pdictoꝝ in ipſo iniuſto bello vtatur rebus ipo
rum eis ablatis:ſimiliter nō ſunt ſpoliandi cle
rici:religioſi:conuerſi:peregrini:mercatores:
ruſtici euntes ꝛ redeuntes ꝛ in agricultura e-
xiſtentes:ꝛ animalia quibus arant ꝛ ſemina
portant:vt extra de treu.ꝛ pa.c.innouamus.
xxiij.q.iij.ſi quis romipetas.¶ Iterum queri
pōt:vtrū aliquem principem vel dñm in bel-
lo iuuantes:excuſant̄ a crimine.Ad hoc dicē-
dum:ꝙ ſi conſtat bellum eſſe iuſtum:tunc ſi in
preſtando conſiliū vel auxiliū non excedant:
licite iuuare poſſunt:qꝛ regula iuris eſt:qui fa
cit per aliū eſt perinde ac ſi faciat per ſeipm
li.vj.Et iterum:pōt quis per aliū quod pōt fa
cere per ſeipm:ſi tñ fuerint tales perſone que
licite poſſent arma exercere.Si vero bellū ꝯ-
ſtat eſſe iniuſtum:tunc non excuſant̄ adiuuan
tes:etiā ſi fuerint ſubditi qui hoc facerent de
mandato dñi ſui:ꝛ tenent̄ reſtituere damna q̄
intulerunt:qꝛ plus debent timere deum ꝙ̄ ho
minē:extra de iureiu.c.ſicut.iij.Si deniqꝫ du-
biū eſt:vtrum bellū ſit iuſtum vel nō:tunc ſi ta
les iuuantes ſunt ſubditi illius bellū mouen-
tis:ꝛ credunt illū quem iuuant habere ꝛ foue
re iuſtū bellū:tunc excuſant̄ propter bonum
obedientie:ſimiliter ꝛ in dubio excuſant̄:vt pa
tet expreſſe.xxiij.q.j.c.quid culpat̄:inſi.verū
tamen milites ſtipendarij extranei vel cogna
ti aut amici iuuantes qui nō ſunt ſubditi:in ta
li caſu nō excuſant̄:nec debent in dubio ſe cō-
mittere diſcrimini vt iuuēt aliquē in pniudiciū
alterius.Qd ſi obijcitur de aduocato quem
excuſat bona fides:ꝙ̄ dum credit eſſe iuſtā cau
ſam quā fouet:licet in veritate ſit iniuſta:dicē-
dum ꝙ non eſt ſimile:quia eſt ibi iudex ſuperi
or qui cauſam examinat ꝛ iudicat de allega-
tis.In bello vero in viribus corporalibꝫ ne-
gotiū agitur:nec per rationē diiudicatur.De
reſtitutione vero facienda propter damnū in
iuſte illatū:aut homicidiū iniuſto patratum:
vide pleniſſime in ſeptimo pcepto.Ad laudē

¶De quatuoꝛ peccatis ad deum ꝓ vindicta clamantibus: q̃ ſunt fratricidiũ: zodomia: oppꝛeſſio ⁊ mercedis detentio. ¶Sermo v.

Non occides. Exod. xx. Congrue ſatis reſtat nũc videre de peccatis ad deũ pꝛo vindicta clamantibus: q̃ ſunt p̃cipue quatuoꝛ: ſicut interp̃tatiue quadruplex genus homicidij coꝛpalis diſtingui põt: ⁊ his verſib⁹ notari ſolent. Clamitat in celis vox ſanguinis ⁊ zodomoꝝ: Vox oppꝛeſſoꝝ merces detenta laboꝝ. Dicunt̃ aũt iſta peccata ad deũ clamare pꝛo uindicta: qꝛ ſuis enoꝛmitatibus deũ potiſſime ad vindictã pꝛouocant vt patebit inferius ꝑ ſingula. A Pꝛimũ igitur peccatũ pꝛo vindicta ad deum clamãs eſt fratricidiũ quod alias vocat̃ homicidiũ: de quo habet̃ Geñ. iiij. ⁊ magiſter in hiſtoꝛijs dicit: ꝙ Abel fuit paſtoꝛ ouiũ. ⁊ Cayn agricola: poſt multos ergo dies obtulerũt dño munera: credit̃ enim Adã in ſpiritu docuiſſe filios vt deo offerrent decimas ⁊ pꝛimitias. Cayn ergo obtulit de frugibus terre deo ſed de peioꝛibus ⁊ coꝛroſis: vt dicit lyra. Abel aũt obtulit de pꝛimogenitis gregis ſui ⁊ adipibus eoꝝ. id eſt de pinguioꝛibus: ⁊ ſm Joſephum obtulit lac ⁊ pꝛimogenita agnoꝝ ⁊ reſpexit dñs ad Abel. id eſt ad bonitatem ⁊ intentionem ipſius: ⁊ per cõſequens ad munera eius: qꝛ tales oblatiões non erant accepte deo ex ſeipſis ſed ex bonitate offerentiũ. Ad Cayn autem ⁊ ad munera eius non reſpexit: munera nãq; ex auaritia hominis nata deo nõ placuerunt: qꝛ plus pꝛobat domin⁹ intentionẽ q̃ʒ actionem: plus voluntatẽ q̃ʒ facultatem. ¶Qð ſi queritur quõ reſpexit dñs ad Abel ⁊ ad eius munera. Rñdet tranſlatio Theodotionis: ꝙ inflãmauit deus ſuper Abel ⁊ ſuper eius munera: ignis enĩ de celo oblationẽ eius incendit: vt legit̃ factum Helye in carmelo. iij. Reg. xviij. ⁊ ſub Moyſe Leuit. xix. ⁊ ſub Gedeone Judicum: vj. Iratuſq; eſt Cayn vehementer ⁊ cõcidit vultus eius pꝛe verecundia: minoꝛem ſibi pꝛelatũ videns. Cetera patent vſq; ibi: q̃d feciſti. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: nunc ergo maledictus eris ſuper terram. Et Cayn pꝛe timoꝛe damnans ſe ac deſperans reſpondit. Maioꝛ eſt iniquitas mea q̃ʒ vt veniam merear ⁊c̃. ⁊ poſuit dominus ſignum in Cayn tremoꝛem capitis ⁊ omniũ membꝛoꝝ ⁊ ſic ſcienter a domino punitus ⁊ excõmunicatus ⁊ indignus miſericoꝛdia nõ interficeretur in faciẽ tamẽ eius ſm quoſdam ſpeciale ſignũ impꝛeſſit ⁊ hoc in fronte vt cogneſceret̃ ab omnib⁹ innocentem fratrẽ occidiſſe: ⁊ ſic hominib⁹ abominabilis redderet̃: ſic etiã ſepius compertũ eſt: ꝙ homicida p̃ſente occiſi vulnera fluxum ſanguinis renouabãt: velut occulto dei iudicio vindictam expetendo: verũtamẽ beatus ille qui paſſus iniuriã pꝛo dei amoꝛe reo miſericoꝛditer indulget. ¶Hinc incidentaliter queri põt: vtrũ inimico petenti veniã teneamur remittere non tantũ rancoꝛem ſed etiam emendã: p̃ſertim cum dicatur Leui. xix. Non queras vltionẽ nec memoꝛ eris iniurie ciuium tuoꝝ: nimirũ cũ maius eſt ſe nõ defendere: q̃ʒ petenti veniã emendã remittere. Sed dicit ap̃lus. ⁊ Roma. xij. Non voſmetipſos defendentes ſed date locum ire Et Matt. v. Si quis te ꝑcuſſerit in vnã maxillam pꝛebe ei ⁊ alterã. ¶Ad hoc reſpondet Rich. ſuper. iij. di. xxx. ꝙ inimico petenti: ⁊ ſi teneat̃ homo remittere ſignũ rancoꝛis: qꝛ rancoꝛem tenet̃ remittere etiã non petenti: nõ tamen tenet̃ remittere ſatiſfactionem ſeu emẽdã pꝛo iniuria ſibi facta: ſed ꝑ illa ſibi de iure cõpetit actio in iudicio cõtra iniuriantem: niſi foꝛte ſit homo talis ſtatus ſeu obligatione tali ligatus: rõne cuius in iudicio ſibi nõ ꝯuenit emendã requirere: alijs aũt quib⁹ cõpetit repetitio: ſolũ ex p̃cepto interdicit̃ actio ꝯtra iniuriantem q̃ fit zelo vindicte: non aũt que fit zelo iuſtitie: quia q̃ʒtum ad pꝛimũ eſt p̃ceptũ: q̃ʒtum aũt ad ſcðm eſt conſiliũ: qð eſt ſupererogationis ⁊ non neceſſitatis: tenet̃ tamen iniuriantẽ non excludere ab oꝛatiõib⁹ quas fundit pꝛo fidelibus: ⁊ nõ negare cõmunia ſigna charitatis: ⁊ in caſu neceſſitatis tenet̃ etiã illi tempoꝛaliter ſubuenire ſi põt ſine alterius p̃iudicio cui magis obligatur. B Secundũ vero peccatũ ad deum clamans pꝛo vindicta eſt vitium zodomiticũ: de quo habetur Geñ. xviij. dicẽte dño. Clamoꝛ zodomoꝝ ⁊ gomoꝛreoꝝ multiplicatus eſt: vbi dicit Gꝛego. ꝙ nouitas tante ⁊ tam inaudite turpitudinis quaſi admirationem ⁊ dubitationem parit in audiente: vnde dominus quaſi admirãs ⁊ dubitans ſuper tanto ſcelere introducit̃ loquens. Deſcendã ⁊ videbo: quaſi diceret incredibile mihi videtur humanã naturã ad tantũ deueniſſe flagitium: nam intantum exarſerunt concupiſcentijs ꝙ ⁊ angelis ſcelere tam inaudito abuti volebant. Quod aũt ſequit̃: ⁊ peccatũ eoꝝ aggrauatũ ẽ nimis: dicũt ſup h̃ doctoꝛes hebrei: ꝙ iſta aggrauatio fuit ex eo ꝙ quãdã puellã inſolita moꝛte occiderũt eo ꝙ alimẽta dederat pauperi: ⁊ h̃ conſonat dicto Ezech. xvj. vbi dicit: Viuo ego dicit dñs: qꝛ nõ fecit zodoma ſoꝛoꝛ tua ⁊ filie eius ſicut feciſti tu ⁊ filie tue: ecce fuit iniq̃tas hec zodõe ſoꝛoꝛꝭ tue ſupbia: ſaturitas panis ⁊ abundãtia ſcʒ diuitiarũ: ⁊ luxuria ⁊ ociũ ipſius ⁊ manum egeno ⁊ paupi nõ poꝛrigebãt: tu tñ o ingrate chꝛiſtiane peioꝛa q̃tidie ꝑpetras: qui poſt accepta tã manifeſta veritatis documẽta tã infinita charitatis inſignia: poſt effuſum chꝛiſti ſanguinẽ iflaris: ſupbia illaq̃aris: auaricia commeſſationibus vacas ⁊ ocio: nec eſt qui pupillis chꝛiſti marceſcentibus inedia miſereatur: vt Math. x. chꝛiſtus dicat. Amen. dico vobis tolerabilius erit terre zodomoꝝ ⁊ gomoꝛreoꝛum in die iudicij: q̃ʒ illi ciuitati q̃ non recepit vos ſcʒ pauperes meos. Compto igitur ſcelere tam nephando pluit domin⁹ ſuper eos ignem ⁊ ſulphurem: ⁊ pꝛo vindicta criminis ſubuertit omnem circa regionem ñ ſolum reos ſed ⁊ paruulos eoꝛum ac iumẽta necnon terrenaſcentia ⁊ ipſam terram cõſumpſit ⁊ conuertit in mare moꝛtuum: vnde quaſi de igne infernali ſumpta eſt illa vindicta q̃ nõ poterat expectare pꝛopter inauditum ſcelus donec cetera peccata punirentur: dicitur autem mare moꝛtuum: quia ſm magiſtrum in hiſtoꝛijs: nec piſces nec aues in eo viuunt nec aliquam materiam ſuſtinet niſi bitumina tam: nam omne carens vita ſubmergitur et econuerſo ſi quid viuum aliqua arte ſubmerſeris ſuperexilit adeo vt lucerna ardens ſupnatat que extincta mergitur: quia nihil viuũ in eo ſubmergi poteſt. Refert enim Joſeph⁹ ꝙ Veſpaſianus hoc experiri volens quoſdã manibus poſt terga vinctis iuſſit i altum maris pꝛoijci: ⁊ omnes tanquam vi ſpiritus ſurſum depulſi deſuper fluitabant: vnde in deteſtationem criminis feroꝛ maris huius eſt hoꝛribiliſſimus quaſi pꝛenũcium feroꝛis infernalis apte ſe declarans terra pꝛoinde circumiacens particeps maledictionis huius: arbores quidem pꝛoferũt pomiferas: quarum poma licet ad maturitatem deducta pulcherrima videantur: ſi tamen incidas fauillam int⁹ inuenies: que omnia ⁊ multa ſimilia in deteſtationem huius peccati a deo ſunt iflicta: vnde ⁊ vxoꝛ Loth retroſpiciens in ſtatuam ſalis verſa eſt: vt ſic oſtenderet dominus quantũ ei diſplicear peccati huius ſola memoria ⁊ in hoc quidem genere peccati computant̃ omnia peccata contra naturam que ſcʒ repugnant ipſi oꝛdini actus venerei qui conuenit humane ſpeciei de quibus in. vj. p̃cepto: oẽs em̃ qualiterq̃ʒ vitia cõtra naturã ꝑpetrantes ex quib⁹ ſcʒ pꝛoles ſequi nõ poteſt hoſtes ſunt ⁊ aduerſarij dei ⁊ deſtructoꝛes q̃ʒ generꝭ humani: quia deus creauit homines vt multiplicentur ſuper terram: ⁊ iſti dant operam vt pereat opus dei: hinc eſt ꝙ ſpecialiter clamat ad dominum pꝛo vindicta. quia vt dicit Augu. ꝑ illud violatur ſocietas que nob̃ cum deo eſſe debet: cum eadem natura cuius auctoꝛ ipſe eſt libidinis peruerſitate polluitur. Dicit etiam Augu. ꝙ videns deus vitiũ contra naturam in humana natura fieri: fere deſijt incarnari: cuius etiam vindicta ptʒ Geñ. xxxviij. vbi dicitur: ꝙ Her pꝛimogenitus Jude nequã fuit in conſpectu domini: vnde dicunt doctoꝛes hebꝛei: ꝙ ad vxoꝛem ſuam afficiebatur libidinoſe: ⁊ ideo p̃cauebat ne impꝛegnaretur fundẽs ſemẽ extra vas debitũ. ne ſcʒ ex impꝛegnatiõe eius pulchꝛitudo minueretur aut eius cõcubitu ad tẽpus fruſtraret̃: ⁊ ideo diuino iudicio iuxta eam inuẽtus ẽ moꝛtuus vt dicit glo. Similiter ⁊ frater eius fundebat ſemen ſuper terram eo ꝙ pꝛimogenitus filius aſſcriberetur fr̃i defuncto non ſibi: ⁊ ideo percuſſit eum dominus ⁊ moꝛtuus ẽ: ſic pereunt ineternum libidinoſi peccatoꝛes a facie dei: qui cõtra naturam peccantes nature auctoꝛem repugnant. Omnis nanq; libidinoſa pollutio pꝛocurata quam ex ſuo genere vel modo ſuſceptio pꝛolis ſequi non poteſt: vitiũ contra naturam iudicatur: multo tamen execrabilioꝛ eſt inter illa reſolutio que fit in vitio zodomitico: quod vitium pꝛopter ſuam abominabilitatem apoſtolus ad Romanos. j. Vocat anthonomatice turpitudinem: nam poſt peccatum beſtialitatis iſtud vitium abominabilius vel teſtabilius iudicatur adeo ꝙ ad hoc vitium p̃cauẽdum antiqui p̃res reperiũtur adulteriũ vl' ſtupꝛum q̃ſi nihil reputaſſe reſpectu iſtius vitij: obtulit enim Loth duas filias virgines ad publicũ ſtupꝛum vt impediret h̃ vitiũ. Et alius q̃dẽ vt habet̃ Judicum. xix. obtulit filiã ꝟginem dicẽs: Habeo filiam ꝟginẽ ⁊ h̃ homo habet cõcubinã ⁊c̃. ⁊ ſequitur: Tñ obſecro vt ſcelus hoc ꝯ natu

ram non opeminiſn virum. Nimirum cū re/
fert Methodius vitium hoc fuit cauſa gene
ralis diluuij. ¶ Tertiū pinde pctm̄ ad de
um ꝑ vindicta clamans eſt oppꝛeſſio vel af/
flictio viduaꝝ ⁊ pupilloꝝ. ꝯ qđ dꝛ Exod. xx.
Vidue ⁊ pupillo nō nocebis: ſi leſeritis eos
clamabunt ad me ⁊ ego exaudiam eos ⁊ cla
moꝛes eoꝝ: Et ſi querit. que dꝛ vidua. dicen/
dū ꝙ vulgari ſermone illa vidua dꝛ cuiꝰ ma
ritus moꝛtuus ē: vt ptꝫ: xxxiiij. di. c. vidua. ⁊ q̄
deſijt eſſe nupta: vnde ⁊ virgo vidua eſſe dꝛ.
C. de. ver. ſig. l. malū. §. vidua. ſed dꝛ magis ꝓ
pꝛie vidua que ſuis vel parentū opibꝫ ſuſten
tari nō pōt: vt ptꝫ. j. q. ij. c. ſicut epiſcopū. §. au/
ctoꝛitate vbi ſubdit: viduas honoꝛa q̄ vere
vidue ſunt: que aūt nō ſunt vere vidue. id eſt
q̄ ſuis vel parentū opibꝫ ſuſtentari pñt nō re/
cipiant: vt eccleſia ſufficiat his que vere vi/
due ſunt. ⁊ tales vidue vt patꝫ ex h̄ ab eccl̄ia
ꝓuidere debent quātū poſſibile eſt. Similit
⁊ alij paupes ac perſone miſerabiles q̄ nō ha
bent alias vnde ſuſtentent: vt ptꝫ. lxxxij. di. c.
j. ⁊ ij. vnde rationabiliter dici poteſt: ꝙ ſub no
mine vidue ⁊ pupilli continentur omnes per
ſone miſerabiles. Miſerabilis perſona vero
dicit ſup quam natura mouetur ad miſeran/
dum: ſiue vir ſiue mulier pauper. oppꝛeſſus:
debilis: infirmus vel deſolatus. Eſt etiam ꝑ
ſona miſerabilis que cauſas pꝛopꝛias admi/
niſtrare nō poteſt: ſiue ſit vidua: pupillus: oꝛ/
phanꝰ: cecus: ſenex. decrepitꝰ: diuturno moꝛ/
bo fatigatus ⁊ omnes quibus natura moue/
tur ad miſerandum pꝛopter iniuriam foꝛtu/
ne: licet etiam diuites ſint: ⁊ tales etiam tene/
tur defendere ⁊ adiuuare licet eſſent diuites.
Hinc etiam viduis ⁊ pupillis conceſſit impe
ratoꝛ magnum pꝛiuilegium ⁊ earū cauſe ſpe/
ctant ad iudicium eccl̄ie. ⁊ ideo miniſtris ec/
cleſie conceditur: ꝙ pꝛo ſe ⁊ pꝛo miſerabilibꝫ
perſonis defendēdis in iudicijs ſecularibus
intendere poſſunt queſtionibus: vt patet ex/
pꝛeſſe. lxxxvj. di. c. peruenit: ⁊ hoc eſt ex cōci/
lio calcedon. lxxxvij. di. c. deſolatis. lxxxviij.
diſtin. ca. j. Et extra de poſtulando. c. j. ⁊. vlt.
cum gloſis: ¶ Peccatū igit oppꝛeſſionis ta/
liū miſerabiliū pſonaꝝ clamat ad dominū ꝑ
vindictā. Nimirum cum talibꝰ perſonis ī ne
ceſſitatibus non ſubuenire mutuando vl̄ ab
eis debita cum nimia auſteritate repetere iu/
dicatur eſſe peccatum pꝛo vindicta clamans
ad dominum. Quātū aūt ad pꝛimum p̄cepit
dñs Deu. xvj. dicens. Si vnus de fratribus
tuis ad paupitatē deuenerit: non obdurabis
coꝛ tuū nec ꝯtrahes manū tuā ſed dabis mu
tuū q̄ eū indigere pſpexeris. caue ne foꝛte tibi
ſubrepat ipſa cogitatio ⁊ dicas in coꝛde tuo:
appꝛopinquat ſeptimꝰ annus remiſſionis in
q̄ n̄ licebit repetere d̄bita vl̄ mutuata niſi āno
finito ⁊ auertas oc̄l'os a paupe fr̄e tuo: nolēs
ei qđ poſtulat mutuū comodare: nē clamet ꝯ
te ad dñm ⁊ fiat tibi ī pctm̄. Vñ dicūt hebꝛei
ſup Ruth. j. ꝙ ꝓpter famē que acciderat ī ter/
ra iſr̄ multi paupes currebāt ad elimelech
virū noemi. qꝛ diues erat ⁊ potens: ſed quia
ꝓpter eius auariciam durū illi fuerat paupibꝫ
dare vel comodare: iō ad euitādas eoꝝ ipoꝛ
tunitates exijt de terra ſua cum bonis mobi/
libus que habebat: ⁊ quia ꝓpter malam cau
ſam exijt. diuino iudicio peregrinus interijt
in egeſtate cum duobus filijs: vnde reuerſa
vxoꝛ eius Noemi in terram ſuam ait. Egreſ/
ſa ſum plena ſcilicꝫ filijs ⁊ diuitijs: ⁊ vacuam
me reduxit dñs Quantum etiam ad ſcđm di
citur. Exod. xxij. Si pecuniam mutuo dede/
ris pupillo meo paupi: non vꝛgebis eum qua
ſi exactoꝛ. Lira repetens debitū cū nimia au/
ſteritate q̄ꝫ diu impotens eſt ad ſoluendum:
ſequitur nec vſuris vi oppꝛimes. Ex quibus
liquido patet ꝙ creditoꝛ debitoꝛē oppꝛimēs
quem ſcit impotentem abſoluendū: ꝓmptꝫ
tamen ad ſatiſfaciendum iudicio bonoꝝ gra
uiſſime peccat: niſi foꝛte debitoꝛ abſolutionez
negligentius agat: ſua ludis ⁊ commeſſatio
nibus conſumens ac ocio vacans ⁊ ad ſoluē
dum quaſi nullam curam adhibens: vnde p̄
dicti creditoꝛis vt pauperem taliter oppꝛimē
tis peccatum pꝛo vindicta clamitat in celum
ſicut reſponſum eſt conquirentibus: Eſaie:
lviij. Quare ieiunauimus ⁊ non aſpexiſti: hu
miliauimus animas noſtras ⁊ neſciſti: Ecce
inquit in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas
veſtra non mea ſcilꝫ illa ꝙ omnes debitoꝛes
veſtros repetitis: ad hoc enim tūc vacabant
eo ꝙ vſqꝫ ad noctē tunc ieiunabant: ſequitur
Ecce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis ſcꝫ cū
lite debita repetentes: glo. ibidem: qui repetit
non habentem deo facit violentiam: ⁊ ideo
ſubdit: vt audiatur in excelſo clamoꝛ veſter:
nā omnis oppꝛeſſio pꝛoximi clamat ad deuꝫ
vindictam: vt patet Exod. xxij. Si clamaue/
rit ad me exaudiam eum qꝛ miſericoꝛs ſum.
Hinc dominus dicit Exo. iij. Vidi afflictio/
nē populi mei qui ē in egypto ⁊ clamoꝛē eius
audiui ꝓpter duriciam eoꝝ qui p̄ſunt opibus
⁊ ſciens doloꝛem eius deſcendi vt liberarem
eum. Quem ingenua nobilitate Trayanꝰ i/
peratoꝛ licet gentilis imitatꝰ eſt. Nā ſm̄ He
linandum in geſtis romanoꝝ. cū Trayanus
imperatoꝛ equū aſcēdiſſet ad bellū ꝓfecturꝰ
vidua quedam app̄henſo pede illius miſera
biliter lugens: iuſticiā ſibi fieri petijt. de his q̄
filium ſuū innocentē occiderāt dicēs. Tu au/
guſte īperas: ⁊ ego tam atrocē iniuriā patioꝛ:
cui imperatoꝛ. Ego tibi ſatiſfaciam cū redie/
ro. cui illa. Quid ſi non redieris: Succeſſoꝛ
meus inquit ſatiſfaciet. ⁊ illa. Quid tibi pꝛo/
deſt ſi alius benefecerit. tu mihi debitoꝛ es ſꝫ
merita recepturus: ⁊ fraus eſt vtiqꝫ reddere
nolle quod debetur: ſucceſſoꝛ tuus iniuriam
patientibus ꝑ ſe tenebitur: nō te liberabit iu/
ſticia aliena. nam bene agetur cuꝫ ſucceſſoꝛe
tuo ſi te liberauerit. his verbis motus impe/
ratoꝛ de equo deſcēdēs cauſam perſonaliter
examinās viduā cōdigna ſatiſfactiōe cōſola/
tus ē: vnde in foꝛo trayano ſtatua fuit poſita
rep̄ſentans quomō in expeditiōe poſitꝰ vidu
am liberauit: ⁊ in ſenatu clamatū ē nō alter/
felicioꝛ Auguſto nec melioꝛ Trayano.
¶ Quartū deniqꝫ peccatuꝫ eſt detentio mer/
cedis operarioꝛum iniuſta. de qua dꝛ Deut.
xxiiij. Nō negabis mercedē indigētis ⁊ pau/
peris fratris tui: ſiue aduene qui tecū moꝛat
in terra: ⁊ intra poꝛtas tuas ē: ſed eadem die
reddes ei pꝛecium laboꝛis ſui ante ſolis occa
ſum: quia paup ē ⁊ ex eo ſuſtentat animā ſuā:
ne clamet contra te ad dominū ⁊ reputetur
tibi in peccatum. Et ſi queris in quale ⁊ inqꝫ
enoꝛme peccatū reputabitur. Reſpōdet ſa/
piens Eccl. xxxiiij. Qui effundit ſanguinem
et qui fraudem facit mercēnario fratres ſunt
qꝛ ambo ſūt peccata vindictā ad deū clamā/
tia. Dicit eñ Jacobi. v. Ecce merces opera/
rioꝛum veſtroꝝ q̄ meſſuerūt regiones vr̄as
qui fraudati ſunt a vobis clamāt: ⁊ clamoꝛ
eoꝝ in aures domini ſabaoth introijt. Et dic̄
notāter ꝙ merces clamant nō mercēnarius:
qꝛ plerūqꝫ paup leſus iniuratus vel a merce/
de fraudatus: nec mutire quidē audet pꝛe ti/
moꝛe diuitis: ⁊ ex eo clamoꝛ mercedis efficit
violētioꝛ: ſicut patuit de filijs iſrl̄ in laboꝛe lu
ti ⁊ lateris nequiter opp̄ſſis ab egyptijs. Et ſi
queritur: an non liceat pꝛotrahere ſolutionē
in craſtinū in caſu ꝙ tūc certitudinaliter ſol/
ueretur. Ad h̄ rñdet dñs Leui. xix. Nō mo/
rabitur opꝰ mercēnarij tui apud te vſqꝫ ma/
ne glo. merces ſcꝫ qua foꝛſitā viuit cum vxo/
re ſua ⁊ filijs ⁊ parētibꝫ: ſi defertur deficit v/
ctus ⁊ ſi craſtinum recipit vim tñ ⁊ calūniaꝫ
pertulit. qꝛ interim vnde viueret nō habuit:
hoc ꝯ multas q̄ ſolutionem pꝛotrahunt non
ſolū de die in diem ſed etiā de anno in annū:
immo plerūqꝫ tandē vl̄ debita negant vl̄ qđ
peius ē ſibi ſeruiētibꝫ falſo crimine īponūt vt
hac occaſione ſolutionē debitā ſubterfugiant
in futurum dānationē multiplicem recepturi
Ad laudem dei omnipotētis.

## ¶ De peccato criminali/ oꝛiginali/ actuali: moꝛtali ⁊ veniali. Ser. vij

Non occides Exo. xx. Jn p̄
cedētibus expediti de homicidio
coꝛpoꝛali: quod opere vel manu
cōmittit. Jam oꝛdine debito pſequendum d̄
homicidio ſpūali ſcꝫ ipſius anime: qđ in ſe vel
etiā in pximo cōmittit. Jn pximo quidem ꝑ
peccatū manifeſtum qđ ſcandala ſuſcitat pu
ſilloꝝ. Jn ſe vero ꝑ quodlibet pctm̄ moꝛtale
ſiue occultum ſiue manifeſtum. Ad pſequen/
dū igitur pꝛimo homicidiū ſpirituale ꝙ vnꝰ
quiſqꝫ peccatoꝛ in ſeipſo committit: ſciendꝫ
eſt ꝙ peccatum eſt idem qđ pꝛauus actꝰ. De
lictum vero boni deſertio quaſi derelictum:
qꝛ dicit Augu. in queſtionibꝫ leuiter ꝙ decli/
nare a bono delictum eſt: facere vero malū
pctm̄ ē. Jndifferenter tamen ⁊ pctm̄ nomie
delicti ⁊ delictū nomine peccati appellatur
¶ Hic ergo queri poteſt que ſit differētia
inter criminalia ⁊ moꝛtalia: cū vtrunqꝫ ſepiꝰ
in ſcriptura ſacra inueniatur. Ad hoc breuit
dicendum: ꝙ eſt differentia inter ea ſicut int
genus ⁊ ſpeciem: nam q̄cunqꝫ peccata ſunt
criminalia ſunt etiam moꝛtalia: ſed non ecō/
uerſo. multa nanqꝫ ſunt moꝛtalia q̄ non ſunt
criminalia. qꝛ nō inducunt decapitationem:
depoſitionem: exiliū: ⁊ detruſionem in carce/
rem: licet etiaꝫ omne peccatū moꝛtale voca/
tur quodammodo crimen: pꝛop. ie tamen cri
men ē graue pctm̄ accuſatione ⁊ damnatiōe
digniſſimum: vt dicitur. lxxxv. diſt. cap. j. in. fi.
Unde pꝛimum pctm̄ criminale eſt peccare ī
fidem trinitatis. Secundū crimē ē pctm̄ con
tra naturam: Tertiū eſt homicidiū: Quartū
eſt crimen leſe maieſtatis. Quintū ē ſacrilegi
um cum effractione violenta. Sextū eſt ince
ſtus. Septimū adulteriū. Octauum cōſpira
tio. Nonū falſum teſtimoniū: Decimū ſimo
nia in oꝛdine ⁊ beneficio. Undecimum vſu/
ra. Omnia iſta ſunt criminalia maioꝛa accu

ſatione ⁊ damnatione digniſſima. Alia vero peccata non vocantur recte criminalia: quia non ſunt capitalia licet ſint mortalia: ſunt em̄ diſpēſabilia ſine diſcoloratiōe eccleſie: hec archidia: xxv. diſt. ca. alias. Verūtñ nō ſolū criminalia ſed etiā oīa mortalia mortē inducūt aīe ipſius operātis: Infinitā em̄ iacturā mortale pctm̄ operat̄ in homine nā inter cetera offendit deum ⁊ vniuerſam ecclīā triūphātē ſpirituſſcti pign⁹ aufert: mētē macula obnubilat ⁊ charitate nudat: merita mortificat opa inmortali fctā annihilat: aīaꝫ vita eťna puat ⁊ finalit̄ dānat ⁊ apoſtaticis ſpiritib⁹ tam ſiti udieꝙ reprobatione aſſociat. ¶ Sꝫ qꝛ duplex eſt peccatuꝫ ſpiritualem mortē adducēs ſcilicet originale ⁊ actuale mortale. Primo q̄ri poteſt quid ſit peccatū originale. Ad h̄ dicendum ſm doctores ꝙ illud peccatū originale dicitur qd̄ ab origine natiuitatis contrahitur qꝛ ſm aplm̄. Omnes naſcimur filij ire. ⁊ contrahitur ex Ada p carnē ꝓpagatam ex eo. Nam dicit compendiū theologie: ꝙ lꝫ anima non ſit ex traduce. culpa tamē originalis ab anima ade tranſit ad animas poſterorꝫ mediante carne p concupiſcentiam generata ſicut enim ab anima ade ipſo adā peccāte infecta fuit caro ade ⁊ effecta ꝓna ab libidineꝫ ſic caro ſeminata ſecum trahens infectionem vitiat animas poſterorum. Ex quo patet ꝙ originale peccatum eſt ī carne ⁊ in anima: ſꝫ in carne materialiter ⁊ originaliter. in anima vero formaliter ⁊ tanquam in ſubiecto. Dicit autem Inno: ꝙ originale peccatū nō ē fomes nec pronitas peccati: ſed q̄dam aīe macula fomiti annexa que delet̄ in baptiſmo: ſed quia fomiti eſt annexa ideo fomes vel illa pronitas aliquando dicitur originale peccatum: ⁊ ſm hoc intelligitur quod ait Augu. ſcꝫ ꝙ originale peccatum reatu tranſit in baptiſmo ſed actu remanet. quia macula que facit homineꝫ reum eterne pene: tranſit. vt de cetero ratione peccati illius non ſit aſtrictus eterne pene: minus tamē ꝓprie dicit̄ idem peccatum actu remanere: qua remanet ꝓnitas ex qua ſurgunt actuales concupiſcētie. ¶ Qꝫ ſi queritur: cū chr̄us ſatiſfecerit p paſſionē ſuaꝫ p peccato primorꝫ parentum ⁊ plene: ex quo originale deriuatur ad poſteros cur nō fuit ſublatum originale per mortem chriſti. Ad hoc reſpondet arch. de pe. diſt. j. c. ſerpens ꝙ cum Adam ⁊ Eua peccauerunt traſgrediēdo p̄ceptum domini. oēs eram⁹ in ipſis originaliter vel ſeminaliter: ⁊ ideo quodāmodo omnes peccauimus ipſis peccantib⁹: ſed in chriſto cum ſatiſfecit p peccato pmorꝫ parentum non eramus. ⁊ iō p ipſius ſatiſfactionē illud pctm̄ ſublatum fuit. ¶ Et ſi queritur cur originale pctm̄ imputetur anime: cū illud tantum ꝯtrahat̄ ex carnis corruptione. Ad hoc quidam dicunt ꝙ ideo: qꝛ aīa cōdelectat̄ ipſi carni. ⁊ ideo illi etiam imputatur. Meli⁹ tamen dici poteſt ꝙ ibi quedā digna retributio notatur: prius em̄ peccauit anima pmi parētis ⁊ ita corrumpit ipſaꝫ carnē: ⁊ ideo modo corruptio carnis corrumpit aīam. ¶ Secundo queri poteſt vtrū peccatū originale fuerit grauius alijs peccatis mortalibus: p̄ſertim cum pena culpe ꝓportionari debet. ſed pctm̄ illud grauiſſime punitum eſt: Ad hoc rñdet Tho. ſcda ſcde: q. clxiij. ꝙ in peccato duplex grauitas attēdi poteſt. Una q̄dem ex ipa ſpecie peccati: ſicut dicimus adulterium grauius eſſe peccatū ſimplici fornicatione. Alia grauitas peccati eſt que attenditur ſm aliquam circūſtantiam loci tēporis vel perſone. ſed p̄ma grauitas eſſentialior ⁊ pncipaliorē peccato: vnde ſm eaꝫ magis pctm̄ dicitur graue ꝙ̄ ſm aliam. Dicendū ē igit̄ ꝙ pctm̄ prothoparentis non fuit grauius omnib⁹ alijs peccatis humanis ſm peccati ſpeciem: qꝛ licꝫ ſupbia ſm genus ſuū habeat quādam excellentiaꝫ inter alia peccata. maior tamē eſt ſupbia qua quis deum negat vel blaſphemat: quaꝫ ſuperbia qua quis inordinate diuinam ſimilitudinem appetit: qualis fuit ſupbia primorū parentū: qui ſcꝫ ſunt inordinate ſupra ſuam menſuram appetierūt diuinā ſiītudinem ꝙ̄tuꝫ ad ſciaꝫ boni ⁊ mali ſic̄ ſerpēs eis ſuggeſſit: vt. ſ. p virtutem ꝓprie nature determinaret ſibi q̄d eſſet bonū ⁊ q̄d malū ⁊ vlterius ꝙ̄tū ad ꝓpriam ptātem opādi: vt. ſ. v̄tutē ꝓprie nature oparet̄ ad beatitudinem ꝯſequēdam verūtñ ſm ꝯditionem pſonaꝝ peccantiū habuit illud pctm̄ maximam grauitatem ꝓpter perfectionem ſtatus ipoꝝ: vnde dicit Aug. xiiij. de ciui. dei. Magna fuit i peccando iniq̄tas vbi tanta fuit in nō peccando facilitas: habebāt em̄ primi parētes maximā ad nō peccandi facilitatē: qꝛ nihil habebāt intrinſec⁹ quod eos ad peccandū impelleret ⁊ ſugeſtiōibus diaboli ſine omni difficultate ⁊ reſiſtere potuiſſent: ⁊ ſicut pctm̄ illud ſm qd̄ fuit grauiſſimū ſed non ſimpliciter ac pene magnitudo q̄ ꝯſecuta eſt ad illud pmū peccatū nō correſpōdet peccato ſm quantitatē ꝓprie ſpeciei: ſed inq̄ꝫtum fuit ex hoc interrupta primi ſtatus innocentia: qua ſubtracta deordinata eſt tota humana natura q̄ tunc virtualiter erat in primis parentib⁹. Nam qꝛ primi parentes inſtituti fuerūt a deo: nō quaſi quedā perſone ſingulares: ſ ſicut quedā pncipia totius hūane nature ab eis in poſteris deriuādē: ſimul cum beneficio diuino p̄ſeruante a morte ⁊ alijs defectibus corpalibus ⁊ ſpūalibus: ideo p eorū pctm̄ tota hūana natura in poſteros tali beneficio deſtituta: mortē ⁊ defectus multiphariꝯs incurrit: inſuper ⁊ dānationem eternā anime ⁊ corpis ſaltē ꝙ̄ꝫtum ad penā dāni. B

Tertio queri pōt de pctō actuali mortali qñ ſcꝫ pctm̄ dicit̄ mortale ⁊ quādo non. Ad hoc dicendū ꝙ pctm̄ mortale dupliciter cōtingit fieri. Primo per accidens ſicut ꝯſcientia erronea facit ibidē eſſe mortale pctm̄ vbi ſm ſe nō erat mortale pctm̄ vel etiā nullū peccatū: de qua ꝯſcientia erronea plura dixiſſe memini in ſermonib⁹ de tribus partib⁹ pnīe in ſermone ſecundo de opibus miſericordie ſpūalis. Vel etiā ꝯtingit ibidem eſſe mortale per accidens ꝓpter ſcandalū puſillorꝝ: qꝛ licet non ſit ſm ſe malū tamen habet ſpeciē mali: ⁊ de hoc videbit̄ in ſermone ſequenti. ¶ Secūdo fieri pōt aliq̄d pctm̄ mortale ſimpliciter ⁊ per ſe: ⁊ de hoc eſt pñs queſtio. Ad quā rñdet Tho. ſcda ſe. q. xxxv. ꝙ pctm̄ ex hoc mortale dr̄ qꝛ tollit ſpūalem vitā que eſt per charitatē: nam illud peccatū ex ſuo genere iudicat̄ mortale qd̄ ſm propriā ſuā rationē charitati ꝯtrariatur. Conſiderandū tamen eſt in oībus peccatis q̄ ſunt mortalia ſꝫ genus ſuū ꝙ nō ſunt mortalia niſi quādo ſuā perfectionē ꝯſequuntur: per cōſenſuꝫ rationis: quia ſi fuerit tantū inchoatio peccati in ſola ſenſualitate: nō pertingēs vſꝙ ad cōſenſum rationis: tunc ꝓpter inpfectionem actus eſt pctm̄ veniale ſicut in genere adulterij cōcupiſcentia que cōſiſtit in ſola ſenſualitate eſt peccatū veniale: ſed cū peruenitur ad ꝯſenſum rationis: tunc eſt mortale. Et idem dicendū eſt de primis motibus ire vel inuidie que reperiunt̄ etiam q̄ñꝙ in viris perfectis: ⁊ ſunt peccata venialia: vt dicit Tho. ibidē. q. xxxvj

C Quarto queri pōt: vtrum peccatū veniale poſſit fieri mortale: p̄ſertim cum dicit Auguſtinus exponens illud Jo. Qui i credulus eſt filio nō videbit vitam: ꝙ peccata minima id eſt venialia ſi negligunt̄ occidunt: nihil aūt occidit ſpiritualiter niſi peccatum mortale.

¶ Ad hoc reſpōdet Thomas. prima ſcde. q. lxxxviij. ꝙ peccatū veniale fieri mortale: pōt intelligi tripliciter: Uno modo ſic ꝙ idē actus numero poſſit prius eſſe peccatum veniale: ⁊ poſtea mortale: ⁊ hoc fieri non pōt: qꝛ peccatū pncipaliter conſiſtit in actu volūtatis ſicut ⁊ quilibet actus moralis: vnde nō dicitur vnus act⁹ moraliter ſi volūtas mutetur: ꝙ̄uis etiā actio ſm naturā ſit continua. Si aūt voluntas nō mutet̄ non pōt eſſe ꝙ de veniali fiat mortale: qꝛ peccatū veniale ⁊ mortale ſunt diuerſe ſpecies peccati. Alio modo pōt intelligi ꝙ multa venialia conſtituant vnū peccatū mortale: ⁊ hoc etiam fieri nō poteſt: non enim oīa peccata venialia totius mundi pñt habere tantū de reatu quantū vnum peccatū mortale nec quidem ex parte durationis quia mortale habet reatū eterne pene: peccatū autem veniale reatū pene temporalis: nec etiaꝫ ex parte dāni: qꝛ mortale meret̄ carentiā viſionis diuine: cui nulla alia pena cōparari pōt vt dicit Chryſ. Nec deniꝙ ex parte pene ſenſus ꝙ̄ꝫtum ad vermen ꝯſcientie: licet forte ꝙ̄ꝫtum ad penā ignis non ſunt improportinabiles pene. ¶ Tertio modo pōt intelligi: ſic vt id qd̄ eſt veniale ex genere ſuo: fiat aliquādo mortale: ⁊ hoc quidē eſt poſſibile ſcꝫ inq̄ꝫtum ꝯſtituitur in eo finis: vel inq̄ꝫtum refertur ad mortale peccatū ſicut ad finem: licet econtra mortale nō poteſt fieri veniale: cuius ratio eſt quia mortale ⁊ veniale differūt ſicut pfectū ⁊ imperfectū in genere peccati: impfectum aūt per aliquā additionem ad perfectionē venire poteſt: ⁊ ſic veniale per hoc ꝙ additur ei difformitas ptinens ad genus peccati mortalis efficitur mortale: ſicut cū quis dicit verbū ocioſum vt aliquā incitet ad fornicationē: ſed id qd̄ eſt perfectū non pōt fieri imperfectū p additionē: ⁊ ideo pctm̄ mortale nō fit veniale p id ꝙ additur ei aliqua deformitas pertinens ad aliquod genus peccati venialis: poteſt tamen id qd̄ eſt ex genere mortale eſſe veniale ꝓpter imperfectionē actus vt prius dictū eſt: vnde breuiter actus qui eſt ex ſuo genere venialis quatuor modis fieri poteſt mortalis. Primo ex conſcientia erronea: qꝛ quicquid fit ꝯtra conſcientiā edificat ad gehennā: ſi etiam fit contra ꝯſcientiam erroneam: vt diffuſe patet in ſermone. ij. de operibus miſericordie ſpiritualis in lib. de tribus partibus penitentie. Et hec eſt ratio: quia cū in peccato duo ſunt ſcꝫ auerſio a bono incōmutabili: ⁊ conuerſio

ad bonū cõmutabile: penes primū pncipaliter iudicat̃ pctm̄: qꝛ illud eſt quaſi formale: ⁊ ſm quaſi materiale. Hinc eſt ꝙ q̃uis leuare feſtucā de terra leue videat̃ vel indifferens: tñ quando fit ɔtra conſcientiā pctm̄ eſt: qꝛ ſemꝑ intelligitur bonū incõmutabile ſitq̄ʒ auerſio a peccatore. Alias a creatore. Secūdo ex complacētia: dicit enī Aug. ꝙ nullū pctm̄ eſt adeo veniale ꝙ nõ fiat mortale dū placet. Signū aūt cõplacentie mortale pctm̄ cõſtituentis eſt qñ tantū inheret tali veniali ꝙ etiā nõ dimitteret ſi mortale eſſet. Tertio pinde ex quadā diſpoſitione: qꝛ ꝑ frequentē lapſum in venialia diſponit̃ quis ad mortale: ⁊ ſm hoc intelligit̃ illud Aug. Uitaſti grandia videas ne obruaris arena. hoc enī dicit: qꝛ ſepe de pctis minutis dū nimis frequentant̃ deuenit̃ ad magna ſicut de modica ſcintilla quandoq̄ʒ ſurgit magnus ignis: ſic enī ɔſuetudo venialiū cadere facit in mortale: ⁊ ſicut ɔſuetudo iurandi cadere facit in periuriū ꝑ occaſionē: ⁊ ſm hunc ſenſuʒ dicit̃ de pe. di. j. c. tres ſunt: vbi ſubdit̃. Illa vtiq̄ʒ q̄ humana fragilitate: q̃uis parua tamen crebra ſurrepunt: ſi collecta circa nos fuerint: ita nos grauabunt ⁊ opprimēt ſicut vnū aliquod grande peccatū. Quid enī intereſt ad naufragiū: vtrum vno grādi fluctu nauis operiatur ⁊ obruatur: an paulatim ſurrepens aqua in ſentinā ac per negligentiā culpam derelicta atq̄ʒ ɔtempta impleat nauem atq̄ʒ ſubmergat. Quarto deniq̄ʒ ex progreſſu. qꝛ quādo inſurgit veniale poſſet progredi ad mortale: non qꝛ ipſum veniale in ſubſtātia fieret mortale: ſed qꝛ ex ipſo occaſionaliter fieret mortale: per ɔſuetudinē enī ſemper creſceret ⁊ libido peccati ⁊ cõtemptus dei. Quinto q̃ri põt: vtrum ergo mortali debeat̃ pena infinita: ꝑſertim cum dicitur Hiere. x. Corripe me dñe: verūtamen in iudicio ⁊ nõ in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Ira vero vł furor dei metaphorice vindictā diuine iuſtitie ſignificat: redigi aūt in nihilum eſt pena infinita. ſicut ex nihilo aliquid facere virtutis eſt infinite. ¶ Ad hoc dicendū ſm Tho. prima 2e. q. lxxxvij. ꝙ pena proportionatur peccato: in peccato aūt duo ſunt: quoꝝ vnum eſt auerſio ab incõmutabili bono qđ eſt infinitū bonuʒ: ⁊ ex hac parte pctm̄ eſt infinitū: ⁊ ideo per cõſequens peccato debet̃ infinita pena: qꝛ tūc peccato correſpondet pena damni que eſt infinita: vtpote amiſſio boni infiniti ſcʒ dei. ¶ Aliđ autem qđ eſt in peccato eſt ad cõmutabile bonum inordinata cõuerſio: ⁊ ex hac parte peccatū eſt finitū: tum qꝛ bonū illud cõmutabile finitū eſt: tū etiam qꝛ ipſa cõuerſio finita eſt: actus enī creature nõ pñt eſſe infiniti: ⁊ ex hoc peccato correſpondet pena ſenſus que etiam eſt finita ſm quātitatem nõ tamen ſm durationem: ⁊ hoc propter tria. ¶ Primo qꝛ licet pena pctō proportionet̃ ſm acerbitatē: tā in iudicio diuino q̄ʒ humano: ſicut Aug. dicit. xxj. de ciui. dei. In nullo tamen iudici requiritur ꝙ pena adequetur culpe ſm durationem: ſicut culpa adulterij vel homicidij momentanea longa punit̃ pena carceris exilij vel etiaʒ mortis: in qua morte non cõſideratur occiſionis mora: ſed potius ꝙ aufertur a ſocietate viuentiū: ⁊ ſic ſuo modo repreſentat eternitatem pene inflicte diuinitus. ¶ Secūdo quia duratio pene correſpondere debʒ durationi culpe culpa vero q̃tum ad actum licet nõ duret eternaliter: tamen homo peccat in eterno ſuo. Dicitur enī quis in eterno ſuo peccare: non ſolum ſm continuationē actus in tota vita hominis durātis: ſed quia ex hoc ꝙ finem in peccato conſtituit: voluntatē habet in eternū peccandi. Dicit enī Greg. in. ij. moral. ꝙ tales voluiſſent ſine fine viuere. vt ſine fine potuiſſent in iniquitatibus permanere: ⁊ ideo iuſtum eſt ſm Grego. ꝙ qui in ſuo eterno peccat contra deū: in eterno dei puniat̃. ¶ Tertio vero quia duratio pene correſpondet durationi culpe: nõ quidem proprie ex parte actus q̄ temporalis eſt: ſed ex parte macule que remanet niſi per penitentiā deleatur: qua durānte remanet etiā reatus pene. Perſeuerat autem macula donec voluntas ecõuerſo ſe auertens a bono cõmutabili ad incõmutabile bonum ſe cõuertat: ꝙ ſi qđ abſit in auerſione tali moriatur: tunc in auerſiõe perpetua reprobatus obſtinat̃: ac per ɔſequēs punit̃. Dicit enī Tho. ſuper. iiij. di. xxj. ꝙ in illis qui damnant̃ nõ poteſt aliqua culpa dimitti: nec aliquis reatus tolli: cum charitate careant per quā ⁊ culpa purgatur ⁊ reatus tollitur: ⁊ quia deus nec veniale peccatū dimittit ſine mortali: ideo venialia pctā mortali coniuncta puniunt̃ etiam in dānatis eternaliter: etiā quantūcunq̄ʒ minima fuerint: etiā ſi ante pctm̄ mortale dimiſſum fuiſſet veniale quantū ad culpā manente reatu: Horū ratio eſt: quia tria requirunt̃ ad purgationem culpe vel reatus in futuro ſcʒ gratia pena ⁊ voluntas: nā gratia habens adiutorium pene ⁊ cõſonantiam voluntatis: potens ē purgare culpā ⁊ pctī ſcoriam: ſed in dānatis nõ ē grā. ⁊ eoꝝ volūtas ē in malo firmata. ⁊ ſic pena culpā purgare nõ poteſt.

## ¶ De ſcandalo tam actiuo q̄ʒ paſſiuo quando eſt peccatum mortale. quando veniale. ⁊ quando nullum

## ¶ Sermo vij

n On occides: Exo. xx. Secundo ꝓſequendo de homicidio ſpūali ipſius aīe qđ facto ɔmittit̃ in primo ſcʒ ꝑ ſcādalū puſilloꝝ A Primo q̃ri pt de ſcandalo q̄ ſpūale ꝑpetrat̃ homicidiū: vtrū diffiniat̃ eſſe dictū vel factū minus rectā prebēs occaſionē ruine ⁊ videt̃ ꝙ nõ: qꝛ cū inter actus ꝟtuoſos vel rectos vnus ſit rectior vel virtuoſior altero. illđ ſolū videt̃ nõ minus rectū eſſe qđ eſt rectiſſimū: ⁊ ſic ſequeret̃ ꝙ oīs actus virtuoſus p̄ter optimū eſſet ſcandalū. ¶ Ad h̄ rñdet ſanctꝰ Thom. ſcđa ſcđe. q. xliij. ꝙ ſic̄ dicit Hiero. ſup illđ Matt. xv. qđ grece ſcandalon đr. Nos offenſionem vł ruinā ⁊ īpenſionē pedis poſſumus dicere. Contingit ei q̄nq̄ʒ ꝙ aliq̄s obex ponit̃ alicui in via corporali cui īpingens diſponit̃ ad ruinā: ⁊ talis obex dicit̃ ſcandalū. ⁊ ſimiliter in ꝓceſſu vie ſpūalis cõtingit aliquē diſponi ad ruinā ſpūalem: ꝑ dictū vł factū alterius inq̄ʒtū. ſ. aliquis ammonitiõe ſua vł īductiõe aut exēplo alteꝝ trahit ad peccādū: ⁊ h̄ ꝓprie đr ſcandalum nihil autem ſm ꝓpriā rationē diſponit ad ſpūalem ruinam niſi qđ habet aliquē defectū rectitudinis. qꝛ id quod eſt pfecte rectum magis munit hominē contra caſū q̄ʒ ad ruinam inducat ⁊ ideo conuenienter dicit̃ quod dictum vł factū minus rectū ꝓbens occaſionem ruine ſit ſcandalum: nõ cogitatū vel affectatū: qꝛ hoc latet ī corde nec alteri ꝓponitur vt obex ad ruinā diſponens. Porro minus rectum non dicitur hic qđ ab aliquo alio ſupatur in rectitudine. ſed qđ habet aliquem rectitudinis defectum. eo qđ eſt ſm ſe malum: ſicut peccata. vł habet ſpeciē mali: ſicut cum aliquis incumbit in idolo q̃uis enim ſm ſe non ſit pctm̄ ſi q̄s hoc non faciat intentione corrupta: tamen qꝛ hʒ ſpeciē quandam vł ſimilitudinē venerationis idoli: põt alteri ꝓbere occaſiõeʒ ruine: ideo monet aplꝰs. j. Theſſa. v. Ab omi ſpē mala abſtinete vos Hinc cõueniēt̃ đr minꝰ rectū vt cõꝓhendātur tā illa q̄ ſunt ſm ſe pctā q̄ʒ illa q̄ habēt ſpeciē mali. ¶ Notandū tñ qđ dictū vł factum vnius põt alteri eſſe cauſa peccandi dupliciter. Uno mõ ꝑ ſe qñ q̄s ſuo malo verbo vel factõ intendit aliū ad peccandū inducere vł ſi ipſe hoc nõ intēdat tñ ipm̄ factū eſt tale ꝙ de ſui rõne hʒ vt ſit inductiuum ad peccādū: puta qꝛ publice facit pctm̄: vł qđ hʒ ſimilitudineʒ peccati ⁊ tūc q̄ fac̄ huiuſmodi actū ꝓprie dat occaſionē ruine: ⁊ vocat̃ ſcandalum actiuuʒ: eo ꝙ agens dat legitimam occaſionem ruine quod ſonat cām imꝑfectā aliqualit̃ ducens ad ruinam: ⁊ ꝓpter hoc non dicit̃ dans cām ruine: qꝛ nihil poteſt homini ſufficiēs eſſe cā peccati quod ē ſpūalis ruina niſi ꝓpria voluntas. ¶ Secūdo mõ ꝑ accidēs põt alteri eē cā peccādi quando ſcʒ p̄ter intentionē operātis ⁊ etiam p̄ter conditionē opis aliquis male diſpoſitus ex hmõi opere inducitur ad peccandum: puta cū aliq̄s inuidet bonis aliorum ⁊ tunc ille qui facit hmõi actū rectum: non dat occaſionem quātum in ſe eſt: ſed alius ſumit occaſionem ſm illud ad Roma. vij. Occaſione aūt accepta ꝑ mādatum peccatū opatum eſt in me omnē ɔcupiſcentiā: ſine lege eī mortuum erat pctm̄ ⁊c. ⁊ hoc dicit̃ ꝓprie ſcandalum paſſiuuʒ qđ fit ſine actiuo. qꝛ ille q̄ recte agit quantum ē de ſe: nõ dat occaſionē ruine quam alter patit̃: ſicut frequenter cõtingit in ſuſpicioſis ⁊ temerarie iudicantibus. q̄nq̄ʒ ēt contingit ꝙ ⁊ ſit ſimul ſcandalum actiuum in vno ⁊ paſſiuum in alio: puta cum ad inductionem vnius peccat alius quandoq̄ʒ deniq̄ʒ aliquis alium inducit ad peccādū verbo vł facto ſed alter non conſentit. ¶ Deinde ſecūdo queri poteſt: vtrum ſcandalū ſit peccatū: preſertim cum omne peccatum ſit voluntarium: adeo ꝙ ſi non eſſet voluntarium nõ eſſet peccatum: peccata nanq̄ʒ non veniūt ex neceſſitate: ſed ſcandalum venit ex neceſſitate: dicente domino Matth. xviij. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala. ¶ Ad hoc reſpõdet Tho. vbi. ſ. ꝙ ſcandalū actiuū ſemper eſt peccatū in eo qui ſcandalizat. quia vł ipſum opus qđ facit eſſe peccatum: vel etiam ſi habeat ſpeciem peccati dimittendum eſt propter proximi charitatem ex qua tenetur vnuſquiſq̄ʒ ꝓuidere proximi ſui ſaluti: ⁊ ſic q̄ non dimittit agit contra charitatem: poteſt tamē eſſe ſine peccato illius qui ſcandalizatur. i. occaſionē habet ruine. Silr̄ ſcandalum paſſiuum ſemꝑ ē pctm̄ ī eo qui ſcandalizatur. i. occaſionē recipit ruine: quia non ſcandalizat̃ niſi in quātum aliqualiter ruit ſpirituali ruina que eſt pctm̄.

Poteſt tamē ſcādalū paſſiuū eſſe ſine pec/
cato eius ex cui⁹ facto aliquis ſcādalizat̄:
ſicut cū ſcādalizat̄ de his q̄ ali⁹ benefecit:
Q₃ aūt dicit̄ neceſſe ē vt veniāt ſcandala
ſub intelligit̄ ſm cōditionē hominū: q₂ ſi/
bi a pctis nō cauēt: ſicut ſi medic⁹ vidēs
aliquos indebita dieta vtētes dicat: Ne/
ceſſe ē tales infirmari: qd̄ intelligēdum eſt
ſub hac cōditiōe: ſi dietā nō mutēt: ⁊ ſimili
ter neceſſe ē euenire ſcandala ſi hoīes con
uerſationē malā nō mutēt: vl̄ neceſſe ē eue
nire ſcādala neceſſitate finis: q₂ vtilia ſūt
ad hoc ꝙ qui probati ſunt manifeſti fiant.
B Ad maiorē euidentiā ſciendū ꝙ ſcan
dalū tā actiuū q̄₃ paſſiuū quādoq₃ pōt eſſe
veniale ⁊ quādoq₃ mortale nā ſcādalū ac
tiuū duplex ē ſc₃ p ſe et p accidēs. Per ſe q̄/
dē dicit̄ quādo intēdit iducere aliū ad pec/
cādū: ſi ergo intēdit ducere ꝓximū ad pec
cādū venialit̄ p actū peccati venial₃: ē ve/
niale pctm̄ ſed graue: vt cū quis aliū idu/
cit ad dicēdum mendaciū officioſū vl̄ ioco
ſū: ſicut cōtigit quotidie in familia domus
q̄ inducit̄ ad negādū dominū vel dominā
eſſe in domo vel ſilia. Si vo p actū pecca
ti venialis intēdit aliā inducere ad morta
le pctm̄: tūc ille actus qui ſm ſe ē venialis
fieret mortalis ex intētiōe: ſicut frequēter
euenit in diuerſis indicijs venerijs vt ī nu
tib⁹: affatib⁹: oſculis: amplexib⁹ et ſitibus
que in genere ſuo venialia ſūt ſi intentiōe
ſimplici fierēt vel etiā nulla pctā: ſ ſi libi/
dinoſe fiunt vl̄ ad ꝓuocādū fedū amorem
vl̄ cōcupiſcētiā in alio. tūc mortalia iudicā
tur ex intētiōe: q₂ ad cōpletionem mali ſuf/
ficit intētio mala: vt dicit Tho. in. iiij. imo
qd̄ ē p ſe bonū facit intentio praua malū et
damnabile: vt pz. j. q. j. c. marchion. §. vide
q̄₃tū bonū ē charitas. Q₃ ſi intēdit aliū in
ducere ad peccandū venialiter p actū pcti
mortalis: peccat mortal̄r ex duplici via.
Si deniq₃ intēdit aliū inducere ad peccan
dū mortaliter p actū pcti mortalis. ē mor/
tale grauiſſimū: vtpote ex oī pte aggraua/
tū ex opere: intentione et ex ſcādalo: vn̄ de
hmōi dicit̄ Math. xviij. Qui ſcandaliza/
uerit vnū de puſillis iſtis q̄ in me credunt
expedit ei vt ſuſpēdat̄ mola aſinaria in col
lo eius et demergat̄ in ꝓfundo maris. Se
cūdo vero dicit ſcādalū p accidēs quando
ſc₃ aliter ſcandalizant̄ preter intentionem
agentis: q₂ nō intēdit facto vel verbo dare
alteri occaſionē ruine ſed ſolum ſue ſatiſface
re voluntati: et factum ſm ſe diſponit ad ali/
quam ruinā ſpūalem: ⁊ hoc quādoq₃ ē pctm̄
veniale: puta cum aliquis actū pcti venialis
committit vel actū qui non eſt ſm ſe malus: ſ₃
habet ſpeciem mali cum aliqua leui īdiſcreti
one quo ſcandalo etiam infirmi ⁊ imperfecti
ſcandalizantur: Exemplū₃ habemus in Pe/
tro de quo dicit Paulus ad Gal. ij. Cum vi
diſſem ꝙ non recte ambularēt ad veritatem
euāgelij dixi cephe coram omnib₃: Si tu cū
iudeus ſis gentiliter ⁊ non iudaice viuis quo
modo gentes cogis iudaizare. vnde Petrus
in hoc peccauit. ⁊ reprehenſibilis fuit ſm ſen
tentiam pauli ⁊ Augu. ſubtrahens ſe a genti
bus vt vitaret ſcandalum iudeoꝝ quia hoc ī
caute aliqualiter faciebat ita ꝙ ex hoc genti
les conuerſi ad fidem ſcandalizabant̄ ⁊ hoc
ex eoꝝ imperfectione: q₂ factū petri non erat
tam graue quod inde merito poſſint alij ſcan
dalizari. Quādoq₃ vero ſcādalū eſt peccatū
mortale: vel q₂ cōmittit actum peccati morta
lis vel quia ↄtemnit ſalutē ꝓximi. cū p ea con
ſeruanda non p̄termittat aliquis facere qd̄ ſi
bi libuerit etiam ſi in ſe nō ſit pctm̄. Exempli
cā. Contingit quēpiam ab actu quidē pecca
ti ceſſare: ſed tamen puſilloꝝ ſcādalū non eui
tare: vtpote quia remanet cum illa ī caſtitate
quam prius tenuit in fornicatione: aut occul/
te recipit in vxorem quā in manifeſto habuit
concubinam: ⁊ de ſimilibus idē eſt iudiciū: in
quibus cauet̄ actuale pctm̄ ſed non āmouet̄
puſillorum ſcādalum: ⁊ ſic remanet in morta
le p̄cipicium: iuxta illud. j. Coꝛ. viij. Si autē₃
peccantes in fratres ⁊ p̄cutientes ↄſciam eo
rum īfirmā₃ in chriſtū pctis: q̄ꝓpter ſi eſca
ſcandalizat fratrē meū: non mādu cabo carnē
in eternū ne fratrē₃ meū ſcandalizem: in qui/
bus verbis oſtendit Paulus ꝙ ſolum propt̄
ſcandalum puſillorum carnes idolis immo
late non debent comedi. Nimirū q₂ ſpēs ma
li infirmis plurimum nocet ⁊ occidit eorum
animas pro quibus chriſtus mortuus ē: qd
ergo putas meretur pctm̄ notoriū vtiq₃ mul
tomagis eſt puniendū nō ſolū in futuro ſ₃ eti/
am in p̄nti: vt patet. xxiij. q. v. cū₃ quiſq₃. ⁊ vt
dicit Grego. in regiſtro. Peccata manifeſta
non ſunt occulta correctione purgāda: ſ₃ pa
lam ſunt arguēdi q̄ palam nocēt. vt dū aper/
ta obiurgatiōe ſanantur hi qui eos imitādo
dereliq̄rant corrigant̄. ꝙ ſi ex h̄ non emendā
tur ab ouili chriſti ſunt eijciendi: iuxta illud



xxiij. q. iij. c. reſecande ſunt putride carnes ⁊
ſcabioſa ouis a caulis repellenda: ne tota do/
mus maſſa corpus ⁊ pecora ardeat: corrūpa
tur: putreſcat: intereant. Arrius in alexandria
vna ſcintilla fuit: ſed q₂ non ſtatim oppreſſus
eſt: totū orbem eius flāma populata eſt: hoc
ibi. Hinc etiā plerumq₃ plura peccata noto/
ria ſequi ſolent plage generales: vnde. xlv. di.
c. ſed illud non ocioſe trāſcurrendū eſt: ꝙ v/
no peccante ira dei ſuper omnē populum ve/
nit: ⁊ exemplificat. j. q. iiij. ca. eccleſia. de pctō
Achan ⁊ Joſue. vij. de peccato egyptioꝝ pro
quo. x. plagas receperunt: vt Exod. ix. x. ⁊. xj.
De peccato quoq₃ filioꝝ Hely pro quo po/
pulus ⁊ archa traditi ſunt in manus philiſti/
noꝝ ⁊c̄. Deniq₃ cauſam ſubiungit in dicto. c.
ſed illud dicens. Que eſt iſta miſericordia v/
ni parcere ⁊ oīnes in diſcrimē adducere: pol/
luitur enī ex vno peccatore populus ſicut ex
vna oue morbida totus grex inficitur: ſic enī
vno vel fornicante vel aliud qd̄cunq₃ ſcelus
cōmittente plebs vniuerſa polluitur: hec ibi.
Quotquot aūt illius exemplo ad imitationē
inducuntur: tot animaꝝ occiſarum reus corā
deo conuincit̄: quas peremit veneno praui ex
empli: ⁊ ſi nullus inde ſequatur animarū in/
teritus tamen ſm Hiero. iudiciū patietur e/
ternū: quia venenū obtulit ſi fuiſſet qui bibe/
ret. C In his ergo notorijs peccatoribus
qui ſcandalo ſuo gregem vniuerſum inficiūt
duo ſunt obſeruanda. Primū eſt ſeuera ⁊ q̊t/
tidiana ab omnibus correctio: ⁊ in hoc nulli
parcendū eſt nec prelato nec ſeniori: vnde di/
citur. ij. q. vij. ca. Paulus dicit ſc₃. j. Timo. iiij.
Seniorem ne increpaueris: ſed hec eius re/
gula tūc eſt ſeruanda: cū culpa ſeniorum ſuo
exemplo nō trahit ad interitū corda iuniorū:
vbi aūt ſenior iuuenibus exemplū ad interitū
prebet: ibi diſtricta increpatione feriendus eſt
hoc ibi ⁊. xj. q. iij. c. precipue: vbi dicit̄: deteri⁹
quippe in populis prelati delinquunt: ac per
hoc crudelius q̄₃ ceteri puniunt̄. Sequitur:
q₂ ſi peruerſa inquā perpetrant: tot mortibus
digni ſunt: quot ad ſubditos ſuos perditionis
exempla tranſmittunt. Secundū eſt eoꝝ qui
correpti obedire contēnunt: ex cōmuni chriſti
anorum cōuerſatione per cenſurā eccleſiaſti/
cā eiectio: vt pz. xxiij. q. iij. c. iam ſacerdos q̄₃
reliqui oīnes fideles ſupremā debent habere
curā de his qui pereūt: quatenus eoꝝ redar
gutione aut corrigant̄ de pctis: aut ſi incorrigi
biles apparuerint ab eccleſia ſegregentur ſc₃
per excōmunicatione: nam pro quolibet mor/
tali manifeſto debet quis excōīcari: ſi aliter
nō vellet corrigi: vt pz. xj. q. iij. c. nemo epoꝝ:
exemplū de ver. ſig. c. ex parte. Qd̄ ſi fuerit ex
cōīcatus non ſolū nō eſt illi cōīcandū: ſed nec
illis qui talibus excōīcatis cōīcant. vt. xj. q. iij.
c. rogo ⁊ moneo ne cuiq₃ ſacerdoti ſupraſcri/
pto maximo cōīcanti cōtra animā ſuā quiſq₃
veſtrū cōmunicare p̄ſumat: glo. hoc v̄bū ro/
go hic p̄ceptiue ponit̄: monemus enī quos ha
bemus caros. ⁊. c. ſequenti cū glo. Ratio hui⁹
eſt: q₂ vt dicit̄ ibidem. c. oēs chriſtiani qui a ſa
cerdotibus excōīcantur ſathane tradunt̄ quō
ſc₃ q₂ extra eccleſiā eſt diabolus ſicut in eccle
ſia eſt xp̄s: ac per hoc quaſi diabolo tradit̄ qui
ab eccleſiaſtica cōmunione remouet̄: vnde il/
los quos tunc apl̄s ſathane traditos p̄dicat
ſc₃. j. Corin. v. Excōīcatos a ſe eſſe demōſtrat
⁊. ca. nihil ſic formidare d₃ xp̄ianus ⁊c̄. vide.
Si vero tales negligentie p̄latoꝝ per cenſu/
rā non artant̄ ad emendationem: tū ſummo/
pere ſunt vitādi: iuxta illud: ſi eccleſiā non au/
dierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publican⁹: ⁊ pau
lus. j. Corin. v. p̄cepit dicens. Scripſi vobis
ne ↄmiſceamini fornicarijs: glo. id eſt cū cri/
minoſis generaliter q̄ fornicant̄ a deo: nō vti
q₃ fornicarijs huius mūdi ſc₃ tm̄: vnde ſubdit
magis diſtincte ſi q̄s frater noīatur. i. xp̄ianus
⁊ eſt fornicator ſc₃ manifeſtus aūt auarus ſc₃
publice per vſurā ⁊ rapinam auaritiā ſuā oſtē
dens: aut maledicus. i. blaſphemator aut de/
tractor aſſiduus: aut ebrioſus. i. ebrietati aſſue
tus: cū hmōi: nec cibū ſumere: q̄₃diu. ſ. in his
perſeuerāt vt ſi cōfundant̄ ⁊ emendent̄: alio/
quin q̄ familiare cū eis frequentat ↄſortium:
pctōꝝ eorundē aſſumit participiū. Et ideo di
ctū eſt Joſephat regi iude. iij. Regū. vlti. Im
pio prebes auxiliū ⁊ his qui dn̄m oderunt a/
micitiā iungens: idcirco irā domini mereba/
ris ſc₃ ex rigore iuſtitie. Secundo de ſcādalo
paſſiuo ſciendū ꝙ ſcandalū paſſiuū importās
impacationē quandā per quā aliq̄s diſpōnit̄
ad ruinā: qn̄q₃ pōt eſſe veniale: puta cū aliq̄s
ex inordinato dicto vel facto alterius mouet̄
motu venialis peccati: ſicut frequenter cōtin/
git in ſuſpitionibus: qn̄q₃ vero eſt pctm̄ mor/
tale: puta cum aliquis ex inordinato facto vel
dicto alterius procedit vſq₃ ad mortale pec/
catū ſc₃ vel imitando pctm̄ mortale ab alis
perpetratū: vel temerarie iudicando id quod
ſm eius iudiciū videt̄ habere ſpeciem pecca/
ti mortalis. Porro de ſuſpitione ⁊ temerario

iudicio dicta ſufficiant iu ſermonib⁹ dominicalibus dñica.iij.poſt penthecoſten. ¶ Hic queri põt: vtrū bona ſpiritualia ſint ꝓpter ſcandalū ꝑtermittenda ſicut ſentire videt̃ Hiero.diſ. ꝙ dimittendū eſt ꝓpter ſcandalū omne qđ poteſt ꝑtermitti ſalua triplici veritate ſcꝫ vite: iuſtitie: ⁊ doctrine: ſed impleto conſilioꝝ multotiens ꝑtermitti poteſt ſalua triplici veritate ꝑdicta: q̄ tamen ꝯſilia ſunt maxima inter opera ſpiritualia: alioquin peccarent oĩes qui ꝑtermittunt. ¶ Ad hoc rñdet Tho. vbi.ſ. ꝙ in ſpiritualibus bonis diſtinguendū eſt: nā quedā hoꝝ ſunt de neceſſitate ſalutis que ꝑtermitti non poſſunt ſine peccato mortali: nullus autē peccare debet mortaliter nec venialiter vt alterius pctm̄ impediat: qꝛ ſm ordinē charitatꝭ plus diligere debet ſalutē propriā q̄ȝ alienā: ⁊ ideo talia nõ debent ꝑtermitti ꝓpter ſcandalū Exempli grã: qñqꝫ conſilioꝝ obſeruatio ⁊ operū miſericordie impletio ſunt de neceſſitate ſalutis in his qui iā vouerunt cõſilia ⁊ in his quibus ex debito iminet defectib⁹ alioꝝ ſubuenire. vel in tẽporalibus vt paſcendo eſuriētem: vel in ſpiritualibus vt docere ignorantē: ſiue hmõi fiant debita propter iniunctū officium: vt ptꝫ in ꝑlatis ſiue ꝓpter neceſſitatem indigentis: ⁊ tūc non ſunt ꝑtermittenda ꝓpter ſcandalū: qꝛ tunc ſunt de neceſſitate ſalutis. In his vero ſpiritualibus q̄ non ſunt de neceſſitate ſalutis: neqꝫ per ſe neqꝫ ꝑ accidens videt̃ diſtinguendū qꝛ ſcandalū qđ ex eis oritur qñqꝫ procedit ex malitia ſcꝫ aliqui volunt impedire hmõi ſpiritualia bona concitando ſcandalo: ⁊ hoc eſt ſcandalū phariſeoꝝ qui de doctrina domini ſcandalizabant̃: qđ domin⁹ docet eſſe ꝯtemnendū Matt.xv. dicens. Sinite illos ceci ſunt ⁊c̃. Veruntamen circa doctrinā duo ſunt ꝯſideranda ſcꝫ veritas q̄ docetur ⁊ illa eſt de neceſſitate ſalutis: vt ſcꝫ contrariū veritati non doceat: ⁊ ideo propter nullum ſcandalū qđ ſequi videat̃ debet ꝑtermiſſa veritate falſitatē docere. Secundū eſt ipſe actus docendi qui cõputatur inter elemoſynas ſpirituales: ⁊ ideo eadem ratio eſt de doctrina ſicut de alijs operibus miſericordie vt iam dictū eſt: vt ſic veritatem ſm congruentiā temporis ⁊ perſonarū ꝓponat ille cui incumbit docendi officiū: ſicut idem eſt iudiciū de correctione fraterna ad quā magis obligant̃ ſupiores q̄ȝ pares. Sed quomodo obligant̃ patet in alio ſermone de tribus partibus penitentie. Quandoqꝫ vero ſcandalū procedit ex infirmitate vel ignorantia ⁊ hmõi dicitur ſcandalum puſilloꝝ ꝓpter qđ ſunt ſpiritualia opa vel occultanda vel etiā interdū differenda: vbi periculū non iminet: quouſqꝫ reddita rõne hmõi ſcandalū ceſſet: ſi tamen poſt redditam rõnem ſcandalū duret: iam videt̃ eſſe ex malitia: ⁊ ſic propter ipm̄ non ſunt hmõi bona ſpūalia dimittenda. Ad laudem dei oĩpotentis.

## ¶ De homicidio quod fit per detractionem qua plurimos occidunt ſpiritualiter vel corporaliter exẽplo diaboli qui chriſto detraxit ex ſuperbia: inuidia ⁊ malitia. ¶ Sermo viij.

n On occides. Exodi.xx. Proceſſu cõgruo iam de ſecũdo modo proximū occidendi breuiter proſequamur: qđ ſcꝫ fit lingua vel nutu ſic enim ſecundo modo ꝑceptum hoc expon poteſt. Nõ occides. id eſt vel verbo vel nutu perficies: q̄ vita proximi vel tua corpalis vel ſpiritualib⁹ iniuſte perimat̃ vel detrimentū patiat̃. A Quod aũt verbo ſicut facto quis occidat ptꝫ ꝺ pe.di.j. vbi dicit̃. c. homicidioꝝ vero tria genera eſſe dicebat beatus Petrus: ⁊ penā eoꝝ parilem fore dicebat: ſicut enī homicidas interfectores fratrū: ita detractores eoꝝ eoſqꝫ odientes homicidas eſſe manifeſtabat: qꝛ ⁊ q̄ occidit: ⁊ qui odit fratrem ſuū ⁊ qui ei detrahit pariter homicide eſſe demõſtrant̃. Et iterum illud. Noli putare te nõ eſſe homicidam quādo fratri tuo male perſuades: ſi fratri tuo mali perſuades occidis: ⁊ vt ſcias qꝛ occidis: audi pſ. Filij hominū dentes eoꝝ arma ⁊ ſagitta ⁊ lingua eoꝝ gladius acutus. Hoc igit̃ homicidiū tam corporale q̄ȝ ſpirituale multipharie multiſqꝫ modis perficitur ꝑcipiendo: conſulendo: ſuadendo: adulando: ad peccatū alliciendo: ad iram prouocando: decipiendo falſitatem ingerendo: in ꝑdicatõibus: confeſſionibus conſilijs ⁊ ſimilibus: ſed qꝛ de ſingulis in locis inferius videbitur: ꝑcipue in ſeptimo precepto vbi agitur de nouē peccatis alienis: ideo pro nunc gratia breuitatis ſuperſedeo. Solum autem hec duo ſtatui proſequēda ſcꝫ de iniuſta occaſione qui fit per cenſurā eccleſiaſticā tam iuris q̄ȝ iudicis. ¶ Quantū igitur ad primū ſciendum eſt ꝙ maledicta detractio primo ſumpſit exordium a diabolo ex tribus ſcꝫ ex ſuperbia in celo: ex inuidia in paradiſo ⁊ ex malitia vel crudelitate in terra: Nam quantū ad primū diabolus elatus in ſuperbiā in celo: celſitudinem filij dei per propriam ſubiectionē ſuſtinere non potuit. ſed illi ſimilis eſſe voluit: dicit enim Bonauentu. ſup ſecundū diſt.v. ꝙ primū peccatum diaboli in celo fuit ſuperbia ꝑſumptionis ⁊ tumoris: ſtatim enim vt vidit ſuam pulchritudinem preſumpſit magna de ſe: vnde Auguſti.xj. ſuper Geñ. ad literā dicit. Factus cum tumore a luce veritatis ſe auertit ſuperbia tumidus ⁊ ꝓprie poteſtatis delectatiõe corruptus: ſed hoc peccatum fuit conſummatū ſuperbia ambitionis: quia preſumens de ſe appetijt quod oĩno ſupra ſe fuit: ⁊ ad quod peruenire non potuit: nam diabolus naturalium ſuoꝝ conſiderans ſtrenuitatē ⁊ excellentiam ⁊ ꝑexcellentiam: voluit preeſſe ⁊ requieſcere ſua auctoritate: hoc eſt ſine meritis ⁊ ſine miniſterio: cum tamen ſe nouerat factum ad acquirendū eternam beatitudinem per merita ⁊ miniſteria: ⁊ hec ambitio execauit oculos eius vñ Berñ. de gradibus humilitatis loquens ad diabolū inter alia dicit. Velim curioſius o curioſe intentionem tue curioſitatis inquirere: ponam inquit ſedem meā ad aquilonem: nec aquilonem hunc corporalem nec ſedem hanc cum ſis ſpiritus intelligo materialem: puto autem per aquilonem reprobandos homines ⁊ ſpiritus dnſignatos fuiſſe: per ſedem poteſtatem in illos quos vtiqꝫ in ꝑſentia dei quanto ei vicinior tanto ceteris perſpicatior ꝓuidens: nullo ſapientie radio choruſcantes: nullo ſpirit⁹ amore feruentes: velut vacuum reperis locū affectaſti ſuper illos dominiū: quos quadam aſtutie tue claritate perfunderes: tue malitie eſtibus inflāmares: vt quomodo altiſſimus ſua ſapientia ac bonitate omnibus filijs obedientie preerat: ſic ⁊ tu ſuper oẽs filios ſuperbie cõſtitutus tua eos aſtuta malitia ac malitioſa aſtutia regeres per qđ altiſſimo ſimilis eſſes: ſed miror cum in ꝑſentia dei tuum preuideris principatū: cur nõ in eadem ꝓuidiſti precipicium: nam ſi ꝓuidiſti que fuit inſania: ꝙ cum tanta miſeria cuperes principatū: mallens miſer preeſſe q̄ȝ feliciter ſubeſſe. ſed credibilius eſt ꝙ non ꝓuidiſti: vel qꝛ dei bonitatem attendens in corde tuo dixiſti non requiret: vł quia viſo principatu ſtatim in oculo ſuperbie trabes excreuit: que interpoſita caſum videre nõ potuit: ſic Joſeph cum ſuā ꝓuidiſſet exaltationem nõ tamen preuidit ſui venditionem: hec ille: dicit̃ enim Apoc̃.xij. ꝙ draco ille magnus ⁊ rufus. id eſt ſanguinolentus: cauda ſua trahebat tertiā partem ſtellarū ⁊ miſit eas in terrā: per caudā aũt circũuenientia ⁊ malitia diaboli ſignat̃: quib⁹ dei filio detrahēs traxit ad imitationē ſui tertiā partem angelorum: vt ſubiectos haberet quib⁹ ꝑeſſet: nam vna pars angeloꝝ oĩno rebellis ei fuit: altera vero titubauit: ſed tandē eius detractioni reſtitit. tertia deniqꝫ pars detractori lucifero adherendo ꝯſenſit a hanc detrahendo tanqꝫ ꝑncipes tenebrarū ad terram miſit: ⁊ ſic vt etiā dicit Bonauē. vbi.ſ. ſuperbie peccatū in affectu inuidie ⁊ odijs perpetua ⁊ ꝑfecta auerſione fuit cõfirmatū: nam ex quo nõ potuit obtinere qđ petijt: ideo inuidere cepit ⁊ affectu odij contraire: ⁊ in hoc cõfirmatus eſt in malo: qꝛ hoc ipm̄ oĩno a deo ſeperauit: vnde in huiuſmodi prolis generatione cõfirmata eſt ſuperbia: ⁊ lucifer diabolus dictus eſt quaſi deorſuꝫ fluens: diabolus enī ſuperb⁹ nõ valens aſcendere: ſed cõpulſus deſcendere: odit deū iuſtū: ⁊ iuidet excellentie eius: minores aũt angeli lucifero propterea adheſerunt: qꝛ conſiderantes naturaliū ſuorum ſtrennuitatē ⁊ excellentiā eſſe minorem: nõ ſunt auſi tantū appetere: ſed voluerūt ſub vmbra illius requieſcere ita ꝙ nõ miniſtrarent: ſed quadā ſub illo potirent̃ voluntaria libertate: quā ſub diuino dominio timebant adipiſci ſe nõ poſſe: cognouerunt enī ſe factos ad ꝑfruendū quietis beatitudinē: ⁊ acquirendū per merita ⁊ miniſteria: in hoc ergo ſuperbierunt: ꝙ ſine meritis voluerunt eſſe beati: ⁊ ſine miniſterio quieſcere: ac ſine limite propriā voluntatem implere.

B Quantū aũt ad ſm diabolus eiectus de celo: preuidenſqꝫ rationabilē creaturā ad locum vnde exciderat aſſumendā: agnoſcens inſuper filiū dei incarnandū: inuidiam quam concepit in celo: peperit in terreſtri paradiſo: ſuper illud enim Jone.j. Propter me orta eſt hec tempeſtas: dicit Alexan. de hal̃. in.iij. ſuo hoc ipm̄ exponens de filio dei: ꝙ lucifer preuidit rationalem creaturā aſſumendā in vnitate perſone filij dei: vidit ⁊ inuidit: cecidit ⁊ temptauit: eiuſqꝫ inuidia mors introiuit in orbem terrarū. Inuidia nanqꝫ cõmouit eum ad temptandū hominem. cuius felicitati inuidebat: vt per peccatū demereretur humana natura aſſumptionem ⁊ vnibilitatem ad deum: non enim ſuffecit peſtifero detractori detractiõem diffundere cõtra chriſtum in celo in angelica

natura:ſed etiam ſue detractionis virus dif-
fundere conatus eſt in paradiſo in humana
natura:dicitur enī Gen̄.iij.ꝙ ſerpens erat cal-
lidior cunctis animantibus:⁊ aceſſit ad Euā
domino detracturus cum triplici lingua ve-
nenū effundens ſicut ſerpens propter veloci-
tatem motus lingue:tres linguas habere cre
ditur. Prima fuit lingua malitioſe intentionis
fallendi eam cum inquiſiuit: cur precepit vo
bis deus vt non cōmederetis ex omni lingno
paradiſi:exterius quaſi neſcius queſiuit:inte-
rius quaſi verſipellis venenū infudit: mulier
enim iam venenū ſentiens ⁊ in fide vacillans
detractori reſpondit:ne forte moriamur:ſen-
tiens igitur illam dubitantem: mendaciū cu-
mulat vt illam decipiat:que eſt ſecūda lingua
perniitioſi mendacij:nequaq̄ꝫ inquit moriemi
ni:prouinuſqꝫ tertiā adiungit que eſt apparen
tia boni cum ſubinfert:ſcit enī deus ꝙ in quo-
cunqꝫ die cōmederitis ex eo aperientur oculi
veſtri ⁊ eritis ſicut dij: ſcientes bonū ⁊ maluꝫ
eius detractioni Eua cōſentiens turpiter ce-
cidit:viruqꝫ ſuū ad caſum induxit:ac interituꝫ
generalem omnibus poſteris induxit: non ſo-
lum corporis ſed etiā ⁊ anime. Nec his qui-
dem contentus q̄ꝫtum ad tertiū adiecit virus
ſuū effundere ſine intermiſſione in vniuerſo
mundo:qđ a ffuturū cernentes angeli cōpari
endo generi humano per detractiōes diabo-
licas multipliciter ruituro: lamentabiliter cla
mabant in caſu demonū dicentes illud Apo-
ca.xij. Ve terre ⁊ mari:quia deſcendit diabo
lus ad vos:habens iram magnā:ſciens quia
modicū tempus habet:q̄d enim oīs demonū
tentatio niſi quedā detractio eſt:qua nitit̄ vili
pendere deū:magnificare ſeculū:ſubuertere
virtutes:cōmendare impietates. Verūtamē
ceteris criminib⁹ pretermiſſis q̄ ſiūt eoꝝ ſug-
geſtionibus:ad ea que maxime diabolo inſti-
gante per detractiones perpetrant̄ ſtilum cō
uertamus. Diabolus nanqꝫ maximā tyranni
dem exercet in lingua: dicente Iacobo in ca
nonica ſua.iij.c.lingua ignis eſt ſcꝫ accendēs
cōtentiones ⁊ ſimilia:imo eſt vniuerſitas iniq̄
tatis.qꝛ per eam fere omnia pctā perpetrant̄
virtualiter:q̄ maculat totū corpus: qꝛ malū e-
ius redūdat in alia membra: ⁊ inflāmat totā
natiuitatis noſtre. id eſt totū curſum vite no-
ſtre inflāmat a gehenna, id eſt a diabolo qui
ſic vocat̄ eo ꝙ gehenne deputat̄:⁊ infra. Eſt
enī inquietū malum:plenū veneno mortifero
id eſt detractionis:nam detractor inficit eum

de quo detrahit per infamiā:⁊ cū qui libenter
audit ⁊ ſeipm̄ per culpā:cum igit̄ diabolo in-
ſtigante detractiones ingeminant̄ : hinc oēs
impij detractores vtunt̄ illa triplici lingua ſ-
pentina:ſicut ſm̄ Iſido. ſerpēs qui anguis di
citur tanta celeritate linguam mouet:ꝙ tripli-
cem linguā habere videatur : cū non habeat
niſi vnā:prima nanqꝫ loquit̄ cum intentiōe fal
lendi:promens ſcꝫ aliud ore ⁊ aliud cogitans
corde:cū tamen deus homini dederit linguā
cordi ligatā atqꝫ ꝯiunctā:per hoc īdicare vo-
lens:ꝙ nō aliud eſt loquendū ore q̄ꝫ ſit radica
tum in corde. Sed econtra faciunt iuxta pſal
miſtā.xj. Labia doloſa in corde ⁊ corde locu-
ti ſunt. Et iterum.ix. Sedet in inſidijs cum
diuitibus in occultis vt interficiat ſcꝫ in audi
tor mentibus innocentem:vnde Ambro.lib.
de paradiſo. Bilinguis ſerpens habetur at-
qꝫ letalis:eo ꝙ diaboli miniſter aliud loquit̄
aliud corde meditetur. Secūda vero lingua
loquitur ſermone mendacij qđ maxime con-
tingit contra bonos ac maloꝝ perſecutores:
vnde dicit Anacletus papa.vj.q.j.c.detracto
res ſunt qui doctoꝝ vitaꝫ moreſqꝫ corrūpunt
his qui ſubſtantias alioꝝ prediaqꝫ diripiunt:
ipſi enī ea que extra nos ſunt licet noſtra ſint
auferunt: nam detractores ⁊ morum contem
ptores ſiue qui aduerſus nos armantur pro-
prie nos diripiunt:⁊ Auguſti.ſuper illud pſ̄.
cviij. Pro eo vt me diligerent detrahebāt mi-
hi:ſic ait Plus nocent īmembris detrahētes
chriſto q̄ꝫ qui eius carnem mox reſurrectu-
ram peremerunt:⁊ tales ſunt de quibus dicit
Bern̄.in ſermone. Si pauper es vilem ⁊ ab
iectū te reputant:ſi diues es:ambitioſum:ſi p̄-
dicator ⁊ doctor: honoris ⁊ humani fauoris
queſitorem:ſi tacens inutilem:ſi ieiunas hypo
critā:ſi cōmedas voracem:hec ille. Tertia de
niqꝫ lingua loquitur cū apparentia boni:⁊ de
qua Bern̄.ſuper cantica ſermone.xxiiij.detra
ctores quodam ſimulate iracundie fuco:con-
ceptam malitiam quā retinere nō poſſunt ob
umbrare conantur : videas a detractore alta
p̄mitti ſuſpiria:ſicqꝫ cum quadā grauitate vul
tu meſto:dimiſſis ſupercilijs ⁊ voce plangen
ti egredi maledictionē:⁊ quidem tanto pſuaſi
biliorē quanto credit̄ ab alijs qui audiūt nō
corde inuido:ſed magis ꝯdolentis affectu q̄ꝫ
malitioſe proferri: doleo inquit vehementer
ꝓ eo ꝙ diligo eū ſatis : ⁊ nunq̄ꝫ potui de hac
re corrigere eū:⁊ alia:vnde mihi quidē com-
pertum fuerat de eo iſtud ſed per me nūq̄ꝫ in



notuiſſet:at qm̄ ꝑ alteꝝ patefacta eſt res veri
tatē negare nō poſſū:reuera ita eſt:hec ille:ta
les ſerpenti ſunt ſimiles iuxta illđ pſ̄.cxxxix.
Acuerunt linguas ſuas ſic̄ ſerpētes qū ſcꝫ ſb̄
ſpecie boni ac placido vultu venenū detracti
onis effundūt:vn̄ ſerpēti ꝓpter tria ſimulant̄.
Primo qꝛ ſerpēs ē animal ꝑdicioſū:ſic ⁊ illi
qꝛ retro mordēt illos q̄s dū p̄ntes ſūt amare
ſe ſimulāt:iuxta illđ pſ̄.cviij. Pro eo vt me di
ligeret.id ē diligere ſe ſimulabāt.detrahebāt
mihi. Scđo qꝛ ſerpēs mordet in ſecreto:ſic il
li detrahūt in ſilētio:qꝛ maxie tūc detrahunt.
qū ſe de h̄ accuſandos nō fore cōfidūt:vn̄ dr̄
Eccī.x. Si mordeat ſerpēs ī ſilentio:nihil eo
minus habet qui occulte detrahit. ¶ Tertio
quia tortuoſe incedit ſerpens.ſic illi ſumunt
a laude eius exordium cui detrahere cupiūt.
Hi ſunt ſerpentes de quibus Hiere.viij.di-
citur. Ecce ego mittā vobis ſerpentes peſſi
mos quibus non eſt incantatio.quia detra-
ctionibus aſſueti difficile corriguntur ꝑ ver-
bum dei. ¶ Preterea detractor etiā ſimi-
latur cani rabido. ¶ Primo qꝛ ſemper inq̄e-
tus ⁊ in motu eſt:ſic detractor mente non q̄-
eſcit.niſi prius euomat delationis venenum
quod in corde geſtat Eccī.xi. Sagitta infixa
in femore canis :qui ſcilicet nunquā quieſcit
donec eaꝫ remouerit:ſic verbū in corde ſtul
ti non quieſcit donec manifeſtum fuerit.

¶ Secundo quia dicit Plinius:quod canis
rabidus vt plurimum habet ſub lingua eius
vermiculum quēdā qui linguā eius pungit:
⁊ pungendo coleram magnam in eius accē-
dit cerebro propter quod infuriā eum conuer
tit:quod ſi vermiculus a lingua canis extra-
heretur.canis a rabie curaretur:ſic etiam ac
cidit homini detractori q̄ vermiculum odij
vel inuidie vel rancoris ſub lingua.id eſt in
corde patiatur:iuxta illud pſ̄.ix. Sub lingua
eius labor ⁊ dolor:quaſi de corde funditus
extraheret̄:detractor protinus liberaretur.
¶ Tertio quia mordax eſt ſed non latrat :et
ſic proditorie mordet:ſic detractores ſunt vt
rā tāte ꝯfuſiōis ꝯſcia ꝯſūpſit ignis ſulphure'
Qd̄ iō fecit de': vt terra in eternū areſceret
ſine ſpe itꝫ germinādi: ⁊ ſic grau' puniuit
iſtos q̄ꝫ pmos pctōres generali diluuio: q2 lꝫ
illi mēſuram excederēt: tñ q̄ſi naturalit̄ pecca
bāt plurimi eoꝝ: vñ miro dei iudicio tota re⸗
gio illa fctā ē lacus feridus: q̄ ſm̄ Iſidoꝝ. ꝺr
affalas ⁊ mare mortuū li ethym. c. xx. Dicit̄
eīn lacus affalas. i. bituminis: nam aqua illa
ſtringitur bitumine: ita ꝙ ventis moueri non
pōt: vñ aque ille nō quidē annuatim neqꝫ ſen
per ſed biēnio in biennium euomūt ingētes
globos nigerrimi bituminis et fetidiſſimi ad
litus: ⁊ tūc nullis vētis agitari pōt. Dicit̄ ei
mare mortuū ſm̄ Iſiō. q2 nihil gignit viuum
nihil recipit ex genere viuētiū. nā neqꝫ piſces
hꝫ neqꝫ aſſuetas aq̄s beluas: nec letas mer⸗
gēdi vſu patit̄ aues ſꝫ ⁊ q̄cūqꝫ viuentia mer
genda tēptauerꝫ q̄cūqꝫ arte dimerſa ſtatim
reſiliūt ⁊ q̄ꝫuis vehemēter eliſa ꝯfeſtim excu
tiunt̄. Refert eīn Ioſephus ꝙ veſpaſianus
q̄ſdam iūctis poſt terga manib' iuſſit in altū
proijci: ⁊ oīes tanq̄ꝫ vi ſpūs ſurſū repulſi de
ſup fluitabāt vnde ⁊ lucerna ardens ſupena
tat q̄tamen extincta ſubmergitur. Nimirum
cum oīe carēs vita ſubmergit̄ niſi fuerit bi⸗
tuminatum. Excipit̄ tñ ferrū: q2 ſup dicto. §.
ſed ⁊ continuo. dicit glo: ꝙ aqua illa nec eſt
natabilis nec eſt potabil: q2 ferrum ibi natat
⁊ pluma mergitur. Ibi ſunt poma pulcher⸗
rima exterius: interius autē plena fauilla et
cinere: his verbis deſcribitur luxuria: ħ ibi
Qd̄ latius ibidem exponit Archid̄. dicens
Aqua luxurie gomorreoꝝ nō ē natabilis q2
illaqueat non eſt potabilis. quia non recreat
Vñ Hiero. Libido tranſacta ſp reliquit ple
nitudinem nūq̄ꝫ ſaciat̄: ⁊ extincta ſp reaccen
dit̄. Ferrum ibi natat q2 ꝯſtans ⁊ firm' hoc
vitium ſupat: pluma mergit̄: q2 leuis ⁊ fragil
ħ vitio ſupat̄. Creſcūt in ripa laci poma ex⸗
terius pulcherima q2 forma iuuenū ephebo⸗
rū attrahit. potiſſime gomorreos intus ſ̄o ci
nere ⁊ fauilla pleni ſūt: q2 fauilla ē extīcta ſcī
tilla: ⁊ in hmōi ignis diuini amorꝫ totalr̄ ē ex
tinct': q2 tales ſunt aduerſarij ignis diuini
amorꝫ. Vocat̄ deniqꝫ lacus ille mare ſalina
rū: q2 vt q̄dā dicūt ex ill' aq̄s ſal cādidiſſimū
efficit̄ vl' etiā q2 lapides ſalis ibidē inueniūt̄
Vxor aūt Loth iordinato affectu ꝯ pceptū
angeli poſt ſe reſpiciēs: verſa eſt in ſtatuam
ſalis quam Ioſephus refert ſe vidiſſe. Vbi
dicunt hebrei: ꝙ ſero precedente Loth ſal
petenti p condimēto cibi angeloꝝ quos ho
mines credebat: vxor apportare rennuit q̄a
ſm̄ modum zodomoꝝ inter quos habitabat
affectum ad hoſpites non habebat: ⁊ ſic pēa
reſpondit pctō. Dicunt autē expoſitores no⸗
ſtri ꝙ factum eſt in figura. Sal eīn ꝯdimētū
eſt ciboꝝ. ⁊ ideo vxor Loth retroſpiciēs ver
ſa eſt in ſtatuam ſalis: quia punitio eius dat
cōdimentum ſapiētie penitētib' ne reuertan⸗
tur ad pctā priſtina. Propt̄ quod ⁊ ipē dñs
ait Luc. xvij. Memores eſtote vxorꝫ Loth
Unde p vindictam illam oſtenſum ē quātū
deo diſpliceat huiuſmodi pctī ſola memoria
Nimirūꝫ cū demones tātū abhorrēt hoc vi
tium ꝙ pre fetore ipius fugiūt ab homie hoc
ppetrante: cum tñ prius hoc pſuaſerint. Vñ
Ezech: xvj. Erubeſcent ſupple demones in
via tua ſcelerata. Veruntamē hoc fit nō pro
pter deſiderium humane innocētie: ſ propt̄
nobilitatem eoꝝ nature pcurātem vitium il
lud ⁊ tñ deteſtant̄: ſicut hi q̄ cloacam euacu⸗
ant ꝓpter magnum lucrū: ⁊ tñ inde ſentiunt
fetorem magnū. Tertio deniqꝫ dñs addidit
vindictam huius tpe ſue neceſſitatis: Nam
ſm̄ Augu. videns deus vitium ħ ꝯtra natu⸗
ram fieri in hūana natura: fere deſijt incar⸗
nari. Et Hiero: ſuper illud Eſaie. ix. Habi
tātibus in regiōe vmbre mortis lux orta eſt
eis dicit ꝙ lux illa oēs laborantes illo vitio
zodomitico nocte illa extinxit: quia chriſt' na
tus ē: ne in natura quā aſſumpſerat tātā imun
diciam inueniret. Et hec pt eē ratio cur chri
ſtus nō legitur tantum ſcelus arguiſſe: eo ꝙ
tam recens memoria illius punitōis erat in
mundo ꝙ hoīes territi ſtrictius abſtinebant
ab ipſo crimine. Quarto propter hoc flagiti
um adhuc potiſſime tēporibus hodiernis do
minus inducit diuerſas plagas in cetu chri⸗
ſtianitatis ſcꝫ guerras peſtilentias: fames: tē⸗
peſtates: terremotus: inundatiōes aquarū ⁊
ſimilia. Sicut impator inflatus ſpirituſancto
teſtat̄ in auc̄. vt nō luxuriētur ꝯtra naturā. §.
ſi eni. col. vj. ⁊ hoc recitat glo. xxxij. q. iiij. in. c.
in eo. dicens. Nam dicit impator ꝙ ꝓpter iſta
crimina inducunt̄ fames: peſtilentie ⁊ terre⸗
motus. Vñ propter eadē ſcelera plures pro
uintie punite legunt̄. vt ptꝫ. lvj. di. i. c. ſi gens
angloꝝ: vbi Bonifacius martyr eadem ſcri
bens angloꝝ regi: timet anglicis plagas affu
turas ꝓpter hoc ſcelus ſicut alijs gentib' Hi
ſpanie ⁊ puintie Burgūdioꝝ populis conti
git: que ſic a deo recedentes fornicati ſunt: do
nec vindex taliū criminū vltrices penas per
ignorantiā legis dei. i. ſaracenos venire ⁊ ſer⸗
uire pmiſerit. Nā ꝙ ꝓpter delictū ſepe pmittit
deus inferri penas: vt ptꝫ. v. q. v. ca. non oīs.
⁊. xvj. q. j. reuertimini: vbi plane de hoc. ¶
Quintus deniqꝫ gradus eſt cū pctm̄ luxurie
aliquis vl' aliqua pficit cū beſtijs: ſiue cōueni
at cū eis in locis naturalib' ſiue nō: ⁊ hoc vo
catur crimē beſtialitatis vel crimē peſſimū q̊
Ioſeph accuſauit fratres ſuos. vt ptꝫ Geñ.
xxxij. ſm̄ aliquos. Alij vero ꝯſiderantes ꝙ eſ
ſet turpe dicere de patriarchis talia: maxime
cū in hebreo reperit̄: ⁊ retulit patri rixam eoꝝ
peſſimā: dicunt ꝙ p crimen peſſimū intelligit̄
rixa que fuit inter filios Lie Bale ⁊ Zelphe
quos deſpitiebant tanq̄ꝫ ex ancillis natos.
Veruntñ quicquid ſit: dñs ſtrictiſſime vitiūꝫ
hoc maledictū prohibuit: ſepius idipſūꝫ in le
ge veteri repetens. Dicit̄ eni Exo. xxij. Qui
coierit cū iumento morte morie̊t: debet inſup
iumentū interfici ad deteſtationē facti ⁊ ne a⸗
lius cū anīali temptet idē facere. Unde Le⸗
uiti. xx. Dicitur. aui cū iumento ⁊ pecore coi⸗
erit morte moriatur: pecus quoqꝫ occidite:
mulier que ſuccubuerit cuilibet iumēto ſimul
interficietur cū eo. Et eiuſdeꝫ li. xviij. hoc ſce
lus etiā prohibet̄. Deute. xxvij. Maledictus
qui dormit cum omni iumento ⁊ dicet oīs
populus amen; Ex quibus patet q̄ꝫ ſollicite
deus hanc abominationem prohibuit: cū ta⸗
men quidam reperiuntur tanta libidine exce⸗
cati: ꝙ fere cum omni genere animantiū hanc
feudam ſtultitiā exercent cooperantibus de⸗
monijs que alias eſſet impoſſibile ppetrare
Unde relatione veridica didici ꝙ vnus va⸗
gam querens libidinē tam in auibus q̄ꝫ in a⸗
nimalibus: tandem maximā delectationē in⸗
uenit cognoſcendo eritium: diabolo non du⸗
bium id actitante. Similiter reperte ſunt mu
lieres non ſolū de vrſis ſeu canibus ſed etiaꝫ
de equis aut ſimilibus concepiſſe: ecce quid
excogitat ⁊ adinuenit maledicta libido ? Mi
rum eſt ꝙ huiuſmodi viros terra non abſor⸗
beat. Neſcio quid alij ſentiant: mihi tamē ſal
uo ſanioris iudicio videtur: ꝙ adhuc magis
delinquunt cum demonibus familiaritatem
contrahentes ⁊ cum eiſdem carnaliter ex cō
ſenſu cōmiſcentes: quod in vitio carnis extre
mū videtur eſſe malorum. De quo tamen vi
tio plures doctores miranda ſcripſerunt: vt
nobis fidem faciat etiam aſſerentium multi⸗
tudo que ſcripſit tam de ſuccubis q̄ꝫ de incu⸗
bis id eſt tā de demonibus qui formam aſſu⸗
munt femineam q̄ꝫ maſculinam. Nimirū cūꝫ
⁊ noſtris temporibus inuenimus eas quas
demones non ſolum decipere vel ad conſen
ſum allicere: ſed etiam per violentiam ſtupra
ri conati ſunt. Scimus inquam quaſdam cō
ſentientes ⁊ carnaliter cōmiſcentes cum de⸗
monibus tandem ad penitentie viam miſeri
corditer reuocatas. Scim' deniqꝫ alias car
nali cōmixtione ſic demonibus cōfederatas:
ꝙ in eodem libidinis furore perſeuerant. O
quanta eſt diuina pietas quantaqꝫ humana
cecitas. O q̄ꝫ execrandis ſe immiſcet huma⸗
na nobilitas: vt merito cum propheta diceret
pſ. iiij. Homo cū in honore eſſet non intelle⸗
xit id eſt aduertit nobilitatem cōditionis: ſed
cōparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimi⸗
lis immo inferior factus eſt illis. Quod a no
bis auertat ieſus chriſtus.

## ¶ De mechia ſpirituali que perficit̄ libidine cordis ⁊ exteriorum ſenſuū. ¶ Sermo x.

Non mechaberis. Exodi. xx.
n Tertio modo preceptum iſtud ex⸗
ponitur. Non mechaberis: id eſt nō
adherebis p moroſaꝫ delectationē: ⁊ ꝯſenſuꝫ
libidinoſum illecebris ſenſualib' vel imundis
reuolutionib' cordialib': ⁊ ipō q̄ꝫtū ad hoīem
inferiorē in ſceno luxurie cordialis vl' ſenſua
lis dānabiliter abutendo: ⁊ hec dicit̄ ſpūalis

foꝛnicatio vel mechia: vnde .xxxij. q. vij. c. non
ſolum: ibi ſubditur. Eſt autẽ ſpiritualis foꝛni-
catio de qua dñs ait. Qui viderit mulierẽ ad
cõcupiſcendũ eã: iam mechatus eſt eã in coꝛ-
ſuo. Jdeo omnis imunda pollutio foꝛnicatio
dicit᷑: quis quiſq; diuerſa turpitudinis volu-
ptate pꝛoſtituat᷑. Et hoc intelligit᷑ non ſolum
de pollutiõe coꝛpoꝛali ſed etiã coꝛdiali: in ab-
uſu imundarũ cogitationũ vel etiaʒ exterioꝝ
ſenſuũ. Sequit᷑ ibidem. Ex delectatione enĩ
foꝛnicãdi ſcʒ coꝛpoꝛaliter vel coꝛdialiter va-
ria gignunt᷑ flagitia quibus regnũ dei claudi-
tur vt hõ a deo ſeparet᷑: hoc ibi. Ex quib' ſa-
nis liquet: ⁊ luxurie vitiũ plerũq; membꝛo ſibi
appꝛopꝛiato cũ additamento leuiathã mini-
me cõtentũ oẽs fines coꝛdis ⁊ humanoꝝ ſen-
ſuũ ſuo veneno fraudulenter occupare nitit᷑
vt verus inueniat᷑: qui dicit Hiere. ix. Aſcen-
dit moꝛs ꝑ feneſtras noſtras. i. ſenſus exterio-
res: ingreſſa eſt domos noſtras. i. domiciliuʒ
coꝛdis ꝑ criminoſum affectũ accidente ꝯſen-
ſu. Hinc ſcḋm phm ꝯſiliũ qui deponere vult
inoꝛdinata deſideria oĩm rerũ quarũ cupidi-
tate flagrauit auertat oculos ⁊ aures aliosq;
ſenſus ab his q̃ relinquit aut relinquere que-
rit: nihil enĩ facilius q̃ʒ amoꝛ recrudeſcit: naʒ
affectus quocũq; ſe vertit ꝑcitum aliq̊d pꝛe-
ſens occupationis ſue reperit: ergo facilius
excludit᷑ q̃ʒ expellitur. Vñ Job ſubtiliter in-
uens ait. Pepigi fedus cũ oculis meis ne q̃
dem cogitarẽ de virgine. ¶ Hic queri põt
vtrũ in tactib' oſculis amplexibus ⁊ ſimilib'
moꝛtale pctm̃ conſiſtat: ꝑſertim cũ foꝛnicatio
moꝛtale pctm̃ eſſe dicat᷑ ex eo ꝙ per eã impe-
dit᷑ bonũ pꝛolis generãde ⁊ educande: ſʒ ad
hoc nihil operant᷑ oſcula: tactus: amplexus
⁊ ſimilia. Ad hoc rñdet Tho: ſcḋa ſc̃e. q. cliiij.
ꝙ aliquid dicit᷑ eſſe pctm̃ moꝛtale dupliciter
Vno mõ ſcḋm ſpeciem ſuã: ⁊ hoc modo tact':
amplexus vel oſcula ſcḋm rõnem nõ nominãt
moꝛtale peccatũ: qꝛ talia poſſunt abſq; libidi-
ne fieri vel ꝓpter patrie ꝯſuetudinẽ: vel ꝓpter
aliquem amoꝛẽ oꝛdinatũ ſeu aliã rõnabilem
cauſam. Alio modo dicit᷑ aliquid eſſe pctm̃
moꝛtale ex ſua cauſa: ſicut ille qui dat elemo-
ſynã vt aliquẽ ĩducat ad hereſim moꝛtaliter
peccat: q̃uis opus in ſe bonũ ſit: ⁊ hoc ꝓpter
intentionẽ coꝛruptã. Et qꝛ nõ ſolũ ꝯſenſus in
actũ peccati moꝛtalis: eſt moꝛtale pctm̃: ſed
etiã conſenſus in delectationẽ pcti moꝛtalis:
ideo cũ foꝛnicatio ſit moꝛtale pctm̃ ⁊ multo-
magis alie ſpẽs luxurie: cõſequens eſt ꝙ ꝯſen-
ſus in delectationẽ talis pcti ſit moꝛtale pctm̃
⁊ non ſolũ cõſenſus in actũ. Cum igit᷑ ample-
xus: oſcula: tactus ⁊ ſimilia ꝓpter delectatio-
nẽ fiãt ex anĩo deliberato: ꝯſequens eſt ꝙ ſint
pctã moꝛtalia: ⁊ ſic ſolũ dicunt᷑ libidinoſa: vn-
de ſcḋm ꝙ talia libidinoſe fiunt moꝛtalia pctã
iudicant᷑. Nec mirũ cũ dicat Au. de fide xpia-
na: ⁊ ponit᷑ .xxxij. q. v. c. Nec ſolũ affectu ⁊ ta-
ctu ſed aſpectu quoq; appetit᷑ ⁊ appetit cõcu-
piſcentia feminarũ: nec dicatis vos habere
anĩos pudicos ſi habeatis oculos impudicos
qꝛ impudicus oculus ĩpudici coꝛdis eſt nun-
tius. Et cũ ſemuicẽ ſibi etiã tacente lingua cõ-
ſpectu mutuo coꝛda nũtiant impudica ⁊ ſcḋm
ꝯcupiſcentiã carnis alterutro delectant᷑ ardo-
re: etiã in tactis ab ĩmunda violatione coꝛpo-
ribus fugit caſtitas ipſa de moꝛibus. Vnde
põt ſolus nutus ex libidine factus eſſe moꝛta-
le pctũ: qꝛ pctm̃ illud cõmittitur in volũtate
q̃ volũtas exterioꝛibus ſenſibus quaſi quibuſ-
dã inſtrumentis vtit᷑: cũ tñ ſtudioſa voluntas
plenã habet rationem peccati: vt ptʒ ibidem
c. qui viderit: ⁊ de pe. di. j. c. ſicut. Quinq; ſunt
igit᷑ vie veniendi ad voꝛaginẽ coꝛdialis luxu-
rie. Nã ꝑ quinq; ſenſus recipiunt᷑ impꝛeſſiones
carnaliũ cogitationũ: quas ſequunt᷑ delecta-
tio pariter ⁊ cõſenſus: vnde ſenſus exterioꝛes
ſunt quaſi laquei coꝛdis ⁊ hoĩs interioꝛis q-
bus incautus captiuus ducitur in ſeruituteʒ
pcti. ¶ Pꝛimus igit᷑ laqueus eſt oculus neq̃.
Hinc Hiere. Treno. iij. lamentabat᷑ dicens.
Ocul' meus depꝛedatus eſt animã meã in cũ-
ctis filiabus vꝛbis mee: venatiõe ceperũt me
quaſi auẽ inimici mei ſcʒ demones ⁊ hoc per
mediũ filiarũ hoĩm. Vñ prudenter Job ad-
uertens rñdit. Pepigi fedus cũ oculis meis
⁊c̃. Nimirũ cum dicit᷑. Eccĩ. xxxj. Memento
qm̃ malus oculus nequã: nequius oculo qd
creatũ eſt: quaſi diceret: nihil. Vñ vtiq; clarũ
it in Dauid q̃ berſabeã ſe lauantẽ incaute re-
ſpitiens captus eſt oculis: ⁊ captiuus duct'
in affectũ adulterij: ꝓpter qḋ tam turpiter ce-
cidit: ꝙ cũ adulterio crimen ꝓditionis ⁊ homi-
cidij ꝑpetrauit. Hinc poſtmodũ ſollicite dñm
exoꝛauit dicens. Auerte oculos meos ne vi-
deãt vanitatẽ. Vñ periculoſiſſimũ obiectũ vi-
ſus eſt mulier oꝛnata: nã a planta pedis vſq;
ad verticẽ capitis eſt plena laqueis ad capien-
das anĩas ꝑ mediũ viſus. Hinc merito dicit
Eccs. c. vij. Jnueni amarioꝛẽ moꝛte mulierẽ
q̃ laqueus venatoꝝ eſt. i. demonũ ⁊ ſagena
coꝛ eius: vincula ſunt man' illius. Et hoc ex-
emplariter patuit in Judith eiuſdẽ. xvj. q̃ non
ex libidine ſed ex virtute ſe oꝛnauit ad decipi-
endũ ⁊ deijciendũ hoſtẽ iudeoꝝ. Dicit᷑ enĩ ibi-
dem ꝙ colligauit cincinnos ſuos mitra. i. in
vna ſerie cõgregauit ad decipiendũ eũ: ecce
laqueus in vertice: vnxit faciem ſuã vngento
ecce laqueus in facie: ſandalia eius rapuerũt
oculos eius: ecce laqueus in pedib': pulchꝛi-
tudo eius captiuã fecit animã illius: ecce totũ
coꝛpus eius eſt laqueis plenũ. Nec hec ſolũ:
ſed vt dicitur eiuſdem. x. c. Aſſumpſit dextra-
riola ⁊ lilia ⁊ inaures ⁊ anulos ⁊ omnib' oꝛna-
mentis ſuis oꝛnauit ſe. Pꝛo quo nota ꝙ licet
Judith oꝛnauit ſe ad decipiendũ Holofer-
nem: tñ non intendebat eũ ducere ad pecca-
tũ moꝛtale: ſed ad hoc vt deſideraret eã habe-
re vxoꝛẽ: ⁊ per hoc haberet ad eũ familiarem
acceſſum ꝑ quem eũ occidere poſſet: ꝓpter h̓
caput oꝛnauit ad faciẽ vnxit lachꝛyma arbo-
ris aromatice q̃ facit ad decoꝛẽ vultus ⁊ ſua-
uem odoꝛẽ ⁊ nihil omiſit de cõtingentib' ad
decentẽ oꝛnatũ: decepitq; eũ ⁊ deiecit turpiter
amputans caput illius. Sic hodie mulier oꝛ-
nata diaboli ſagena infinitos damnabili con-
cupiſcentia capit ⁊ animã eius interficit. Dicit
enĩ Hiero. ꝙ gladius igneus eſt ſpecies mu-
lieris velut ex omni parte ſagittas emittens
quali putamus aniaꝝ periculo ſibi cõueniũt
laſciuius oꝛnatus ⁊ neq̃ oculus. Sed audi-
at ꝯcupiſcentia videns. Qui viderit mulierẽ
ad cõcupiſcendũ eam ⁊c̃. vnde. xxxij. q. v. ca.
nec ſolo. c. qui viderit. Studioſa cõcupiſcẽtia
foꝛnicatiõis adequat᷑ operi. O q̊t igit᷑ adulte-
ria perpetrant᷑ etiã in eccleſia dei: quot foꝛni-
cationes: quot deniq; libidinoſi aſpectus cuʒ
circũeunt officinas templi: quoꝝ oculi luxu-
ria pleni velut ad libidinis venationẽ edocti
Similiter audiant ex laſciuia ſe oꝛnãtes illḋ
Eccĩ. xxvij. Qui foueam fodit incidet in illaʒ
⁊ qui cõſtituit lapidem ꝓximo offendet in eo
⁊ qui laqueum alio ponit peribit in illo. Vbi
tria tangunt᷑ quoꝝ vnũquodq; moꝛtale ꝯſtituit.
Nã per foueam intelligit᷑ intentio libidinoſa
incitandi alios per oꝛnatũ ad carnis cõcupi-
ſcentiã qḋ eſt moꝛtale: q̃uis etiã incitãs pec-
catũ illud perpetrare nõ intenderet: ꝑ lapidẽ
vero ſcandalũ actiuũ intelligit᷑ qḋ eſt etiam
moꝛtale ſcḋm Tho. ſcḋa ſcḋe. q. xliij. ꝑ laqueuʒ
autem intelligitur oꝛnatus in ſe cum excedit
modũ ⁊ pꝛetendit laſciuiã: tunc etiã eſt moꝛta-
tale licet nõ intendat alios trahere ad laſciui-
am: cũ manifeſtã pꝛetendat ſuperbiã: imo ſen-
tina multoꝝ vitioꝝum eſt cum ſic ſpectacula
petit vt ſtultis placeat: tunc enim quot moꝛta-
les excitat cõcupiſcentias: tot moꝛtaliũ pec-
catoꝝ particeps efficitur ⁊ cauſa. Vnde dici-
tur ḋ tali Pꝛouer. vij. ꝙ multos vulneratos
deiecit ⁊ foꝛtiſſimi quicunq; interfecti ſunt ab
ea. Mirũ eſt chꝛiſtiana religio talem oꝛnatũ
admittit ad chꝛiſti deſpectum ⁊ chꝛiſtianoꝝũ
periculũ. Non ſic egit adoleſcens quidã mi-
re pulchꝛitudinis: qui cernens in ſua ſpecie
plures illuſtriũ feminarũ ſcandalizari: confo-
dit vultũ ſuum vulneribus: malens defoꝛmi-
tatẽ habere feditatis q̃ʒ foꝛmã irritamentũ ꝑ-
bentem aliene libidinis. ¶ Secundus aũt la-
queus eſt auris pꝛuriens verboꝝ laſciuiam.
Lingua nanq; ſcḋm Jacobũ in canonica inq̇e-
tum malũ eſt ⁊ plena veneno moꝛtifero. Jn-
ſuper maculat totum coꝛpus ⁊ inflãmat rotã
natiuitatis inflãmata a gehenna. Et pꝛeſer-
tim lingua coꝛdis libidinoſi inflãmat aures
audientiũ. Dicitur enĩ Pꝛouer. v. Fauus di-
ſtillans labia meretricis ⁊ nitidius oleo gut-
tur eius: nouiſſima autem illius amara quaſi
abſinthiũ ⁊ acuta quaſi gladius biceps: ⁊ in-
fra. Nũc ergo fili mi audi me ⁊ ne recedas a
verbis oꝛis mei: longe fac ab ea viam tuã: ⁊
ne appꝛopinques foꝛib' domus eius. Et ſi
linguã maledicam declinare nõ ꝓuales audi
tunc cõſiliũ ſapientis Eccĩ. xxv iij. vbi poſtq̃ʒ
plurima dixit ḋ lingua tertia ſeminantẽ diſcoꝛ-
dias ⁊ deijciente mulieres viratas vel veri-
tas: tandẽ ſubinfert. Beatus qui tectus eſt a
lingua nequã: q̃ in iracundiam illius nõ trãſi-
liuit ⁊ qui nõ attraxit iugum eius ⁊ in vincu-
lis illius non eſt ligatus. Deinde conſiliũ tri-
buens euadenti ſubinfert. Sepe aures tuas
ſpinis ſcʒ timoꝛis dei: moꝛtis incerte: futuri iu-
dicij: penarum inferni: ⁊ noli audire linguaʒ
nequã: ⁊ oꝛi tuo facito oſtia: nihil ſcʒ loquen-
do ad votum petulans alloquentis: ⁊ feras
auribus tuis: ne verbis libidinoſis pateat in-
troitus. Dicit enim Ariſtoteles li. de animali-
bus: ꝙ ſus q̃ʒdiu mare ſollicitãte rigidas te-
nuerit aures nõ conſentit in coitũ. vbi vero la-
xare ceperit aures ſtimulatur ad luxuriã. Et
ibideʒ dicit ꝙ omne animal aures habet mo-
biles pꝛeterq̃ʒ homines. Rigidas igit᷑ ⁊ imo-
biles aures teneas: nec auditu recipias qḋ
receptum coꝛ inficiat ⁊ conſenſum eliceat:
nec cuiq̃ʒ credas etiam ſub ſpecie ſanctitatis
vel honeſtatis blande loquentẽ: qꝛ ſub pallio
ſpiritualis amoꝛis vel etiaʒ religionis ſepius

ſtatet ardoꝛ libidinis pluresq̄ꝫ magis tēptan-
tur ab his pſonis que ſpeciem ſanctitatis in
habitu ⁊ religione ꝑtendunt. Sicut ſimile q̊d
dam in lib. de naturis rerū refert Plynius
dicens: ꝙ ſus quando luxurie furijs agitaꝛ in
virū irruit candida maxime veſte indutum.
Maxime vero cauende ſunt ſocietates lubꝛi
ce que varijs laſciuie canticis ac muſicis in-
ſtrumentis aures oblectari querūt: quibus tā
dem coꝛda marmoꝛea paulatim emolliūt ⁊
diſſoluunt ad laſciuiā coꝛpoꝛis. Hinc dicitur
Eccl. ix. Cum ſaltatrice ne ſis aſſiduus nec
audias illā: ne foꝛte pereas in efficatia illius:
¶ Tertius aūt laqueus eſt tactus inflāmans
Laſciuus enī tactus potiſſimū inflmat ad lu-
xuriā: diuerſimode tamen. Nam maxime ta-
ctus īmundus in ſe vel in alijs membꝛoꝝ illo-
rum que generationi deſeruiunt ardoꝛē exci-
tat libidinis: quapꝛopter quis grauꝰ peccat
cōmuniter impudica tangendo q̄ꝫ videndo
vel audiendo. Unde quidā per ſolū tactum
plus peccāt q̄ꝫ ſi decem pꝛoles pꝛopꝛie matri
cōmiſcendo genuiſſent. Heu q̄ꝫ flagitioſis a-
ctibus ſe īmiſcet humana nobilitas cū hac ir-
rōnabilitatis nota ſolus homo rōnabilitatis
capax turpiſſime fedaꝛ. Nullū enī animal ir-
rationabile fecibus hmōi legiꝛ maculatū: vn̄
merito dicit ps. lxxxij. Diſperierunt in endoꝛ
facti ſunt vt ſtercꝰ terre. Endoꝛ interpꝛetaꝛ
fons generationis in quo iſti per tactus abo-
minabiles perierunt: eo ꝙ infinita flagitia e-
noꝛmia peregerūt. Quid aūt vilius ſtercoꝛe
⁊ quid abominabilius tā ſoꝛdido peccatoꝛe:
qui ſua libidine violat iura nature. Secūdo
poſt hoc ad libidinē pꝛouocāt oſcula libidino
ſa: amplexus nudoꝝ coꝛpoꝝ: ꝯtrectiōes vbe
rū ⁊ ſimilia. Nam luxuria per oſculū libidino
ſum irritaꝛ: eo ꝙ in oſculantibus fit cōuenien
tia partiū ⁊ animales ſpūs ꝯiunguntꝛ. Hinc
dicit phus ꝙ equi ante coitum conſpirant an-
helitu ⁊ per hoc ad luxuriā pꝛouocantꝛ. Pꝛo-
pter qđ o virgo chꝛiſti: que ſponſo tuo pudicū
affectum ſeruare deſideras: ſi quis te ad oſcu
lum ſuum inuitauerit: pꝛo oſculo ſputum red-
das: ⁊ temere cōtrectāti pugnū ingeras: nec
hmōi credas eſſe ſeruū chꝛiſti ſed ſathane: nō
amatoꝛem ſed coꝛruptoꝛē: non pudicitie dela
toꝛem: ſed ꝓꝓꝛie libidinis viliſſimū confotoꝛē.
Si enī ſolus aſpectus libidinoſus cōſtituit a-
liquem eſſe iudicandū adulterij reū: iuxta ſer-
monē euangelicū: o quid erit mutua cōtrecta
tio coꝛpoꝝ in tactibus: oſculis: amplexibus ⁊

ſimilibus? Que tanto grauioꝛa iudicantꝛ quā
to delectatiōi carnali plenioꝛē adminiſtrāt cō
citationē libidinis: vnde cū inter ſenſus coꝛ-
poꝛales in tactu carnali maioꝛ dulcedo repe-
riaꝛ. ⁊ ex delectatiōe eius maioꝛ coꝛruptio ſe-
quaꝛ: ac per ꝯſequens auerſio maioꝛ a deo:
ꝓpter hoc intantū reddiꝛ deteſtabilis ꝙ exer-
ceri non pōt ſine peccato ſaltē veniali etiā in
facto ꝯiugali. De quo tn̄ excipiꝛ vnus caſus
ſcꝫ neceſſarius tactus cauſa ꝓcreande pꝛolis:
licet Grego. contrariū dicat. xiij. di. c. nerui te-
ſticuloꝝ. Ratio vero tante delectatiōis inue-
niꝛ: ꝙ pꝛouenit a natura cupiente ꝓcreare ex
ſimilib; ſimilia ꝓ cōſeruatiōe ſpeciei humane
in qua coꝛpalis ſenſualitas intantū qn̄q̄ꝫ vin
cit aciem rōnis in hoīe: ꝙ ex nimia eius fre-
quentia qn̄q̄ꝫ cecus efficiꝛ: ⁊ ex cerebꝛi vacua
tiōe qn̄q̄ꝫ freneticus. Et qꝛ talis delectatio in
cautū efficaciſſime trahit i ꝯſenſum: ideo iu-
dicaꝛ cauſa deteſtabilis totū hoīem in pecca-
toꝝ trahens voꝛaginē. ¶ Hic queri pōt: vtrū
cōſenſus in delectationē peccati moꝛtalis ſcꝫ
ſimplicis foꝛnicatiōis iudicari debet moꝛtale
peccatū: ꝑſertim cū peccatū homicidij grauī
us eſt q̄ꝫ ſimplicis foꝛnicationis: ſed cōſenti-
re in delectationē que conſequiꝛ cogitationē
de homicidio nō eſt peccatū: ergo multominꝰ
nus cōſentire in delectationē que cōſequiꝛ co-
gitationē de foꝛnicatione iudicari debet moꝛ-
tale: ergo ⁊c. Ad hoc inter alia rn̄det Tho:
ſcđa ſe. q. lxxiiij. ꝙ aliquis de foꝛnicatione co-
gitans de duobus delectari pōt: vno modo đ
ipſa cogitatione: alio modo de foꝛnicatiōe co
gitata. Delectatio aūt de ipſa cogitatione: ſe-
quiꝛ inclinationē affectus in ipſam cogitatio
nem: ipſa vero cogitatio ſm ſe nō eſt peccatū
moꝛtale ſed qn̄q̄ꝫ veniale tantū: vt cū aliquis
inutiliter cogitat de ea qn̄q̄ꝫ etiā ſine om̄i pec
cato puta cū quis vtiliter de ea cogitat: ſicut
cum vult de ea ꝑdicare: diſputare vel ſtude-
re ad infoꝛmandū ignaros: ⁊ ideo per conſe-
quens affectio ⁊ delectatio q̄ ſic eſt de cogita
tione foꝛnicationis non eſt de genere peccati
moꝛtalis: ſed qn̄q̄ꝫ eſt veniale peccatū ⁊ qn̄q̄ꝫ
nullū: vnde nec cōſenſus in talē delectationeꝫ
eſt moꝛtale peccatū. Sed ꝙ aliq̇s cogitans
de foꝛnicatione delectꝛ in ipſo actu cogitato
hoc cōtingit ex eo ꝙ eius affectio in hūc actū
eſt inclinata: vn̄ ꝙ aliq̇s in taleꝫ delectationē
cōſentiat h̄ nihil aliud eſt: q̄ꝫ ꝙ ipſe ꝯſentiat h̄
ꝙ affectus ſuus inclinatus ſit in foꝛnicationē
Nullus enī delectaꝛ niſi i eo qđ eſt ꝯfoꝛme ap

petitui eius: ꝙ aūt aliq̇s ex deliberatione eli-
git ꝙ affectus ſuus ſe ꝯfoꝛmet his q̄ ſꝫ ſe ſūt
peccata moꝛtalia hoc ē peccatum moꝛtale: ⁊
ideo talis cōſenſus in delectationeꝫ peccati
moꝛtalis eſt moꝛtale pctm̄. Hinc dicit Aug.
xij. de trini. ꝙ ꝓpter peccata delectatiōis etiā
ſine voluntate ꝑficiendi ſꝫ cū volūtate obie-
ctādi totꝰ hō damnabiꝛ. Et ideo dicendū: ꝙ
ſolus ꝯſenſus in delectationē q̄ ꝓcedit ex cō
placentia ipius actꝰ homicidij cogitati ē moꝛ
tale pctm̄ non autē ꝯſenſus ī delectationē q̄
ꝓcedit ex cōplacentia cogitatiōis de homici
dio. Ceteꝝ cum rō ꝯſentit ī talē delectationē
peccati moꝛtalis: tūc vocatur delectatio mo-
roſa: non vtiq̄ꝫ ſm diuturnitatem tpis: ſed ex
eo ꝙ rō deliberans circa delectationē immo
raꝛ nec tn̄ eam repellit tenēs ⁊ voluēs libēter
ea: q̄ ſtatim cū aīm attigerunt reſpui debue-
runt: vt dicit Augu. vbi. ſ. Tertio poſt h̄ ad
libidinem ꝓuocat mollicies veſtium et lecti-
ſterniorum: q̄ꝝ etiā ſuauitas efficaciꝛ libidi-
nem excitat. Un̄ dic̄ Amoſ. vj. dn̄s ad hmōi
Ue q̄ opulenti eſtis in ſion: ⁊ infra. Qui doꝛ
mitis in lectis eburneis ⁊ laſciuitis ī ſtratis
vr̄is. Et iterum Ezechiel. xxiij. Lauiſti te ⁊
circumliniſti ſtibio oculos tuos ⁊ oꝛnata es
mūdo muliebꝛi: ſediſti in lecto pulcherrio: et
menſa oꝛnata eſt an̄ te: Sꝫ ad quē finē oñdit
Eſa. c. xiiij. dicēs: Detracta eſt ad inferos ſu
ꝑbia tua: ꝯcidit cadauer tuū: ſubter te ſterneꝛ
tinea ⁊ operimētū tuū erūt vermes. Quar-
to deniq̄ꝫ ꝓuocat ad libidinem ſuauitas vn-
guētoꝝ ⁊ balneoꝝ. Nā Amos. vj. Qo laſci-
uiētib; in ſtratis ſuis ſubdiꝛ ꝙ erāt optio vn-
guēto delibuti: ⁊ nihil ꝯpatiebāꝛ ſup cōtritio
ne Joſeph. Un̄ dicūt q̇dā ibidē ꝙ in optimo
vnguēto intelligiꝛ illud q̄ vngebanꝛ vaſa di-
uino cultui applicāda: đ q̊ ꝑcipiꝛ Exo. xxx. ꝙ
nullus ſub pena moꝛtis illo vteretur. Quar
tꝰ laqueus ē odoꝛ oblectans q̄ ſitr allicit ad
luxuriam: in cuiꝰ argumētum đꝛ. ij. Paral.
xvj. ꝙ poſtq̄ꝫ rex Aſa moꝛtuus erat: poſue-
runt euꝫ ſup lectū ſuū. i. feretrū vel ſepulture
locum plenū aromatib; ⁊ vnguētis meretri
ceis. i. rebꝰ odoꝛiferis q̄b; antiq̇tus meretri-
ces aſꝑgebāt lectos ſuos ad allicīēdū homi-
nes ad luxuriam: ſic̄ đꝛ Pꝛouer. vij. in ꝑſona
meretricis. Aſꝑſi cubile meū mirrha: aloe ⁊
cinamomo. Nimiꝝ cum đꝛ Pꝛouer. xxvij. ꝙ
vnguēto ⁊ varijs odoꝛib; delectaꝛ coꝛ. Sed
vt đꝛ Eſa. iij. Erit ꝓ ſuaui odoꝛe fetoꝛ. Sed
q̄lis fetoꝛ erit oñdit Job. c. xxviij. dicēs: Aſꝑ

gaꝛ in tabernaculo eiꝰ ſulphur: Fetoꝛ nāq̄ꝫ
ſulphurꝭ peſſimus eſt: vn̄ Eſa. xxx: đꝛ. Pꝛe
parata ē ei ab heri. i. a ꝑncipio topher. i. gehē
na ſm oēs doctoꝛes a rege ꝑparata ꝓfunda
⁊ dilatata nutrimēta eius ignis: ſ. infernalis
⁊ ligna multa. i. pctā: flatus dn̄i ſicut toꝛrens
ſulphuris ſuccēdēs eā. Quintꝰ laqueus eſt
guſtus alliciēs ſcꝫ ad crapulā ⁊ ebrietatē: ac
ꝑ cōſequēs ad libidinē. Delicata nāq̄ꝫ ciba
ria cū abūdantia ſumpta multū ꝓuocāt ad
libidinē: ꝑſertim illa que caloꝛē naturalē nu-
triūt. ⁊ qꝛ comedere ⁊ bibere ſunt de neceſſi-
tate nature diabolꝰ ibi laqueū tēptatiōis ab-
ſcōdit. vbi natura ſibi neceſſitatē req̇rit. Hic
chꝛiſtū eſurientē pane tēptauit ⁊ ꝓthoparen-
tes pomo deiecit. Un̄ pꝛima tēptatio filioꝝ
iſrael erat de potu: vt pꝫ. Exođ. xv. ſcđa de
cibo. Exo. xvj. Et qꝛ ſm Greg. Plures inꝛ-
ficiunꝛ gula q̄ꝫ gladio: ⁊ ſm Hiero. venter ⁊
genitalia ſibi ſunt ꝓpinq̄. iō venter mero eſtu
ans đ facili ſpumat in libidinē: ⁊ qꝛ ſumptio
cibi ⁊ potus neceſſaria eſt ad conſeruationē
indiuidui: ſicut actus venereus ad conſerua
tionem ſpeciei: ideo deus vtrobiq̄ꝫ maximaꝫ
appoſuit delectationem: ne ab animalib; ne-
gligantur vt dicit Tho. ſuper. iiij. di. xlix. Ho
mines autem beſtijs vilioꝛes effectu maxie
delectabilibus illis abutunꝛ. Sed de his đꝛ
Apocal. xviij. Quantū gloꝛificauit ſe ⁊ in đ
licijs fuit: tm̄ date illi toꝛmentum ⁊ luctū. Et
figuratum eſt Deuꝛ. xxviij. vbi đꝛ: ꝙ homo đ
licatus ⁊ luxurioſus inuidebit fratri ⁊ vxoꝛi
que cubat in ſinu ſuo. ne det eis de carnibus
filioꝛum ſuoꝝ q̄s comedet: eo ꝙ nihil habeat
aliud in obſidione: ſitr tenera mulier deli
cata que ſuper terram ingredi non valet: nec
pedum veſtigium figere ꝓpter molliciem et
teneritudinem nimiam: inuidebit viro ſuo q̄
cubat in ſinu eius ſuper filij ⁊ filie carnibus
⁊ illuuie ſecūdinarum que egrediunꝛ de me
dio feminum eius. id ē coſte. Sunt em̄ ſecun
dine pellicule que egrediuntur cum pueris
quibus inuoluti ſunt. Si taliter iudicabat do
minꝰ tēpoꝛaliter puniēdos trāſgreſſoꝛes pꝛe
ceptoꝛum illoꝝ: o qualis erit punitio eterna-
lis? Cum ſicut hic puniēdo tribuit diē ꝓ an-
no: ſic ibidem annum ꝓ die imo mille milia
annoꝛum ꝓ minimo momento. Qđ a nobis
auertat chꝛiſtus ieſus. Ad laudē dei.

¶ De luxuria ⁊ eius ſeptēplici cōcu

**piſcētia / ac de filiabus ei⁹ q̄ ſūt octo ſcd̄m Grego. Ser: xi**

**Non mechaberis. Exod. xx.**

n Hic iā vltimo vidēdū ē de pctō luxurie. A Pro q̄ ſciēdū: q̄ luxuria ē ex imūdis deſiderijs veniēs: lubrica mētis ⁊ carnis pſtitutio. Uel luxuria eſt libidinoſe voluptatis appetitus. Et intelligas appetitū q̄ ē cū ꝯſenſu rōis: q̄ talis appetit⁹ ē mortale pctm̄. Dicit̄ ei mortale pctm̄ eo q̄ rō nō cohibet hmōi appetitū: cū tn̄ poſſet: vt dicit̄ xxxij. q. vij. in. c. nō ſolū. Inter cetera ſeptem vitia vitiū fornicatiōis. i. luxuria maximū ſcelus eſt. Qḋ duob⁹ modis pōt intelligi. Prio extenſiue: q̄ fornicatio maculat tā corp⁹ q̄ȝ aīam. q̄ ſm aplm̄ q̄ fornicat̄ i corp⁹ ſuū peccat: ⁊ hāc rōnē ſubdit ibidē in textu dicēs: q̄ p carnis imūdiciā tēplū dei violat̄: de q̄ dic apl's. j. Cor. iij. Neſcitis q̄ corpa vr̄a tēplū ſūt ſpūſſcti: Scd̄o pōt intelligi q̄ȝtū ad multitudinem in h̄ peccato delinquentiū. q̄ licet ſm Inno. vitium hoc ſit extrema turpitudo non ſolum aīam maculans ſed etiā naturam fedans tn̄ innumerabilis multitudo laborat in h̄ vitio: vt merito diceret dn̄s Job. xl. Ecce Behemoth quē feci tecū fenū q̄ſi bos comedit: fortitudo ei⁹ in lūbis eius: ⁊ virtus illius in vmbilico vētris ei⁹. Behemoth interpretat̄ beſtialis ſenſus diabolū de luxuria tēptantē: vel luxurie vitiū in q̄ tota rō abſorbet̄ a carne ⁊ hominē reddit beſtialē: nihilominus tn̄ ſic bos herbā ſic Behemoth hoīes p luxuriā comedit: p h̄ deſignare volēs intollerabilē multitudinē h̄ vitio vl' in aliq̄ ſpecie laborantē. Nulli nanq̄ȝ parcit etati: nulli ſexui. nulli ſtatui vel ꝯditioni. nec q̄dē veret̄ deo ꝯſecratas pſonas accedere: nec q̄dē thorum mr̄imonialē īuadere: in quo nimiꝝ deijcit infinitos. Sara de octo viris vnū viuū retinuit: nunc vero de viginti vix vn⁹ innoxius euadit. Sic etiam in ſingulis ſtatibus ⁊ etatib⁹ ſtragem exercet ineſtimabilē: nec vllū etiam vſq̄ȝ ad decrepitam etatem relinquit infeſtū: ſed quos opere non poteſt ſaltem affectu turpitudinis deijcere conat̄. ¶ Hic primo q̄ri poteſt: vtrum actus venereus poteſt fieri ſine peccato ⁊ videtur q̄ non. quia nihil videtur impedire virtuteȝ niſi peccatum: ſed oīs actus venereus maxime virtutem impedit quia dicit Auguſt. in. j. ſoliloquiorum. Nihil eſſe ſentio quod magis ex arte deijciat animum virilē q̄ȝ blādimēta femine: corporiſq̄ȝ ille contactus ſine quo vxor haberi non pōt. Unde in actu venereo ſuperfluitas eſt delectationis: que rationem in tantum abſorbet q̄ impoſſibile eſt aliquid intelligere in ipſa vt dicit phus in. vj. ethicoꝝ. Et ideo dicit Hiero. q̄ in illo tactu ſpiritus prophetie non tangebat corda prophetarum. Econtra ꝓ videt̄ q̄ p actum venereum non poteſt fieri peccatum p̄ſertim cum ſolutus ꝯuenit cum ſoluta. Ratio eſt quia quilibet licite poteſt vti put libet eo quod ſuum eſt: ſed in actu venereo p̄ſertim ſolutus ab omni vinculo non vtit̄ niſi quod ſuū ē: ⁊ ſic non videt̄ eſſe peccatū. Ad hoc dicēdū ſm Tho: ſcd̄a ſcd̄e. q. cliij. q̄ in humanis actib⁹ illud ē pctm̄ qḋ ē ꝯ ordinem rōnis ⁊ quanto aliq̄d ē magis neceſſarium: tanto magis oportet vt circa illḋ ordo rōnis ſeruet̄. ⁊ p ꝯſequēs ē magis vitioſum ſi rōnis ordo p̄termittat̄: Uſus aūt venereoꝝ ad bonū cōmune valde ē neceſſarius quod ē ꝯſeruatio generis hūani: ⁊ iō circa h̄ maxime debet attēdi rōnis ordo. ¶ Habet igit̄ ordo rōnis vt q̄libet conuenięter ordinet in ſuum finē: ⁊ ideo nō eſt pctm̄ ſi p rōneȝ vtat̄ homo rebus aliq̄b⁹ ad finē ad quē ſunt: modo ⁊ ordine ꝯueniēti: dūmodo finis ille ſit aliquod vere bonū. Sicut aūt ē vere bonum q̄ conſeruetur natura corpalis vni⁹ indiuidui ad cuius ꝯſeruationem ordinatur vſus ciborum: ſic etiam eſt quoddā bonū excellens q̄ natura conſeruet̄ humane ſpeciei ad cui⁹ ꝯſeruationem vſus venereoꝝ neceſſarius eſt: vn̄ dicit Augu. li. de bono cōiugali quod eſt cibus ad ſalutē hoīs: hoc ē ꝯcubit⁹ ad ſalutem humani generis. Et ideo ſicut vſus ciborum pōt eſſe ſine peccato ſi fiat ordine debito ⁊ modo ad finē conſeruatiōis hominis: ſic etiam vſus venereoruȝ ſi fiat ordine debito ⁊ modo: ſm q̄ eſt cōueniēs ad finē humani generis ſiue generationis. Et licet q̄ȝtum ad cōmunem ſtatum virtutis virt⁹ nō impeditur niſi p peccatum: tamen q̄ȝtum ad perfectū ſtatū virtutis pōt impediri virtutis p aliquod qḋ non eſt peccatū: ꝓ ē min⁹ bonū ⁊ hoc modo vſus femine deijcit aīm: non q̄dem a ꝟtute ꝓ ab arce. i. a perfectione ꝟtutis Un̄ dicit Aug. i. li. ḋ bo. ꝯiu. Sic bonū erat quod Martha faciebat occupata circa miniſterium ſacroꝝ: ꝓ meli⁹ qḋ maria audiēs verbum dei: ita etiā bonū Suſāne i ꝯiugali caſtitate laudam⁹: ſȝ bonum Anne vidue ⁊ magis Marie virginis anteponimus. Econtra vero ſi quid fiat circa venereū actum p̄ter id quod rōnis ordo requirit vitioſum erit. Et h̄ pertinet ad rōnem luxurie q̄ ordinē ⁊ modū rōnis excedat circa venerea: ⁊ hoc eſt pctm̄: q̄ non licet ei mēbra ſua ad hoc vti. Cuius ratio eſt: q̄ dicit apl'us. j. Corin. vj. ꝯtra luxuriā loquens. Empti eſtis p̄tio magno glorificate ⁊ portate deū in cordib⁹ veſtris. Ex eo ergo q̄ inordinate q̄s vtitur corpore ſuo p luxuriā: deo facit iniuriā qui eſt p̄ncipalis dn̄s corpis noſtri. Un̄ ⁊ Aug. in li. de decem chordis ait. Dn̄s qui gubernat ſeruos ſuos ad vtilitatem illoꝝ non ſuā hoc precepit ne p illicitas voluptates corruat templū eius qḋ eſſe cepiſti. Et ideo apl'us ad Gal. v. qūlibet noſtrū diligenter auiſat ne decipiamur carnis illecebris dicens. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritū ⁊ ſpūs aduerſus carnē: hec eni ſibijnuicem aduerſant̄ vt nō quecūq̄ȝ vultis illa faciatis. Dicit aūt cōpendiū q̄ luxuria ex ſuo genere eſt peccatū mortale: q̄ eſt ꝯtra p̄ceptū illud nō mechaberis. Et eius cōcupiſcentia diſtinguit̄ in ſeptē modos. ¶ Primus eſt cū cōcupiſcentia cōſiſtit in primo motu tm̄ ⁊ ſic eſt veniale pctm̄: nā p̄mus motus in generatiua ſemp eſt pctm̄ niſi p ſacrm̄ matrimonij excuſet̄: licet nō ſemp ſit pctm̄ in nutritiua: cui⁹ ratio eſt: q̄ vis cōcupiſcibilis nō eſt ita corrupta in nutritiua ſicut in generatiua. ¶ Secūdus cum ſequit̄ conſenſus in delectationem licȝ nō in opus: ⁊ ſic eſt mortale pctm̄: ſicut cū q̄s tenet ſcienter cogitationē immundā ḋ peccato carnis: ⁊ ſibi placet delectat̄ voluendo ⁊ reuoluēdo: licet opus perficere non vellet. ¶ Tertius cū adeſt cōſenſus in opus ſi facultas vel oportunitas adeſſet: ⁊ ſic etiā eſt peccatū mortale. ¶ Quartus cū ꝯcupiſcentia nō ſolū tenet̄ corde ſȝ etiā paſcit̄ viſu: ⁊ ſic etiam eſt pctm̄ mortale. Matt. v. Qui viderit mulierem ad ꝯcupiſcendū eā iā mechatus eſt eaȝ in corde ſuo. i. q̄ hoc aīo ⁊ fine itendit in mulierē vt eā ꝯcupiſcat ⁊ p ꝯſenſuȝ carnalr̄ cognoſcat: q̄ ſm Aug. hoc nō eſt iā titillari ſed plene cōſentire libidini. Et ſignāter dicit ad concupiſcendā eā: q̄ ſi q̄s viderit eā vt rē pulchrā ⁊ viſui gratā nec vlterius p̄cederet tūc paruū vel nullū eſſet pctm̄: vel ſolum pctm̄ curioſitatis. ¶ Quintus modus eſt i ſtultiloquio ⁊ turpiloquio vt cū q̄ procat̄ mulierē vel ſaltē habet cū ea familiaria colloquia ꝓpter libidinē ad alliciendū eius cōſenſum: ⁊ ſic eſt mortale. ¶ Sextus cū q̄s libidinoſe mulierē amplexatur vel oſculat̄ aut libidinoſe tāgit vbera vel pudenda illius: ⁊ h̄ vocat̄ ab apl'o turpitudo vt dicit glo. ibidē ⁊ h̄ eſt mortale pctm̄: ⁊ tāto grauius p̄cedentib⁹ q̄ȝto magis libido p talia attendit̄ ꝓpter nimiā approximationē ad ignē vn̄ tāgere mulierē ſine intentiōe peccādi vel libidinē excitandi vel etiā a muliere ſic tāgit nō eſt pctm̄. Silr̄ tangere vxorē ſuā cū intentiōe ſȝ ex neceſſitate ⁊ ex ꝓpoſito generādi prolem ad diuinū cultū vel p̄cauendi fornicationē in ꝯiuge vel reddendi debitū. Sȝ ex libidine oſculari vel tāgere mulierē ad ſe nō ptinentem eſt mortale pctm̄. ¶ Septimus modus ē q̄n cōcupiſcētia p̄cedit in opus: ⁊ tūc certū eſt q̄ eſt mortale pctm̄: hec cōpendiū. B Secūdo q̄ri pōt: vtrū luxuria ſit vitiū capitale: p̄ſertim cū dicat Iſid. li. de ſummo bono: q̄ ſicē p ſupbiā mentis itur ad pſtitutionē libidinis: ita p humilitatē mentis ſalua fit caſtitas carnis: ſȝ ꝯtra rōnē vitij capitalis eſſe videt̄ q̄ ex alio vitio oriat̄. Ad h̄ rn̄det Tho. vbi ſupra q̄ vitiū capitale eſt illud qḋ habet finē multū appetibilē: ita q̄ ex eius appetitu hō procedit ad multa pctā ppetranda q̄ oīa ex illo vitio tanq̄ȝ ex p̄ncipali dicunt̄ oriri. Finis aūt luxurie eſt delectatio venereoꝝ q̄ eſt maxia: vn̄ delectatio hmōi in venereis eſt maxie appetibilis ſm appetitū ſenſitiuū: tum ꝓpter vehemētiā delectationis: tū etiā ꝓpter generalitatē huius ꝯcupiſcētie: ex q̄ manifeſtū ē: q̄ luxuria vitiū eſt capitale. Nec obſtat q̄ luxuria ex vitio ſupbie originē trahat: q̄ Grego. xxxi. moral'. ſuperbiā ponit reginā oīm vitioꝝ: ⁊ inanem gloriā q̄ imediate ab ipſa oritur vitiū capitale: ⁊ hoc rōnabiliter: q̄ ſuperbia iportat inordinatū appetitū excellentie: ex omni aūt bono qḋ q̄s appetit quandā conſequit̄ p̄fectionē ⁊ excellentiā: ⁊ ideo fines oīm vitioꝝ ordinant̄ in fines ſupbie: ex quo videt̄ q̄ habeat quandā generalē cauſalitatē ſup alia vitia: ꝓpterea Grego. vbi ſupra: ponit luxuriā eſſe vitiū capitale octo filias eidē aſſignās. Cuius ratio eſt: q̄ cū inferiores potentie ad obiecta ſua vehementer afficiunt̄ cōſequens eſt q̄ vires ſupiores in actib⁹ ſuis īpediant̄ ⁊ deordinent̄ Per vitiū autē luxurie maxie appetitus inferior ſcȝ ꝯcupiſcibilis vehementer intendit ſuo obiecto delectabili propter vehementiā delectationis: ⁊ ideo ꝯſequens eſt q̄ p luxuriā maxime vires ſuperiores deordinent̄ ſcȝ ratio ⁊ volūtas. Sunt igit̄ rōnis quatuor actus in

agendis ¶ Primus act⁹ eſt ſimplex intelligētia q̄ apprehēdit finē aliquē vt bonū: ⁊ hic actus impedit̄ per luxuriā ſm̄ illud Dan̄. xiij. Species decepit te ⁊ ꝯcupiſcentia ſubuertit cor tuū. Et q̄tum ad hoc cecitas mentis ponit̄ filia luxurie ſicut hebetudo mentis ponit̄ filia gule: ⁊ de eoꝝ differentia vide ſupra in .iij. p̄cepto ſermone: v. B. Et merito cecitas mētis ponit̄ filia tā deteſtande matris: quia ſm̄ Aug. in opere luxurie tota ratio abſorbet̄: ita ꝙ lumen rōnis quodāmodo extinguit̄: ⁊ tot⁹ hō quaſi carnalis efficit̄: ⁊ inde eſt ꝙ vitiū carnis plus hoīem vilificat ⁊ per infamiā denigrat q̄ꝫ alia vitia maiora. Qđ ex eo cōtingit: q2 per extinctionē rōnis homo priuat̄ ſua naturali dignitate qua ꝑ vſum rōnis cetera precellit. Hinc cōſulit pſ. xxxj. dicens. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus ⁊c̄. Unde cōqueritur dn̄s Hiere. v. dicēs. Saturaui eos ⁊ mechati ſunt ⁊ in domo meretricis luxuriabant̄: eq̄ amatores. Lyra ibidē notat effrenatā coꝝ luxuriam: eo ꝙ equi pre ardore libidinis aliq̄n̄ poſt equas inſaniūt. Sequit̄. Unuſq̄ſq3 ad vxorē proximi ſui hinniebat: id eſt īuerecūde ſigna luxurie p̄tendebat: mulus autem eſt animal ſtolidū: ⁊ hoc vitium ducit hominē mente cecatū ad pernitioſam ſtoliditatē. ¶ Secūdus aūt actus eſt cōſilium de his que ſunt agenda ꝓpter finem ⁊ hoc etiā impedit̄ ꝑ luxurie ꝯcupiſcentiā. Unde dicit Terentius in eunucho: loquens de amore libidinoſo. q̄ res inquit neq3 conſilium in ſe neq3 modum habet vllum eam conſilio regere non potes. Et q̄tum ad hoc ponit̄ precipitatio que importat ſubtractionē conſilij: quia ſm̄ Gregori. in moral. donū conſilij datur ꝯtra p̄cipitationez Pro quo nota ꝙ p̄cipitatio in actibus anime dicitur methaphorice ſm̄ ſimilitudinem acceptam a motu corporali. Dicitur aūt p̄cipitari ſm̄ motum corporalem quod in ima ꝑuenit a ſuperiori ſm̄ impetum quendā proprij mot⁹ vel alicuius impellentis non ordinate ꝑ gradus incedendo. Summū autem anime eſt ipſa ratio: imū vero eſt per corpus exercitata operatio. Gradus medij ꝑ quos oportz ordinare deſcendere: ſunt memoria p̄teritoꝝ: intelligentia p̄ſentiū: ſolertia in cōſiderandis futuris euentibus ⁊ ratiocinatio vnū alteri conferens: docilitas per quā aliquis acquieſcit ſententijs maioꝝ: per quos gradus quis ordinate deſcendit recte conſiliando. Si quis ergo poſt poſitis hmōi gradibus feratur ad agendum ad impetum voluntatis vel paſſionis, hoc dicit̄ precipitatio: verbi gratia: cū quis amore vel ꝯcupiſcentie feruore cecatus p̄cipitanter currit ad luxū ꝓpter libidinē explendā ſe piculo mortis frequēter exponens. ¶ Tertius vero actus eſt iudiciū de agendis: ⁊ hoc ſimiliter impedit̄ ꝑ luxuriā: dicitur enī Dan̄. xiij. de ſenibus luxurioſis: ꝙ auerterūt ſenſum ſuum vt non recordarent̄ iudiciorum iuſtoꝝ: Et q̄tum ad hoc ponitur inconſideratio ſcz mortis inferni ⁊ ſimiliū. Pro quo nota: ꝙ ſicut p̄cipitatio eſt circa actū conſilij ex defectu ſic incōſideratio eſt circa actū iudicij ex defectu quia defectus recti iudicij pertinet ad vitium inconſiderationis put ſcz aliquis in recte iudicando deficit ex hoc ꝙ ea contemnit vel negligit attendere ex quibus rectū iudiciū procedit. In libidinoſis enī tantū voluntas delectationi carnis immergit̄: ꝙ nec de amaritudine mortis cogitat: nec incertitudinē huius vite ponderat: nec iudicij diem formidat: nec inferni penā horreſcit: ſed ſi ſemꝑ liceret viuere ſemper vellet peccare. Et inde eſt ꝙ iuſto iudicio deus actum peccati tranſitoriū eternaliter punit: quia ſm̄ Augu. ſi homo malus eternaliter viueret: ſemper ipſum liberet peccare: ⁊ ſi homo peccat in ſuo eterno non mirū ꝙ deus punit in ſuo eterno. ¶ Quartus proinde actus eſt preceptū rōnis de agendo: quod etiā impedit̄ per luxuriā inq̄tuz ſcz homo impeditur ex impetu cōcupiſcentie ne ſcz exequat̄ illud qđ decreuit eſſe faciendū. Unde dicit Terentius in eunucho de quodā qui dicebat ſe receſſurum ab amica hec verba: vna falſa lachrimula reſtringet: ⁊ q̄tuz ad hoc ponitur incōſtantia: ¶ Pro quo nota: ꝙ inconſtantia importat receſſum quendā a bono ꝓpoſito diffinito. Principium aūt huius receſſus a vi appetitiua: non enī quis a priori bono propoſito recedit niſi propter aliquid qđ inordinate ſibi placet. Sed iſte receſſus non conſumatur niſi per defectum rōnis que fallitur in hoc ꝙ homo repudiat quod recte acceptauerat. Et quia cum impulſui paſſionis reſiſtere poſſit: ſi non reſiſtit hoc venit ex debilitate rationis que nō tenet ſe firmiter in bono concepto: ideo incōſtantia q̄tum ad ſui conſumationez pertinet ad defectum rationis. Ex hoc enim dicitur aliquis inconſtans quia ratio deficit in mandando executioni ea que cōſiliata ſunt ⁊ iudicata. Ex hoc autem prouenit hec mentis inconſtātia: quia delectationi tranſitorie per malam voluntatem incūbit: ⁊ ideo: neceſſe eſt mētem variari prout vna delectatio momentanea tranſit ⁊ alia ſuccedit. Sola autem mens illa figitur in vera cōſtantia que ꝑ amorē immobili ⁊ inuariabili bono fideliter īnitit̄. Silr ⁊ voluntas ꝑ luxuriā maxie deordinat̄: nā ex ꝑte volūtatis cōſequit̄ duplex inordinat⁹ actus: quoꝝ vnus ē appetitus finis: ⁊ q̄tum ad hoc ponit̄ amor ſui ſcz ad delectationem quā inordinate cōcupiſcit. Sed audiāt dn̄m dicētē Joh. xij. Qui amat animā ſuā ꝑdet eam. Amor ſui eſt: cuz quis longā vitā ad hoc deſiderat: vt ſuā libidinoſā volūtatē expleat. q2 carnal̄ affect⁹ ſe ipſum ⁊ alios ſolum amore cōcupiſcentie diligens: omnia in ſui comodum ordinat. vt in eis peramplius delectetur. Ex quo patet q̄ꝫ pernicioſum damnum inducit amor ſui: q2 p̄uat hominem ab amore ordinato ſuiipſius ⁊ omnium creaturarum immo ⁊ ipſius dei: et quod execrabilius eſt non ſolum ducit ad cōtemptum: ſed ſi dici liceat vſq3 ad odium dei dicente chriſto in euangelio Joh. xv. Nunc autem ⁊ viderūt ⁊ oderunt ⁊ me ⁊ patrē meum. Unde per oppoſitum odium dei ponitur filia luxurie: de quo odio plura dicta ſūt in .v. precepto ſermone. xxxiij. Licet enim deus ſit purum ⁊ ſummum bonum quod directe odiri non poteſt: dicitur tamen odiri indirecte propter duo. ſcz vel propter penam q̄ꝫ iuſto iudicio peccantibus infligit: vel propt̄ bonum delectabile quod mox pia prouidentia eis ſubtrahit ne grauius peccent. Alius autem eſt appetitus eorum que ſunt ad finē: ⁊ q̄tum ad hoc ponitur affectus p̄ſentis ſeculi cui carnalis inheret propter appetitum bonorum: diuitiarum: ſanitatis: fortitudinis ⁊ ceterorum per que carnalis affectus ſuum finem conſequitur ⁊ delectatiōe momētanea fruitur. Et per oppoſitum ponitur deſperatio futuri ſeculi: quia dum nimis detinetur delectationibus carnalibus: ad ſpirituales venire non curat ſed eas faſtidit. Conſiderans enim ſuā indiſpoſitionē ad ſpiritualia vel celeſtia cōſequēda: vtpote quia cōcupiſcentie carnali ⁊ delectatiōi finaliter immerſus ſibi ip̄i male cōſcius diffidit de venia ⁊ gloria futura ꝯſequenda: q2 deſperat de ꝓpria reſipiſcentia iuxta illud ꝓpheticū Hiere. xviij. Deſperauim⁹: poſt ꝯcupiſcētias noſtras ibim⁹: ⁊ vnuſquiſq3 prauitatem cordis ſui mali faciemus. Qđ ſi impi⁹ hmōi ſtulta p̄ſumptiōe ſe ſpem habere iactitat: rn̄det ſapiēs Sapie. c. v. Talia dixerūt in inferno hi q̄ peccauerūt ſcz trāſierūt oīa tāq̄ꝫ vmbra tanq̄ꝫ nauis vel ſagitta: qm̄ ſpes impij tāq̄ꝫ lanugo eſt q̄ a vēto tollit̄: tāq̄ꝫ ſpuma gracilis q̄ a ꝓcella diſpgit̄: ⁊ tanq̄ꝫ fumus q̄ a vēto diffuſus eſt. Merito nanq3 de fornicatrice dr̄ Prouerb: vij. ꝙ multos vulneratos deiecit: ⁊ fortiſſimi quiq3 interfecti ſunt ab ea: vie īferi dom⁹ ei⁹. Sic deiecit Samſonem virtuoſitate potente: q2 quem oēs philiſtijm deijcere nō poterāt Dalila meretrix vinctū tradidit ad ſpoliandum: excecandū: incarcerandū ⁊ illudendū. Sic deiecit Salomonē ſapiā ſingularem vt idola adoraret. ne ſuas delicias. i. vxores vel potius meretrices ꝯtriſtaret. Sic deiecit Holofernem ſtrennuitate pollentē: cui⁹ caput Judith abſtulit. Sic deiecit ipſos iudices etate ſeneſcētes cum in ꝯcupiā Suſanne turpiter exarſerunt. Sic deniq3 deiecit Dauid in ſāctitate viuētē cum incaute reſpexiſſet Berſabee ſe lauantem. Sed hic dei miſeratione reſpirauit ad emendā: quā tn̄ emendationez difficulter admittit hec noxa. Dicit eī Grego: in moral. ꝙ ex q̄ luxuria ſemel mētem occupauerit vix eam bona deſideria cogitare permittit. Sunt enim viſcoſa deſideria: q2 ex ſuggeſtione orit̄ cogitatio: ex cogitatione affectio: ex affectione delectatio: ex delectatione conſenſus ex conſenſu operatio: ex operatione conſuetudo: ex conſuetudine deſperatio: ex deſperatione peccati defenſio: ex defēſione gloriatio: ex gloriatiōe damnatio. Unū glutinū h̄ efficaciſſimum eſt ad capiendas animas vt dicit Aug. Hinc diabolus ſoluz hoc vitiū elegit: cum Balach regem ꝑ Balā ꝓphetam ſuum inſtruere vellet: quomodo potiſſime filios iſrael deuincere poſſet. Qđ a nobis auertat ieſus chriſtus dei fili⁹ in ſecula benedictus Amen. Ad laudem dei.

## ¶ Sequūtur ſermones de ſeptimo precepto.

### ¶ De furto in generali: ⁊ cur facienda eſt reſtitutio / vtrū ve ſit ps ſatiſfactionis: ⁊ quod ſeptē īpediūt reſtitutionē / ac quid reſtituēti ſpūaliter reſtituitur. Sermo primus.

diſpẽſare cum ſimoniaco. Ad hoc rñdꝫ Jo:
hã. de calđ. extra de renunciatione. in. c. poſt
trãſlationeꝫ dicẽs. Qd̃ ſi ſimõiace q̃s ordieꝫ

adeptus ẽ ꝛ ipõ ordinato ſciẽte vl' ꝯſciẽtie ta
cite vl' expſſe: vl' poſtea ratũ habẽte: vel ipõ
eodẽ pecuniã dãte tũc in his caſibꝫ executio-
nem pdit: non ſolũ ordĩs ſic ſuſcepti. extra de
ſimonia. c. tãta. ſed etiã omniũ alio ſm Vlri-
cum ꝛ Inno. ꝛ addit Inno. ꝙ etiã in tpalib⁹
ꝛ p ꝯſequens pdit adminiſtrationẽ tempora
lium: ar. lxxxj. di. c. cos etiaꝫ q̃ vt fornicariꝫ eis
liceat diuinum officium deliq̃rũt a deo rece
dẽtes diabolo ꝛ opibus ei⁹ ſeruiũt ſicut ſe iu
ſtiſſime ab officio alienos faciũt: ita bñficio-
rũ alienos eccliaꝝ p̃uatos eẽ adiudicam⁹: h̃
ibi: vñ alius q̃ꝫ papa ſup his diſpẽſare nõ pt:
vide tñ clari⁹ de h̃ ſupra. Si ṽo ſimoniace
ordinẽ adepi⁹ ẽ ipõ ignorãte nec poſtea ratũ
habẽte: tũc ex diſpẽſatiõe epi põt in ordinib⁹
remanere. j. q: j. p̃ſentiũ. In alijs aũt ordini-
b⁹ nõ ſimoniace ſuſceptis ſine diſpẽſatiõe re
manere poteſt: nouos tñ nõ recipiet niſi cuꝫ
eo diſpẽſetur in ordine quẽ ſimoniace acq̃ſi-
uit. Diſpenſare vero poteſt in hoc caſu ſcili-
cet vt nouos recipiat ſolus papa ſi eſt manife
ſtum: ſi aũt occultum tunc epus. Preterea ſi
dignitatem vel eccleſiam curatã adeptus ẽ
ſimoniace eo ſciente vel cõſciente. tacite vel
expreſſe: vel poſtea ratum habente aut etiã
pecuniã dãte: tũc ſi libere renũciat eps diſpẽ
ſare poterit vt in alia eccleſia beneficiũ obti-
neat ꝛ in ſuſceptis ordinibꝫ miniſtret: ꝛ vt ĩ
eadem eccleſia beneficium obtineat non ta-
men illam dignitatẽ quã ſimoniace obtinuit
ꝛ ꝙ in minoribus ordinibus miniſtret: non
tamen ꝙ ad ſupiores ordines aſcendat: ꝛ ſic
plus punitur remanẽs in ecclia in qua ſimo
niam cõmiſit: q̃ꝫ ſi ad aliã ſe trãfferat Aut fa
ctum eſt ipõ ignorante ꝛ tũc nõ nocet ei ſi fa-
ctum eſt inſidioſe ab inimicis: ꝙ ſi ab amicis
factum ẽ: tũc ſi nõ renũciat ſpõte ſꝫ expectat
ſentẽtiam in tota illa natiõe eccliam vl' digni
tatem habere nõ põt: nec h̃ caſu eps ea vice
diſpenſare põt: vt extra de ele. c. ſi alicuius: in
p̃nci quod intelligit Hugo: niſi ecclie nccitas
vel vtilitas id expoſcat: vt patꝫ expſſum. j. q.
vij. §. niſi rigor in alia ṽo natiõe poterit eps
diſpẽſare: ar. a ꝯrio dicti. ca. ſi alicuius ibi ea
vice. Si ṽo ſponte renunciat: dic̃ glo. in di. c.
poſt trãſlationem: ꝙ epus illa vice diſpẽſare
poterit ex nccitate vel vtilitate eccleſie. j. q.
vij. c. ꝛ ſi ita. Si deniqꝫ ſimplex bñficium ac-
quiſiuit ſimõiace ſꝫ ignorãt tũc poſt liberã re
ſignationẽ ea vice pt eps diſpẽſat Idẽ ſi ſciẽ
ter ꝛ nccitas vl' vtilitas eccleſie req̃rit: mto

minus ſi ſententiam expectauit:niſi ꝓpter ne
ceſſitatē vł vtilitatē:⁊ generalit̄ de diſpēſati
one epi intellige ſi cū ipſo non fuit cōmiſſa ſi
monia. De ſimōia aūt cōmiſſa circa exeq̄as:
bn̄dictiones nubentiū.ſal:panis:i ꝯſecratio
ne eccliaꝝ:vaſoꝝ veſtimētoꝝ:venditiōe chri
ſmatis ⁊ ſiliū :ſm Hein.boyc.i di.c.poſt trāſ
latione:epus vt credit diſpenſari pōt poſt ꝑ
actā pniam:ꝯco:.Hoſti.Goff ⁊ ſpeculato:.
Deniq̄ de ſimonia ꝑ ingreſſum religiōis ſo
lus papa diſpenſat ſi ingrediēs ſcienter con
traxit vel poſt ratum habuit. Si ignorāt per
inimicum nihil nocet:ſi ꝑ amicū eo ignoran
te vł contradicente:tūc credit Hein.boyc:ꝙ
epus diſpenſare pōt:in dicto.c.poſt tranſla
tionem ⁊ allegat multa iura. Ad lau.dei.

## ¶De reſtitutione elemoſynaꝝ ꝓpter dandi impotentiam vel accipiendi fraudulentiam/ falſam queſtinatio nē ⁊ dānabilē abuſionē. Ser. xx

Non furtum facies Exo.xx.
n Septimo principaliter elemoſynis
vel donis abutentes tenentur ad re
ſtitutionem. A Ad cuius euidentiam ſciē
dum ꝙ principaliter tria ſunt hominum ge
nera q̄ obligantur ad elemoſynarum reſtitu
tionem. Primi ſunt qui recipiūt elemoſynas
ab his qui eas dare non poſſunt.de quo talis
regula dari poteſt. Omne acquiſitum a dan
te legitimam auctoritatē dandi nō habente:
reſtitui dꝫ. Ratio huius eſt:quia ſcd̄m Sco.
in .iiij.di.xv.non eſt iuſticia ſi donat quis qui
prohibente iure non habet auctoritatem do
nandi:niſi ꝓbabiliter p̄ſumat ꝙ illis placeat
qui ſuper hoc habent poteſtatem donandi:
⁊ ideo dare non poteſt furioſus vel qualiter
cunq̄ alienatus a mente ſicut nec peccare
poteſt.xv.q.j.capi.merito:extra de homici.ſi
furioſus. Similiter non valet ꝙ donat ſuus
aut filiuſfamilias qui nō hꝫ peculium caſtrē
ſe vel quaſi.ff.ad macedon̄.l.filius.ff.de pe
cul.l.filius: Nec etiam valet qd̄ donat vxor
que non habet res parafernales.ff.de dona
tio .inter vi.⁊ vxo.l.quintus:nec quod donat
monachus vel clauſtralis .xij.q.j.ca.non di
catis:⁊ .c.nolo:extra de ſtatu mona.cum ad
monaſterium:nec qd̄ donat bonoꝝ eccliaſti
corum adminiſtrator.niſi eccleſiaſtica bona
moderate donet hōeſtis ꝑſonis ex iuſta cau
ſa:q: pauperum bona ſunt.xvj.q.j.c.ſi.aliter
raptor:nec eſt quod donāt q̄ mino:es ſunt.xv
annis.C.ſi maior fac.ra.habuerit.l.ſi.⁊ mul
tominus ſi donat pupillus qui nihil aliena
re pōt ſine auctoritate tutoꝛ.ff.de acq̄.re.do.
l.pupill⁹:nec valet donatio ꝓdigi.ff.de cura.
fur.l.iulian⁹. Oīa ḡ ſup̄dicta ⁊ ꝯſiƚa a tali
libus habita reſtitui debēt niſi ꝓbabiliter p̄ſu
mat̄ ꝙ illis tal̄ dōatio placeat q̄ ſup h̄ pote
ſtatē acceperūt quoꝝ declaratione vide lau⁹
ſuperi⁹. Vn̄ generaliter etiā oēs tenēt ad re
ſtitutionē faciendā q̄ recipiūt ab his q̄ ſūt ob
ligati in iuſtis vel debitis:⁊ ſup h̄ efficiunt̄
impotētes ad ſoluendum:exempli gratia Si
quis accipiat elemoſynas ab vſurario q̄ ꝓpt
h̄ efficit̄ nō ſoluendo:tūc aūt ad reſtitutionē
obligatur:qd̄ ſane intelligendum eſt ſi ꝓpt h̄
certa iniuſta ſoluere non poteſt:ſecus autem
ſi ꝓpter hoc nō efficiat̄ impotēs ad ſatiſfaci
endum de certis iniuſtis. Cōco:. Vlri.verū
tamen licet vſurarij non eſſent ſoluēdo tn̄ ex
cuſantur p̄dicantes ⁊ religioſi qui vadūt vt
ad penitētiam ⁊ reſtitutionē illos ꝓpoſſe in
ducant ſi de vſuris cum eis comedunt:ma
xime ſi apud alios comode venire nō poſſūt
ſiue illos inducant in p̄dicatione generali ſi
ue in ꝑſuaſiōe ſpeciali:vt patꝫ extra de ſen.ex
c.cum voluntate:vbi ſubdit̄:p̄dicatores q̄q̄
penes excōicatos vel alios alienarum reruꝫ
detentores in predicationibus ⁊ ꝯfeſſionib
quaſi gerunt cauſam eoruꝫ ad quos res ipſe
ſpectare noſcuntur:elemoſynas licite poſſūt
ab illis recipere:p̄ſertim ſi alias nō valeant
in loco illo ſuſtentationem habere:qd̄ tamē
ſm Richar.verum eſt ſi de correctione ſpes
ꝓbabilis habeat̄:⁊ etiam ſi ꝓpter eoꝝ expen
ſas no ſubtrahatur vſurario reſtituēdi facul
tas in toto vel in magna pte:conco:. Ray.
Archi.⁊ Hoſti. Preterea multomagis ſacer
dotes oblationes a manifeſtis vſurarijs re
cipientes obligantur ad reſtitutionem nam
licet ex hoc vſurarij non fierent impotentes
ad ſoluendum:tamē recipientes ad reſtituti
onem obligant̄:⁊ donec ſatiſfecerit ad arbi
trium ſui epi ab officij ſui executione manent
ſuſpenſi:vt extra de vſuris.c.q:.in omnibus
Caueant igitur ne celebrent interim alias ſi
erent irregulares.ſm Hoſt.tamen ſcd̄m Ar
chi:decretum illud nō eſt late ſententie ſꝫ ſerē
de p̄ma tamen opinio ſecurior eſt. ¶ Sꝫ ſi q̄
ritur qui ſint vſurarij manifeſti:dicendū ſm
Hoſti.ꝙ dupliciter cognoſci poſſūt. Primo
per notoriū iuris:qn̄ ſcꝫ ꝑ epum in ecclia pu
blicati ſunt:ſecus autez ſi ab epo tolerantur
Scd̄o ꝑ notoriū facti:id ē ꝑ euidētiā manife
ſtā.ſ.cū tenēt patētē mēſā ad pecūiā mutuan
dā cuilibet ſub vſurꝭ:ſic meretrix in pſtibulo
cuilibet ſtat parata:ita habet̄ in.le.palā:ff.de ꝟ.
ſig.⁊ ꝑ bar.in.l.ij.ff.de.furt. Si ꝟo ſūt mani
feſti ꝑ infamiā nō tn̄ notorij:ſm Gratianū hāc
penā nō patiūt̄. B Scd̄i p̄ncipalit̄ ſunt q̄
recipiūt elemoſynas fraudulēt: Pro q̄ ſciēdū
ſm Sco.in.iiij:ꝙ ad iuſtā donationē tria req̄
runtur. Primū ē ꝙ ſi libertas ex pte donātꝭ
ꝓpter cui⁹ defectū nō pn̄t p̄dicti alienare bo
na lꝫ ſua:⁊ etiam ex pte recipientis propter
cuius defectū fratri minori pecunia dari nō
pōt:nec alicui religioſo ſubdito cui nō eſt cre
dita ammiſtratio dari pōt aliq̄d ſine ſcitu ⁊
licētia ſui ſuꝑio:is:q: nō ē capax alicui⁹ ꝓpri
etatis. Scd̄m eſt ꝙ ſit volūtas recipiēdi ex
pte ipi⁹ cui ſit donatio:q: niſi oblatū recipia
tur dominiū nō trāffert̄:⁊ ḡ caueāt q̄ q̄cūq̄
oblata refugiūt in manifeſto ſꝫ poſtmodum
clā auferūt in occulto.q: furtū ꝯmittūt. Ter
tiū ē ꝙ ſit traſlatio liberalis ex pte donātis.
Nō eſt aūt in donatiōe iuſticia ſi donās non
mere liberaliter donat:⁊ iō generalit̄ q̄cūq̄
coact⁹ circūuentus vel decept⁹ donat:non
mere liberaliter donat:q: aliq̄lis coactio ⁊
ignorātia excludūt ſimplicit̄ volūtariū:nō ḡ
valet illa donatio que ꝓcedit ex q̄cūq̄ neceſ
ſitate vł coactiōe. Sil̄r ſm Sco.decept⁹ ab
eo cui donat q̄ꝫtū ad illā rōnem ꝓpter illā do
nat nō ſimplicit̄ donat:vn̄ ſm Inno.⁊ Hoſt.
hypocrita q̄ ſub nomine boni ac deuoti viri
multa queſiuit obligat̄ ad reſtitutionē.q: ꝑ
fraudem adept⁹ eſt illa bona.xiiij.q.v.c.ſi ⁊
c.qui habetis.§.ſꝫ hoc. Et iō talit̄ acq̄ſita dꝫ
alijs viris deuotis vel pauperibus erogare.
de talib enim dicit dn̄s Mat.xij.de ſcribis
q̄ deuorāt domos viduarū obtētu ꝓlixe orō
nis hi accipiēt ꝓlixius iudicium. Et Math.
xxiij. Ve bouis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄
comeditis domos viduarum:orōnes lōgas
facientes ꝓpter h̄ enim amplius accipietis
iudicium: Sil̄r ſi dat̄ aliq̄d nō egeno:eo ꝙ ꝑ
ſuam ſiƚationē egen⁹ putabat̄ h̄ alijs egenis
diſtribuere tenet̄ niſi ⁊ ipſe interim egenus ef
ficiat̄:de talibus em̄ ibidem dīc Sco. videāt
truſatores illi qui diuites exn̄tes tāq̄ egeni
recipiunt elemoſynas:ne iniuſte oīa hmōi
recipiant:q: nō eſt ibi in dante voluntariū ꝑ
pter conditionis ignorātiā quā reſpicit in do
nādo. ¶ Ad maiorem aūt euidētiā p̄mo q̄ri
pōt:vtrū illi qui ſe ſiƚant bonos nō ſunt que
ſtus grā ſic hypocryta tenent̄ ad reſtitutiōeꝫ
Ad h̄ rn̄det Alex.de hales:dicēs:in.iiij:tra
ctatu r̄ſtitutionū:ꝙ ſic:cui⁹ rō ē:q: ille q̄ dat
aliq̄d hypocryte quē eſtimat bonū ⁊ r̄ligioſū
nō dat ꝑ ſe loq̄ndo hypocrite.ſ interp̄tatiue
dat viro religioſo:vn̄ nō trāffert̄ dominiū rei
date ad hypocrytā ⁊ ſic hypocrita nō ē iuſt⁹
poſſidēs rei date ſꝫ vſurpatiue ⁊ inuito dn̄o
ac ꝑ ꝯn̄s ē aliene rei cōtrectator ꝓpt̄ qd̄ tene
tur ad reſtōeꝫ. Sꝫ ſi obijcit̄.igit̄ a ſiƚi cui cō
fert̄ ab epo p̄bēda eo ꝙ credit̄ eē bon⁹ ⁊ nō
ſit:tenet̄ etiā ad reſtitutionē illi⁹. Ad h̄ rn̄det
ibidē. Alex.ď hales:ꝙ nō ē ſiƚe:q: lꝫ ꝯferens
alteri p̄bendā credit illū eē caſtū ⁊ bonū:tn̄
ille cui ꝯfert̄ p̄bēda nullā fraudē ꝯmittit ꝓpt̄
quā illi cōfert̄:q: tali intētiōe nō ſiƚat ſe caſtū
vt p̄bēdā aſſeq̄t̄. Ideo lꝫ ingrediēs ſit mal⁹:
vtpote fornicator ⁊ impi⁹ licit⁹ tn̄ ē ei⁹ īgreſ
ſus in p̄bendā:hic etiā nō tenet̄ ad reſtitōeꝫ.
Si tn̄ ꝑ hypocriſim ꝓpter h̄ ſe bonū ſiƚaſſet
vt p̄bendā aſſeq̄ret̄:tūc ei⁹ ingreſſus eſſet vi
tioſus ⁊ illicit⁹:vtpote fraude ⁊ dolo adept⁹
⁊ ꝑ ꝯn̄s tenet̄ ad r̄ſtitutionē. Sil̄r etiā ſi eps
vł ali⁹ p̄latus matrē vł ſororē alicui⁹ cogno
ſceret:⁊ ob h̄ illi p̄bendā aliquā tribueret:tūc
cognita veritate tenet̄ reſignare:q: turpiſſi
mū ingreſſū habuit. ¶ Scd̄o q̄ri pt̄ de his q̄
mēdicant elemoſynas pauperum rapiendo:
cum tn̄ eis nō ſit neceſſarium. Ad hoc rn̄det
Alex.ď hales vbi ſupra:ꝙ diues exn̄s vł ſal
tem non paup mētiēdo ſe pauperem aliquid
acquirit tenet̄ ad reſtōeꝫ non illi a quo rece
pit:q: talis iam meritū hꝫ apud deum dans
elemoſynam intuitu pietatis:ſed tenet̄ dare
pauperib q̄bus alter vtiq̄ donaſſet ſi non er
raſſet. Sꝫ ſi q̄ritur q̄d ḡ de mēdicantib va
lidis qui ſe debiles claudos ⁊ infirmos fin
gunt:⁊ vt dicit glo.C.de mendi.vali.li.xj.cū
herbis ⁊ alijs medicamentis fingere pn̄t de
formitates membroꝝ ⁊ egritudines corpoꝝ
Ad h̄ rn̄det Jo.de pla.ꝙ inſpiciēda ē eorū
cōditio:vt ſi eis fuerit corporis integritas:et
annorum robuſtas:eorū inertia ſine vlla mi
ſeratione puniat̄ h̄ mō vt ſi fuerint ſerui ſub
dantur dn̄io accuſatorum. Si ꝟo liberi effi
ciantur eorū coloni aſſcripticij:⁊ h̄ qn̄ fingūt
infirmitatem. Si ꝟo nō fingūt infirmitatē ſꝫ
tn̄ ſani mendicant:tūc ſi ſunt forēſes expellūt̄
⁊ ad ſuas ptes remittuntur. Si aūt nō ſūt fo
renſes:tunc ad artes ⁊ opa ac publica exerci
tia cōpelli debent:vt in aut̄.de q̄ſtore.§.ſi ꝟo

vite colla.vj.nam dicit ibidez glo.ꝙ cū ſint
robuſti ⁊ ſani auferūt panē debilib⁹ ⁊ ꝑ ꝯñs
ad reſtitutionē obligāt. Eſurienti ei panis vti
liter tollit vt ei⁹ inertia cohibeat:⁊ vtili⁹ eſu
rienti panis tollit ſi de cibo ſecur⁹ iuſticiā ne
gligebat ꝙ̄ eſurienti panis frangit vt iniuſticie
ſeduct⁹ acqeſcat:⁊ q̄ freneticū ligat ⁊ q̄ litar
gicū excitat ambob⁹ moleſt⁹ ambos amat:h
Aug.⁊ habent.v.q.v.ca.nō oīs.Itē glo.ſup
Matth.Iuſti⁹ feceris ſi iniuſte petente corre
xeris ꝙ̄ ſi q̄d ei dederis. ¶ Tertio q̄ri pōt.q̄d
igit de q̄ſtorib⁹ q̄ mittunt in omnem terrā ad
euacuāda marſupia mulierū fictis mēdacijs
ita ꝙ tā v̄bo ꝙ̄ exēplo.tā ſermōe ꝙ̄ ꝯuerſati
one plurios ſcādalizāt ⁊ in errorē ducūt.Ad
h dicendū:ꝙ ad abolēdas eoꝝ deteſtabiles
inſolētias tria ꝑncipalit de eis in iure diſtri
cte ſūt ꝑmulgata.Primū ē d̄ eoꝝ ꝯuerſatiōe
q̄ ponit extra d̄ pe.⁊ re in.c.cū.ex eo.vbi ſub
dit:q̄ aūt ad q̄rendas elemoſynas deſtinant
modeſti ſint ⁊ diſcreti nec ī tabernis aut alijs
locis incōgruis hoſpitent:nec inutiles faciāt
aut ſūptuoſas expēſas canētes omino ne falſe
religionis habitū geſtēt ex q̄b⁹ liq̄do ꝑz:ꝙ n̄
debent eſſe ribaldi:fornicatores:adulteri:ta
xillatores aut ſimilibus criminib⁹ irretiti:nec
elemoſynas in ſubſidium pauperū datas vi
tioſe ⁊ ſcādaloſe dilapidare debent:alioquin
obligantur ad reſtōēm:q2 deteſtabile furtū
eſt.Secūdum aūt eſt de eoꝝ auc̄te ſine q̄ ne
quaq̄ admitti debent:vñ in dicto.c.cū ex eo
ibi ſubditur:Elemoſynaꝝ q̄z q̄ſtores quorū
q̄dam ſe alios mentiēdo abuſiōes nōnullas
in ſua ꝑdicatione ꝓponunt admitti:niſi apl̄i
cas vel dioceſani epi literas veras exhibeāt
ꝓhibemus:⁊ tūc ꝑter id q̄d in ipis cōtinebit
literis nihil ꝑpl̄o ꝓponere ꝑmittant.Formā
v̄o quam cōiter ſedes apl̄ica talib⁹ indulget
duxim⁹ exprimēdam:vt ſm eā epi dioc.ſuas
l̄ras moderent.Ea ſiq̄dē talis:qm̄ vt ait apl̄s
ad Ro.xiiij.Oēs ſtabim⁹ añ tribunal chr̄i:
recepturi ꝓut in corꝑe geſſim⁹ ſiue bonū fue
rit ſiue malum.oportet nos diē meſſiōis ex
treme miſcdie opibus ꝑuenire ac eternorum
intuitu ſeminare in terris q̄d reddēte dño cū
multiplici fructu recolligere debeamus in ce
lis:firmam:ſpē.fiduciāq̄ tenētes:qm̄ q̄ par
ce ſeminat parce ⁊ metet:⁊ q̄ ſeminat in bñdi
ctionem de bñdictione ⁊ metet vitā eternaz.
Cum igit ad ſuſtentationē fratrū ⁊ egenorū
ad tale cōfluentium hoſpitale:ꝓprie nō ſup
petant facultates vniuerſitatem veſtrā mo
nemus ⁊ exhortamur in dño atq̄ in remiſſi
onē vobis iniūgim⁹ pctōꝝ q̄ten⁹ de bonis a
deo vobis collatis pias elemoſynas ⁊ grā
charitatis ſubſidia erogetis:vt ꝑ ſubuētionē
v̄ram eorū iopie ꝯſolet:⁊ vos ꝑ hec bona et
alia q̄ dño inſpirāte feceritis ad eterna poſſi
tis gaudia ꝑuenire:h ibi:Tertiū v̄o ē de eo
rū āmonitiōe:q̄ ſcz ꝓhibent denūciare:nō em̄
ꝑmittūt ꝑdicare ſm iura ſz charitatiue āmo
uere:vt ꝑz plane.li.vj.de heret.in.c.vt offici
um:⁊ ī cle:ſcd̄a de peni.⁊ re.In q̄ clemētina
multa eis ꝓhibēt denūciare vbi ſubdit.Cū
aliq̄ ex hmōi q̄ſtorib⁹ ſic ad n̄ram audientiā
eſt platū:nō ſine multa temeritatis audacia:
⁊ decepciōe multiplici aiaꝝ īdulgētias ꝓprio
ſuo motu ꝑpl̄o de facto cōcedāt:ſup votis di
ſpēſent:⁊ a piurijs.homicidijs ⁊ pctis alijs ſi
bi ꝯfitētes abſoluāt.mala ablata incerta da
ta ſibi aliq̄ pecūie q̄ntitate remittāt:tertiā aut
q̄rtā partē de penitētijs iniūctis relaxēt.aīas
tres vel plures amicoꝝ vel parentum illorū
qui elemoſynas eis ꝯferūt de purgatorio vt
aſſerunt mendacit extrahāt:⁊ ad gaudia pa
diſi ꝑducant:bñfactorib⁹ locorum quoꝝ q̄ſto
res exiſtunt remiſſionem plenariā pctōꝝ in
dulgeāt ⁊ aliqui ex ipſis eos a pena ⁊ a cul
pa:vteorum verbis vtamur abſoluāt.Nos
abuſus hmōi per quos cenſura vileſcit eccle
ſiaſtica:⁊ clauium eccl̄e auc̄tas deducit ī cō
temptum:oīmode aboleri volētes:ea ꝑ quoſ
cūq̄ q̄ſtores fieri ac attemptari decetero di
ſtrictius inhibemus.Omnia ⁊ ſingula priui
legia ſi qua ſup ꝑmiſſis vl̄ eorum aliquo ſint
aliquib⁹ locis ordinib⁹ vel perſonis q̄ſtorum
hmōi quōcunq̄ cōceſſa:ne ipoꝝ pretextu ſit
eis materia talia vlterius preſumendi:auc̄te
apl̄ica q̄ntum ad premiſſa penit⁹ reuocātes:
hoc ibi.Nunc autē laicos ⁊ illiteratos mittūt
pro colligendis hmōi elemoſynis:quod ſatis
reprobatur:extra de priuil̄.i.c.tuarū.⁊ quod
peius eſt nō ſolum vxoratos ſed etiā publi
cos fornicatores:adulteros ac alios infames
qui pro certa ſumma ſibi vendicant auctori
tatem diſcurrendi ꝑ hmōi elemoſynis:in fo
mentum ⁊ augmentū eterne maledictionis
Unde dicit ſanct⁹ Bernardin⁹ de religiōe
chriſtiana:cū in elemoſynis dandis eſt error
ꝑſone:puta quia dans credit alteri dare:tūc
illud reſtituēdum eſt dandi vl̄ illis ad quos
dantis intentio ferebatur:vt ſi quis ſolis in
firmis hoſpitalis ſancti Anthonij vel alteri
us loci vel perſone intendebat dare:non q̄ſtoribus:tunc eſt illis infirmis ⁊ pauperi
bus reſtituendū:nihilominus tamē q2 nullus
tenet proprijs ſtipendijs militare:nec etiā ge
rere cauſas alioꝝ ad expenſas ſuas:dico ꝙ
tales vulnere poſſunt ſuper queſtis quas fa
ciunt moderate tamen:poſſunt etiā modera
tum ſalariū exigere ⁊ accipere dūmodo ſine
mendacijs cū moderaminibus ſupradictis
officiū illud exequant.Q̄d ſi tales queſtuarij
dicunt ſe eſſe ſacerdotes ⁊ nō ſunt:ac per im
pias deceptiones:promiſſiones ⁊ mendacia
lucrati ſunt multa:tūc aut emunt queſtā illā
pro certa pecunie quātitate ⁊ tūc quia id q̄d
illis modis impijs lucrati ſunt eſt turpe lucꝝ
totū debet pauperibus erogari:aut ſunt ſub
obedientia hoſpitalis pro quo queſtā fecerūt
⁊ tūc domus hoſpitalis nihil eis dimittere de
bet ꝑter cōmunem victū alioꝝ confratrū:ſed
totū debet vſui pauperū applicare:ꝙ ſi aliter
facit ipſe dñs peccat peccatoꝝ particeps effi
citur:hec ille. ¶ Tertij ꝑncipaliter ſunt q̄
abutunt elemoſynis dānabiliter ꝙ̄ licite ſint
acquiſite:⁊ hoc dupliciter.Primo quādo da
tur elemoſyna ſub cōditiōe quā recipiens nō
exequit:vt cum ſacerdoti dat elemoſyna pro
miſſis celebrandū eis:vigilijs legēdis ⁊c̄.qui
tñ hoc non perficit:tunc dñi ſi receptori ꝯſtat
de preciſa intentione dantis:ꝙ ſcz alias nullo
mō daret:obligat vel ad reſtituendū vel ad
ſufficienter per ſe vel per aliū ſupplendū ſm
intentionē dantis.Cuius ratio eſt:q2 cū res
in recipientē nō tranſeat:niſi eo mō quo dans
transferre intendebat:ſi cōditio nō perficit:in
ipm̄ res minime traſſerri valebit.Nimirū cū
intendebat hanc ſibi vel ſuis procurare bo
na ſpūalia quibus iniuſte fraudatur quouſq̄
bona illa ſpūalia ſibi ſuppleant vel reſtituan
tur.Si tñ principaliter illā elemoſynā daret
propter perſonā:ſecundario vero ꝓpter ſpiri
tualem ſubuentionē:tūc licet petita nō perfici
at non obligat ad reſtitutionē:q̄uis etiā alter
errāſſet in pſona:alias tamē peccaret infideli
ter agendo.Exempli gratia:do tibi marcam
argenti ꝑncipaliter quidem quia te credo a
micū vel nepotem meū.Secūdario vero:q2
te credo probū ⁊ bonū:vt pro me intercedas
vel miſſas pro me ⁊ meis dicas:tunc licet nō
ſis amicus vel cognatus meus nec etiam bo
nus vel probus:nec etiam interceſſionē pro
me facis ad reſtitutionē ex neceſſitate ſalutis
nō es obligatus niſi per hypocriſim te bonū
ſimulaſſes:vt ſic elemoſynas vſurpares:pec
cas tamen grauiter fidelitatem tibi creditam
infideliter exequens.Secundo quando ele
moſyna in ſuperfluitate conſumit cum talia
ſuperflua pauperū ſint. ¶ Ad cuius euiden
tiam queri poteſt:vtrum clerici obligentur ad
fructus beneficioꝝ reſtituendos quos volu
ptuoſe conſumpſerūt:nec pro illis fecerunt ſal
tem debito mō quo deberent:eo ꝙ in morta
li peccato fuerunt.Ad hoc reſpondet Arch.
xliij.diſt.vbi in textu multa tangunt de con
uiuijs ⁊ cōmeſſationibus clericoꝝ:ꝙ ſcz hu
iuſmodi tenentur ad reſtitutionē quadruplici
ratione.Primo ratiōe dati:quia data ſunt ali
is vt offerantur pro ipſis offerentibus ⁊ inde
pauperes alantur:quod quia talis non facit
licet fructus recipit infidelis eſt.xiij.q.ij.qui
oblationes.Secundo ratione furti:quia ſub
trahit illi qui paratus eſſet facere ſeruitium:
ſubtrahit etiam danti qui petit ſeruitiū.Ter
tio ratione ſacrilegij:eo ꝙ defraudat totam
eccleſiam cui prodeſſe deberet ſuis orationi
bus:vt dicto.c.qui oblationes.Quarto ratio
ne odij:quia cum is qui diſplicet ad interce
dendū mittitur:irati anim⁹ ad deteriora pro
uocatur:ſicut ait Gregorius:⁊ habetur.xlix.
diſtin.§.j.Hinc merito dicit Hierony.per
miſſum victum de bonis altaris ⁊ non abu
ſum.Ad laudem dei.

## ¶De reſtitutione propter artes mechanicas deprauatas ī materia:forma:fine:modo:tꝑe:⁊ de alchimia ⁊ arte notoria. Sermo xxj.

Non furtum facies.Exo.xx.

n Octauo principaliter infideliter o
perantes tenent ad reſtitutionem.

A Pro quo ſciendū eſt:ꝙ reſtitutione faciē
da propter iniuſtitiā ⁊ perniciem de operib⁹
mechanicis:principaliter quinq̄ ſunt atten
denda:que ſunt materia:forma:finis:mod⁹
⁊ tempus.Primo nanq̄ fraudem cōmittunt
circa materiā:⁊ hoc fere in omnibus artib⁹
mechanicis qui materiā ipſam viliori cōmi
xtione corrumpunt:aut viliorem pro meliori
vendunt:aut vetante ignauia vel auaritia in
fideliter ꝑparant tantū ſeruientes ad oculuz
ſicut fabri in omni genere metalloꝝ lignorum
vel lapiduz:ſic in lanificio quod cōprehendit
omne genus veſtimentoꝝ:in quo ſcz cōprehē
dunt tinctores:fullones ⁊ ſimiles.Similiter
⁊ in venatione que cōprehendit omnē artem

pparandi cibũ ⁊ potũ: ⁊ ſic de alijs artibus
mechanicis i quib fraudẽ cõmittũt in ſpecie
põdere: menſura vł numero: vel obira ſollici-
tudine in pparatione vel ↄſeruatiõe q tñ ſm re
ctã rõnem fieri nõ deberet: ⁊ ideo tales artes
q̃uis in ſe nõ ſunt tantũ licite: ſʒ etiã vtiles ⁊
neceſſarie ad humanũ vſuʒ: tñ hoies illis ab
uti pñt ⁊ ſepius abutunť: ita ꝙ ad reſtitutionẽ
obligant ꝓpter infidelitatẽ eoꝝ ⁊ deceptionẽ
ſimpliciũ. Tanta nanq malitia deceptionis
iã inualuit: qd̃ Hieremias ꝓuidens in ſpũ ia-
cturã hanc hũane pfidie diceret eiuſdem. ix.
Quis dabit capiti meo aquã ⁊ oculis meis
fontẽ lachrymarũ: ⁊ plorabo die ac nocte
interfectos filie ppłi mei ſpũaliter in anima.
Sequiť: Quia oẽs adulteri ſunt ⁊ cetus pre
uaricatoꝝ: quaſi diceret: ex h̃ habeo cãm la-
mentãdi: ⁊ extenderũt linguã ſuã quaſi arcũ
mẽdacij ⁊ nõ veritatis: ↄfortati ſunt in terra:
id eſt in terrenis q mẽdacijs ſuis aggregaue-
runt. qꝛ de malo. ſ. mendacij ad malũ. ſ. piurij
egreſſi ſunt: ⁊ nõ cognouerũt me dicit dñs ſcʒ
p timorẽ ⁊ amorẽ: ſequiť. Vnuſq̃ſq ſe a pri-
mo ſuo cuſtodiat: qꝛ. ſ. nec vicinitas nec ↄſan
guinitas exhibẽt fidelitatẽ: ⁊ omni fratre ſuo
nõ habeat fiduciã: qꝛ ois frater ſupplãtans
ſupplãtabiť. Lyra duplicať aũt verbũ ſup-
plãtationis: qꝛ multũ ſtudẽt ad h̃ vt vnus al-
terũ decipiat ⁊ ſupplãtet: ⁊ ois amicus frau-
dulẽter incedet: ⁊ vir fratrẽ deridebit ⁊ verita
tem nõ loquiť. ¶ Qd̃ ſi queriť quõ decipient.
Rñdet Hiere. Docuerunt linguas ſuas lo-
qui mendaciũ. Lyra. Per verba pulchra ⁊
deceptoria ſua mẽdacia colorãdo. Sʒ hec eſt
ſcientia terrena aĩalis diabolica q ſtultitia re-
putať apud deũ. Hinc ꝓſequiť Hiere. x. c. di-
cens. Stultus factus eſt ois hõ in ſcia ſua: cõ
fuſus eſt ois artifex in ſculptili: qm̃ falſum eſt
qd̃ ↄflauit. ¶ Hic q̃ri põt q̃d ergo de talib q
q̃tidie mentiunť in artificijs ſuis vł ↄtractib
⁊ ſilib: vt alios decipiãt vel ſaltẽ ſe indẽnes
teneãt. Ad h̃ rñdet Fran. de pla. ꝙ ſi ſcienter
mendaciũ ꝓferũt vł alios decipiãt vel car⁹
iuſto pcio vendãt: mortaliter peccãt ⁊ teneť
ad reſtitutionẽ. Si vo mentiuť ignorãter vł
improuiſe: qꝛ lingua labilis eſt iudicať venia
lẽ. Qd̃ ſciẽter quidẽ mendaciũ ꝓfert ſʒ eo tm̃
intuitu vt ſe ſeruet indemnẽ nõ q̃rens alteri
nocere: qꝛ ſatis rõnabiliter res pcio dať: nec ẽ
ibi deceptio nec in re nec in valore: qꝛ nõ ven
dit vnã rem p alia: nec corruptã p incorrupta.
Et ideo tũc etiã eſt veniale maius tñ q̃ʒ pce-
dens. Qd̃ tñ intelligiť dũmodo non accedat
iuramentũ nec ducat in ↄſuetudinẽ qꝛ ex pra
ua cõſuetudine mentitur aſſidue tunc iudicať
mortale: ſicut multa peccata q ꝓpter aſſiduita
tem fiunt mortalia: ſicut ebrietas aſſidua iu-
dicať mortalis culpa: nõ aũt ois ebrietas: vt pʒ
ſupra. De medicis autẽ ⁊ chirurgicis ac de
pñti materia vide ſupra in ſermone de exacti
onatoribus. ¶ Scd̃o queri põt: vtrũ alchimia
ſit licita ita ꝙ eã exercentes nõ faciũt furtum
nec fraudẽ: pſertim cũ fieri poſſe non videť ſi-
ne auri detractione qd̃ eſt lege ꝓhibitũ. C. de
auri publi. ꝓſecu. l. j. li. xj. Ad hoc dicendũ vi
deť: ꝙ iſti q de plũbo ſtãno vel alio vili metal
lo ꝓducunt aurũ vel argentũ: nõ ſunt repelli
ſʒ potius laudãdi: dũ tñ hoc nõ faciant p ar-
tem magicã vel aliã legibus odioſã: vt dici.
C. de theſau. l. j. li. x. Iſti ſunt enĩ metallarij qui
labore ꝓprio ſibi ⁊ reipub. cõmoda cõparant.
C. de metalł. l. j. li. x. ⁊ ꝓpter hoc puilegiati ſunt
ꝙ inuito dño pñt ingredi fundũ alienũ ad in-
quirendũ metallũ: nec mutãt vnũ ſpeciem in
aliã diuerſam: ſʒ vnã metalli ſpeciẽ faciũt me-
liorẽ: vt de ſtãno vel ere argentũ vel aurũ: nec
mirũ cum videamus ꝙ ex re mortua ꝓduciť
viua: ex vermibus ꝓduciť ſericũ: ⁊ ex herba
vitrũ. Dicit etiã liber de ꝓprietatibus rerũ: ꝙ
oia metalla ꝓducunť ex eodẽ principio ſcʒ ex
ſulphure ⁊ argentouiuo: ex vtute etiã elemen
toꝝ maior eſt influẽtia in vno loco q̃ʒ in alio:
⁊ ideo in vna minera vel fodina fit plumbuʒ
vel ſtannũ in alia argentũ vel aurũ: ⁊ ſic de
alijs. Cum igiť ars imiteť naturã nõ videnť
alchimiſte peccare ſi p virtutẽ lapidũ vel ali
quoꝝ elementoꝝ metallũ de metallo: vt argẽ
tum de ſtãno facere pñt: cũ ſit quaſi ex eodem
genere. Si ergo p alchimiã faciunt aurũ ve-
rũ vel argentũ: ⁊ hoc deo attribuũt: nõ vide-
tur peccare ſm Vldardũ ⁊ Ioh. an. in addi.
ſpe. ti. de cri. falſi: qꝛ nihil ꝓhibet artẽ vti aliq-
bus naturalib⁹ cauſis ad ꝓducẽdos natura-
les ⁊ veros effect⁹ ſicut Aug. dicit li. de trini.
Si tñ nõ eſſet purũ ⁊ verũ aurũ vel argentũ
tũc nõ liceret nec facere nec vendere: alioq̃n
obligareť ad reſtitutionẽ. ¶ Tertio q̃ri põt in
cidẽtaliter: vtrũ ars notoria q diciť alias ars
Salomonis ſit licita: pſertim cũ ordineť ad
bonũ fidẽ. ſ. ad acq̃rendũ ſcientiã. Ad hoc rñ
det ſanct⁹ Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. xcvj. dicens: ꝙ ars
notoria eſt illicita ⁊ inefficax. Illicita quidem
quia vtitur quibuſdã ad cauſandã ſcientiam
que non habent ſm ſe virtutẽ cauſandi ſcien-
tiam que nõ habent ſm ſe virtutem cauſan-
di ſciẽtiã: ſic inſpectionẽ q̃rũdã figurarũ ⁊ ꝓ-
lationẽ q̃runda ignotoꝝ vborũ ⁊ alijs: ⁊ iõ
hmõi ars nõ vtiť his vt cauſis ſ vt ſignis: ñ
aũt vt ſignis diuini⁹ inſtitutis ſicut ſunt ſa
cramẽtalia. vñ relinq̃ť ꝙ ſũt ſigna ſupuacua
⁊ p ↄñs ptinẽtia ad pacta q̃dã ſignificationũ
demonib placita ⁊ federata. Et iõ ars no-
toria ẽ penitus repudiãda a chriano ſicut ⁊
alie arte nugatorie vel noxie ſuperſtitionis: vt
Augu. dicit de doct. chriana. Eſt etiã ineffi-
cax ad acq̃rẽdã ſciam. cũ enĩ p hmõi artẽ nõ
attendať acq̃ſitio ſcie p modũ hoi connatu-
ralẽ. ſ. adinueniendo vel diſcẽdo. ↄñs ẽ ꝙ iſte
effectus expecteť a deo vel a demonib. Cer
tũ eſt aũt aliq̃s a deo ſapiẽtiã ⁊ ſciam p infu
ſionẽ habuiſſe: ſic de Salomõe legiť. iij. Re-
gũ. iij. dñs etiam diſcipulis ſuis dic̃ Lu. xxj.
Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiã cui nõ po-
terũt reſiſtere ⁊ contradicere oẽs aduerſarij
veſtri: ſed hoc donum dať pauciſſimis. Aut
expectať cum obſeruatiõe certa: ſed ſm arbi
trium ſpiritusſancti: ſm illud. j. Coꝛ. xij. Alij
quidem dať p ſpm̃ ſermo ſapiẽtie: alij ſermo
ſciẽtie ⁊c. ⁊ tandem infert: hec oia opať vn⁹
atq idem ſpũs diuidẽs ſingulis prout vult.
Ad demones aũt nõ ptinet intellectum illu-
minare. Sed acquiſitio ſapiẽtie vel ſciẽtie fit
p illuminationem intellect⁹: ⁊ ideo null⁹ vnq̃
p demones ſciẽtiam acq̃ſiuit. Multo magis
autẽ ꝓhibita eſt ars necromãcie: qꝛ fit p ma-
nifeſtas demonum inuocatiões qd̃ ẽ grauiſ-
ſimum pctm̃: vñ in. xij. tabularũ lege que diu
ante chri aduentum lata fuit. Artes magice
(vt dicit Cicero de republica) prohibite fue
rũt: ⁊ ſupplicium conſtitutũ fuit his qui illis
artib⁹ vterentur: de qua arte multa ponunť
xxvj. q. v. ca. nec mirum. ⁊ vtentes ea ſunt ex
cõicati per extrauagñ. Ioh. xxij. que incipit:
ſup ipſius ſpecula. vbi diciť. Si quis demo-
nes inuocauerit vel eorum auxiliũ poſtulaue
rit: aut fedus ⁊ pactum cũ demonib⁹ fecerit
aut eos inuocauerit: aut ipſos adorauerit: in
eorũ nomine imagines: anulos: ſpeculum ſi-
ue rem aliam magice ad ipos demones obli
gandos conſtituerit: aut rñſa ab eis petierit:
excõicatus eſt ipo facto: quis tñ abſoluit ab
iſta excõicatiõe nõ exprimiť ibidẽ. ¶ Se-
cũdo pncipaliť peccãt circa formã rei: ⁊ hoc
dupliciter. Primo quãdo rem ipſam q̃tum
ad exteriorem apparentiã acceptã ⁊ grataʒ
beneq valẽtem faciunt: cum tamẽ in verita
te non ſit vt ſic decipiant ſimplices ſicut ſcri-
ptores libroꝝ inutilium ⁊ incorrectoꝝ: colo-
rantes etiã aliq̃s ſpẽs vt recẽtiores appare-
ant: renouãtes veteres pãnos p fullones aut
tinctores ⁊ ſiles inductores q renouãt ⁊ melio
rãt diuerſa nõ q̃dẽ ſm ſubſtãtiã ſʒ tm̃ ſm ex-
teriorẽ apparẽtiam. Scd̃o vo qñ rebus hu
mano vſui neceſſarijs addũt multa ſupflua
ex curioſitate: vanitate ⁊ nouitate: adinuẽtio
nes deteſtabiles adijciẽtes: vt aios alioꝝ alli
ciãt ⁊ ad eoꝝ ↄpationẽ iducãt: vñ mala mul-
ta ſequuntur nõ ſolũ p taliũ abuſionẽ ſ etiam
ꝓpter alioꝝ exẽplũ ⁊ imitationẽ: lʒ talia poſt
q̃ʒ in cõem ↄſuetudinẽ pꝛie fuerit introducta
licite portari poſſent: niſi ſubeſſet alia cã pni
cioſa q̃propť eſſent vitãda. qꝛ dic̃ Tho. ſcd̃a
ſcd̃e. q. clxix. ꝙ in reb exteriorib q̃b vtiť hõ
põt eẽ vitiũ ex pte hois vel ex inordinato af-
fectu vtẽtis vel etiã ex immoderãtia p cõpati
onẽ ad hoim cõſuetudinẽ cum q̃b viuit. Vñ
Aug. in. iij. ↄfeſ. ꝙ ↄ̃ mores hoim ſũt flagicia
p moꝝ diuerſitate vitãda: vt pctm̃ inť ſe ciui
tatis vł gẽtis ↄſuetudĩe vel lege firmatũ nul-
la ciuis vel pegrini libidine violetur. turpis
eſt enim ois ps ſuo vniuerſo nõ cõgruens: et
ideo ſicut ornat⁹ ⁊ cultus exterior variať ſm
diuerſitatem tẽpoꝝ ⁊ locoꝝ ſic etiã debet ſe
quis cõformare conſuetudini tpis illi⁹ ⁊ loci
vbi ſaltem diſpar cult⁹ ⁊ ornat⁹ ſcandalũ ge
neraret: ſicut dic̃ Aug. iij. de doc. chriana. ꝙ
talares ⁊ manicatas tunicas hr̃e apud vete
res romanos flagitium erat: nunc aũt hone
ſto loco natis nõ eas hr̃e flagitium eſt: ex qui
bus omĩb⁹ cõcludi põt ꝙ in illis artib q ſũt
reruʒ neceſſariarũ ad vitã hũanã deducẽdã
peccant artifices adinuenientes aliq̃ ſupflua
⁊ curioſa: ſm Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. clxix. qꝛ dant
cãm efficacem incautis ad peccatũ: ⁊ ẽ regu
la iuris qui occaſionẽ damni dat damnũ de-
diſſe videtur. Hinc dic̃ Chryſ. ſup Math.
ꝙ etiam ab arte calceſutoꝝ ⁊ textorũ cetero
rumq multa oporʒ abſcindere. etenĩ plura
ad luxuriam deduxerũt: neceſſitatẽ ei⁹ corrũ
pentes: artem male arti cõmiſcentes. nã ſm
Chryſ. ſuper Math. Eas ſolas oportet ar
tes vocare q neceſſarioꝝ ⁊ eorum q ↄtinent
vitam noſtrã ſunt diſtributiue ⁊ cõſtructiue.
Si igitur opib⁹ alicui⁹ artis vt pluries aliq̃
male vterentur: q̃uis artes de ſe nõ ſint illi-
cite: tamẽ p officiũ pncipis a ciuitate ſť extir-
pande ſm documẽta Platonis. ſicut facture
ſupflue ⁊ ſumptuoſe cortinarum linthcami-

num ⁊ ſimiliū: que in triplo plus valēt ꝓpter additionē ſupfluā. Sic fracture veſtimētoꝝ calcei roſtrati ⁊ ſiſia: que nulliꝰ ſūt vtilitatis ſꝫ ípedimenti plurimi merito ſunt a chriano tanq̄ ſupſticioſa totis niſibꝫ deteſtāda: qꝛ plerūq̄ talia ꝑparāt̄ de ſudoribꝫ vel ſaltē de elemoſynis pauperum q̄ꝝ vtriq̄ ſūt oīa ſupflua Hiere. ij. In alis tuis inuētꝰ eſt ſanguis animaꝝ pauperū. ¶ Tertio p̄ncipalit̄ peccant circa finē intentū: qꝛ q̄ faciūt in vſu ad malū finē deducūt. Ad cuiꝰ euidētiā ſciēdū: ꝙ q̄dā artes ⁊ opationes manuales ſūt q̄ ſimplicit̄ pnicioſe ſūt: vtpote q̄ꝝ vſus ē pnicioſus ⁊ dānabilis: nec ad vllū vſū hūanū vtilis: ſed tm̄ ad pniciē corpoꝝ vel aīarū: ſic q̄dā venena mortifera ⁊ ad nullū vſū hūanū vtilia: vt cū faciūt decios vel tabularia ad ludendum ad aleas: fucumēta ad infardādū vultus mulierū crines adulterinos vl' coloratos picturas laſciuias in camerꝭ ⁊ lectis ac alijs locis: ferta de floribus ⁊ ſimilia que nihil valēt ad vtilitatem humanam ſed tm̄ ad interitum animarum: ⁊ mortaliſſime peccant talia exercentes faciendo: tenendo: dando: alienando aut vendendo ⁊ oīa peccata que ppetrant̄ occaſiōe rerum illarū ⁊ omniū aīarū hoꝝ occaſione peritium rei ſunt apud deū: vt extra de iniur. ⁊ dam. da. c. ſi. nec ꝑ ignorantiam excuſātur: ex quo ſciūt vel ſcire tenentur oēs ꝙ communiter talibꝰ abutuntur. quilibet enim obligatur ſcire cū qua victū lucrat̄ vtrū ſit licita vl' ecōtra: quod ſi nō facit nō minꝰ eſt culpabilis. vt dicto. ca. ſi. ſi culpa. Videtur enim ꝙ nullus labor nullūq̄ officium approbari debeat niſi patēt ad cōmodum hūane vite valeat. Cum enim Geñ. iij. dñs dicat in ſudore vultus tui veſceris pane tuo patenter oſtendit nos non velle laborare vel deſudare: niſi in opello quod valet ad ſuſtentationē vite noſtre. Quedam etiā ſunt artes ⁊ opatiōes manuales q̄ ſunt multum indifferētes: eo ꝙ his quedam vt ꝑplurimū abutunt̄: q̄dā aūt eiſdem bñ vti pñt: ſic ſunt gladij: lancee: baliſte: ſagitte q̄bꝫ vtuntur hoīes bñ vel male ſicut quedam venena. Itē aurifrigia ac ſiſia ornamēta ⁊ breuit̄ oīa q̄bꝫ hoīes pñt vti licite ⁊ illicite: ⁊ in his indifferentibus p̄ncipalit̄ reſpiciendus ē finis intentionis in faciētibꝫ ⁊ vendentibꝫ. nam ſi crederēt h̄ alicui fore neceſſaria vel vtilia: vel etiam ſi animū habuerint indifferentem: ſiue de his nihil cogitauerint: quia rationem cogitādi ſup his non habuerint: tūc nō peccant: etiam ſi alij hꝭ abutūt̄ ſic oñdit Aug. ⁊ habet̄. xxiij. q. v. c. ō occidēdis. vbi ſubdit̄: Abſit vt ea q̄ ꝓpter bonū aut licitū facimꝰ aut habemꝰ ſi q̄d ꝑ hec p̄t̄ nr̄am volūtatē cuiq̄ male acciderit nobis imputet̄. Alioq̄n nec ferramēta domeſtica nec agreſta ſūt habenda ne q̄s ex eis vl' ſe vel alterū iterimat: nec arbores ſūt plātāde ne q̄s ex eis ſe īde ſuſpēdat nec feneſtra faciēda ne q̄s ſe ꝑ hāc p̄cipitet: ⁊ q̄d p̄ła cōmemorē: cū ea cōmemorādo finire nō poſſim: qd̄ ei eſt in vſū hoīm vanū ac licitū vn̄ nō poſſit pnicies erogari: hec ille: Si tñ eoꝝ cōſcia dictaret ꝙ alter ad abuſuꝫ h̄ reqreret vl' ſaltē h̄ dictare diceret rōe pſone reqrētis tūc vtriq̄ peccaret vt cū meretrix q̄reret ornamēta corpis furioſus gladios ⁊ ſiſia. v. q. v. c. nō oīs. Dic Aug: Meliꝰ eſt cum ſeueritate diligere q̄ cū lenitate decipere: vtilius eſurēti panis tollitur ſi de cibo ſecurus iuſticiam negligebat q̄ eſurienti panis frangitur. q̄ vt iniuſticie ſeductus acquieſcat. Si deniq̄ patenter hoc ſciat ꝙ alter ad abuſum querat ⁊ tñ alteri vēdat vl' quōcunq̄ tradat vt alius abutat̄: tūc mortaliter peccat ſi ſaltem abuſus alteriꝰ ē mortalis. ⁊ oīa mala q̄ exinde ſequūtur tradēti pariter imputantur: vt. ij. q. j. notū. in fi. et. xv. q. vj. ca. j. in fi: vbi dicitur. nō tm̄ attendenda ſunt q̄ fiūt quātum quo aīo fiunt: ampliꝰ enī reſpicit deus ad cogitationes et ſpontaneas volūtates q̄ actus q̄ ꝑ ſimplicitatem aut neceſſitatem fiūt. hoc ibi. Quō aūt ⁊ que fieri debeat reſtitutio predictoꝝ oīm q̄ tacta ſunt in preſenti ſermone: non pōt ſigillatim facile diffiniri ſed iudicio diſcreti cōfeſſoris in quolibet caſu pticulari prudēter determinādum eſt. nec em̄ iure poli minꝰ ſpūalia q̄ corpalia vel tpalia damna cenſenda ſunt ⁊ eſtimanda. ¶ Quarto p̄ncipaliter peccant circa modum opandi qui eſt infidelis ⁊ tardus: ſicut oēs dietarij ⁊ oēs operarij cōducticij facientes fraudem in dictis ſiue cōducti fuerint ad dies ſiue ad annos: laborantes tm̄ ad oculū: in occulto vero laborem ſubtrahētes: protrahentes opus ad q̄nq̄ vel ſex dies qd̄ in duobus facere poſſent: aut etiam opa inutilia vl' ſuperflua adijcietes q̄ſtus grā: aſſerentes ea ſimiliter eſſe neceſſaria. Similit̄ quedā affirmāt ſepius aliqua ad repationem vel opationem neceſſaria: qd̄ tñ mendaciter fingūt: vt ꝓprijs lucris cōſulant vel etiam in opere poſiti plura deſtruant vt ſic labores ſuos protrahant: oēs igit̄ iſti tenent̄ ad reſtitutionem nā contra ocioſos laboratores precepit dñs Ade. In ſudore vultus tui ⁊c̄. quaſi oñdere vellet laboratores ꝯductitios obligatos eſſe ad laborez vſq̄ ad ſudores vultus incluſiue. Porro de medico ꝓtelante morbos queſtus gratia: quō teneat̄ ad reſtitutionē: vide ſupra in ſermone vbi agit̄ de his qui iniuſte aliq̄d ab alijs extorquent vel exactionant. ¶ Quinto p̄ncipaliter peccant circa tēpus facientes ſcꝫ opus indebito tp̄e nō ſolū q̄ꝫtum ad dies dñicos ⁊ feſtiuos: cuiꝰ lucrū vocat̄ mām̄ona iniquitatis: ſed etiā in illis tp̄ibus in quibus ꝓpter aliquas circūſtantias opus illud reddit̄ minus ꝓficuū: vt ptꝫ in ſeminādo agrū: colligendo meſſem: putādo vineā: inſerendo ſurculos ⁊ infinita ſimilia: in quibꝫ negligens operator ad reſtitutionē obligat̄ ſi p̄ter ꝯſcientiā ⁊ ſcitū cōductoris hoc facit. Ad laud. dei.

## ¶ De ſeptem circūſtantijs propter quas mercātia reddit̄ illicita ſcꝫ cauſe: pſone: cōmunis dāni: cōſortij: loci: tpis: modi. ¶ Sermo xxij.

Non furtum facies. Exo. xx.

n Nono p̄ncipaliter iniuſte mercantias exercētes tenent̄ ad reſtitutionē.

A Ad euidentiā huius materie queri pōt: vtrū mercantia ſit licita: preſertim cum dicat Chryſ. ſuper illud Matt. xxj. Eijciebat ieſus omnes ementes ⁊ vendētes de templo: ꝙ ꝑ hoc chriſtus deſignat ꝙ mercator nunq̄ pōt deo placere: ⁊ ideo nullus xp̄ianus debet eſſe mercator: etiā ſi voluerit eſſe proijciat̄ de eccleſia. Ad hoc dicendū ꝙ ipſa negotiatio debitis fulta circūſtantijs licita eſt ⁊ admittenda: qd̄ probari pōt dupliciter ꝑ ſacrā ſcripturā ſcꝫ poſitiue ⁊ p̄uatiue. Poſitiue probat̄ extra de dona. inter vi. ⁊ vxo. c. per veſtras. vbi papa cōſulit ꝙ dos cuiuſdā mulieris aſſignari dꝫ viro ſuo ſub cautiōe ſibi poſſibili: vel dꝫ ſaltē alicui mercatori cōmitti vt de pte honeſti lucri vir onera poſſit mr̄imonij ſuſtentare Ex quo ptꝫ papa mercantiā honeſtā approbat tanq̄ licitā. Scd̄o probari pōt p̄uatiue: qꝛ ſi mercantia de ſui natura peccatū eſſet ſaltem mortale: tūc in aliquo loco ſacra ſcriptura ſine dubio prohibuiſſet: p̄ſertim cū fere totus hic mūdus vt expientia docet in hoc publice ſemp occupet̄: nunq̄ aūt ſcriptura prohibuit niſi dūtaxat aliq̄ñ rōne circūſtantie vicioſe: ſicut eſt mercari in ſabbato in templo: vt ptꝫ Eſdre vlt. vbi p̄cipit̄: ꝙ in ſabbato nō fiat negotiatio: ⁊ in euangelio vbi eiecit de tēplo. Ex quibꝫ cōcedere videt̄ ꝙ in ceteris diebus ⁊ locis hec eis liceāt. Quō aūt dictum illud Chryſ̄ debeat intelligi oſtēdit Aug. in li. de q̄ſti. noui ⁊ ve. teſta. dicens. Fornicari hoībus ſemp nō licet: ſic ſi emant̄ merces in dei templis qd̄ abhorrere ſe oñdit dñs Math. xxj. qñ dei zelo armatus intrauit in templū ⁊ eiecit oēs ementes ⁊ vendētes de tēplo: vt myſtice demōſtraret ꝙ in emptionibꝫ ⁊ venditionibꝫ de corde hoīs qd̄ eſt templū dei auaritia vtiq̄ eijci dꝫ q̄ eſt ancilla: teſtante aplo. Gal. iij. Auaritia q̄ eſt idoloꝝ ſeruitus: ipſa enī deſeruit theſauris cōgregandis: qꝛ ſeruire facit nūmis cū filijs ſuis: q̄ ſunt oēs cōtractus illiciti: de qua ancilla Paulus figuratiue ꝓſequitur ad Gal. iiij. dicēs: Eijce ancillā ⁊ filiū eiꝰ nō enī erit heres filius ancille cū filio libere: h̄ ſunt Agar de filijs cuius dicit̄ Baruch. iij. Filij quoq̄ Agar q̄ exquiſierūt prudentiā q̄ de terra eſt negotiatores terre ⁊ themā ⁊ conflatores ⁊ exq̄ſitores prudētie ⁊ intelligētie: viā aūt ſapientie nō inuenerūt: ⁊ ideo premittitur ibidē. exterminati ſunt ⁊ ad inferos deſcenderūt: ⁊ ſonat illud imperatoriū. Eijce ancillā ⁊ filiā eius: ne ſcꝫ ꝓpter eam ⁊ nos eijciamur a regno. nā ſi cōtigerit in mercātijs ancillā talē dñari: mercator relictis congregatis diuitijs ineternū peribit. Hinc ꝓuerbi. xxx. dicit̄. Per tria mouet̄ terra ⁊ quartū ſuſtinere non pōt. Per ſeruū cū regnauerit: id eſt corpus ſpiritui p̄dominās. Per ſtultū cū ſaturatus fuerit cibo: id eſt affectu repletū carnali deſiderio. Per odioſam mulierē in matrimonio cōiunctā: id eſt mentē elatā deo odioſam ⁊ demoni copulatā: ⁊ per ancillā cum fuerit heres dñe ſue: id eſt liberū arbitriū qd̄ deſeruire deberet ipſi ſynderiſi in regno ſubiecto corporis ⁊ anime: ſed ex cōſuetudine obſtinata ⁊ ceca totū regnū inuadit ⁊ terrenis inſeruire ac inhiare cogit: q̄ nunq̄ amittere credit: de qualibꝫ dicit pſ̄. xvj. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā: ⁊ hoc eſt quartū qd̄ terra ſuſtinere non pōt: quia poſtq̄ dor. ſom. ſu. nihil inuenerūt ⁊c̄. terra inq̄ ſuſtinere non pōt qꝛ multos fraudat. multos ſpoliat: multis etiā iniuriā irrogat. Eijce ergo tu mercator ancillam ⁊ filium eius de corde tuo ſi nō vis eijci de regno quos tūc eijcis cū ſm̄ rectitudinem ⁊ iuſtitiā mercātias perficis: ne: nbi ꝯtingat illud pſ̄. li

Tota die iniuſticiā cogitauit lingua tua: ſicut
nouacula acuta feciſti dolū: vbi oñdiť triplex
ſtudiū iniuſti mercatoris ad exercēdas iniuſti
tias. Primū eſt cordis: ibi: tota die iniuſti. co⸗
gi. Scōm oris: ibi: lingua tua. Terciū operis
ibi: ſicut nouacula acu. fe. dolū. Sed qꝛ diffi⸗
cile eſt mercatorē iniuſticijs euitare: ideo mercā⸗
tia poniť inter illa negocia q̄ vix fieri poſſunt
abſq̨ peccato: vñ de peni. di. v. c. negociū. ſub
diť: ſunt enim pleraq̨ negocia q̄ ſine peccato
exhiberi non pñt: aut vix aut nunq̄. Et ponit
Ray. quinq̨ q̄ ſunt rei familiaris cura: d̄ qua
xxvj. di. c. qualis. vbi ſubdiť: q̄ cura rei familia
ris vix ab ipſis agiť qui culpā qualiter decli⸗
nare debeāt ſciunt. Itē milicie ⁊ negociacio: d̄
peni. di. v. c. falſas. vbi ſubdiť: ideo miles vel
negociator vel alicui officio deditus ꝙ ſine
peccato exercere nō poſſit: ⁊. c. qualitas. c. cō
trariū. Itē ꝓcuratio ⁊ admiſtratio ſcꝫ in telo
nio: tallijs: exactionibꝫ ⁊ oībus officijs publi
cis: ibidē. c. de his. ⁊ dicit Hoſti. Adde ſextū
qđ quaſi ꝑiculoſius eſt oībus ſcꝫ aduocatio.
Sed ⁊ ſeptimū nō obmittas ſcꝫ epatus offi⸗
ciū: q̄ nihil miſerabilius vel ꝑiculoſius ſi per
functorie agať: vt patet ex pſſe. xl. di. c. ante o⸗
mnia. vide textū. B Ad maiorē aūt euidē⸗
tiam ſciendū: ꝙ mercātia reddiť illicita ex cir
cūſtantia ſeptēplici: inter quas ſic anguſtiabiť
mercator ꝙ vix euadere poterit ꝓcipitiū eter
ne dānationis: iuxta illud Eccl. xxvij. Qui q̄
rit locupletari auertit oculū: ſcꝫ a iuſticia ⁊ ti
more dei: qꝛ ſicut in medio cōpagis lapidum
palus figiť: ſic etiā inter mediū emptionis ⁊
venditiōis anguſtiabiť peccatis qui querit lo
cupletari. Prima igiť circūſtantia eſt ipſius
ꝑſone: qꝛ nō licet eccl'iaſticis ⁊ religioſis ꝑſo
nis vacare mercationibus. nemo eñi inquit
apl's militans deo implicat ſe negocijs ſecu⸗
laribus. vñ. lxxxviij. di. c. fornicari hoībus ſem
per nō licet: negociari vero aliqñ licet. anteq̄
eñi eccl'iaſticus quis ſit licet ei negociari: facto
iam nō licet. Ideo ꝑcipit ꝯcilium ibidē. c. cōſequen
ti. ꝙ ab omni cuiuſlibet negociationis inge
nio ⁊ cupiditate ceſſare debeāt. aut in quocū⸗
q̨ gradu ſint poſiti mox a clericalib⁹ officijs
abſtinere cogant̄: qm̄ domus dei domus ora
tionis eſſe dꝫ ⁊ dici: ne ꝑ officia negociationis
potius ſit latronū ſpelunca. ¶ Qđ ſi queritur
q̄ pena feriendi ſunt clerici ⁊ monachi qui ſe
cularibꝫ negocijs ſe immiſcent. Ad hoc rñdet
canon cōcilij Lateranen. extra ne cle. vel mo
na. ſe immiſ. dicens. c. ſm inſtituta ꝑdeceſſorꝫ
noſtrorꝫ ſub interminatione anathematis ꝓ
hibetur ne monachi vel clerici cauſa lucri ne
gotient̄. Ex quibꝫ oſtendiť ꝙ excōmunicari d̄
bent: ⁊ vltra hoc ſi ſe nō correxerint deponi
debent ex cōcilio Carthaginen. xcj. di. c. cleri
cus. vbi ſubdiť: qui vteo ꝑ emendo aliqđ in
nūdinis vel in foro deambulāt: ab officio ſuo
degradent̄: inter emptiones aūt vbi emptio⸗
nes ſiūt ab officio declināt̄es vel negligētius
agētes ab officio ſuo remoueant̄: hoc ibi. Re
ligioſi tñ diſtrictius puniri debēt: vt extra ne
cle. vel mona. c. ſed nec. Porro in foro penitē
tiali talibus iniūgi vel ſaltē cōſuli debet ꝙ ta⸗
liter acquiſita cōtra formā ꝑdictā pauperibꝫ
erogare ſtudeāt: vt ptꝫ. xiiij. q. v. c. qui habetꝭ
aliquid de malo facite inde bonū: qui non ha
betis de malo nolite acquirere de malo. Et
ſubdit. §. ſed hoc. De malo bonū faciť: q̄ pau
peribus diſpenſat qđ cum labore ⁊ ſollicitu⸗
dine acquiſiuit: iuxta illud facite vob amicos
de mām̄ona iniquitatis: hoc ibi. ¶ Hic queri
pōt: vtrū ne ſit aliqua negociatio q̄ ſit licita
clericis vel religioſis. Ad hoc dicendū ſcōm
Ray. ꝙ ſi indigeāt poſſunt imo debēt aliquo
honeſto artificio ſibi neceſſaria acquirere: dū
modo tñ ꝓpter hoc nō derogent diuinis offi⸗
cijs: vt ptꝫ xcj. di. vbi diciť ex cōcilio Cartha
ginen. c. clericus victū ⁊ veſtitū ſibi artificiolo
vel agricultura abſq̨ officij ſui dūtaxat detri
mēto ꝓparet: clericus eñi qui abſq̨ corpuſcu⸗
li ſui inequalitate: id eſt infirmitate: vigilijs d̄
eſt ſtipendio ꝓuatus excōicetur: ⁊. c. ſequenti
Oēs clerici qui ad operandū validi ſunt ⁊ ar
tificiola ⁊ literas diſcant: vt ſcꝫ etiā ſcribendo
victū lucrent̄ qđ eſt propriū artificiū clerico⸗
rū. ⁊ extra ne cle. vel mona. c. j. poſtq̨ multa
negocia recitat clericis interdicta: vt ſm glo.
oīa ſimilia caueant̄: tandē ſubinfert: nec tamē
negociū iuſtum eſt interdicendū ꝓpter neceſſi
tates diuerſas: qꝛ legim⁹ ſanctos apoſtolos
negociatos fuiſſe: glo: ſcꝫ Paulū. Et in regu⸗
la beati benedicti precipiť ꝓuideri per quoꝝ
man⁹ negocia monaſterij procurent̄: hoc ibi.
Unde Hiero. ad Ruſticū monachū multa
recitat opera monachis ⁊ clericis cōgrua: ⁊
ea inuenies: de cōſecra. di. v. c. nunq̄. de qui
bus gratia breuitatis ſupſedeo. Secunda eſt
circūſtantia cauſe: nā ſm Alex. de hales: etiā
laico mercari nō licet: niſi propter duo: vł pro
pter neceſſitatē: vt ſcꝫ ſibi ⁊ ſue familie ſatiſfa⸗
cere ꝓpſſit: ſm condecentiā ſtatus ſui: vel etiā
propter pietatē: vt ſcꝫ lucreť ad diſtribuendū



pauperibus: vel ordinādo lucrū illud in alias
pias cauſas: vtpote ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. lxx
vij. quis intendit negociationi ꝓpter publicā
vtilitatem: ne ſcꝫ res ad vitā neceſſarie patrie
deſint: ⁊ lucrū petit non quaſi pro fine ſꝫ qua⸗
ſi ſtipendiū ſui laboris: ⁊ hoc modo ſimiliter
licet: qꝛ dici pōt pietas. in eo tamen caſu prin
cipaliter lucrū finem ponere illicitū eſſet ſm
Tho. Mercari vero propter ſubſtantias cu
mulandas ⁊ improbā cupiditatē aut curioſi⸗
tatem aut aliū malū finem: culpa mortalis iu
dicatur: nimirū cū ⁊ ſuperflua pauperibus e⸗
rogare teneať: vt ptꝫ. xlvij. di. c. ſicut hij. ⁊ ca.
oēs. ſed de hoc latius ſupra dictū eſt. Ex his
concludiť ꝙ mercator licet non periuret aut
nihil aliud iniuſtū faciat: qđ hoc genus homi
nū cōmittere ſolet: non tñ excuſatur a morta⸗
li ſi propter iniuſtā cauſaꝫ licet alias iuſte mer
cantias exerceat: ſcꝫ ꝓpter honorem: delitias
vel inſatiabilē cupiditatem diuitiarū: de qua⸗
libet dicit Eccleſiaſtes. iiij. c. Unus eſt ⁊ ſm
non habet: non filiū: nō fratrem: ⁊ tñ labora⸗
re nō ceſſat ſcꝫ in mercantijs: nec ſatiant̄ ocu⸗
li eius diuitijs: nec cogitat dicens: cui laboro
⁊ fraudo animā meam bonis: ſed hoc magis
dolendū: qꝛ cū plurimi tales reperiant̄: null⁹
inuenitur qui de hoc ſibi cōſcientiā facit: vn⸗
de generaliter vendere carius q̄ emat̄ cu⸗
piditatis cauſa eſt turpe lucrū. Similiter ſine
neceſſitate res emere tēpore quo minus va⸗
lent ⁊ ſeruare ad tpūs carioris fori ꝓpter cu⸗
piditatem vt tunc vendant̄: turpe lucrū eſt: vt
patet ex pſſe. xiiij. q. iiij. c. quicunq̨. quale lucrū
eſt paupibus erogandū. Tertia vero circum⸗
ſtātia eſt cōmunis dāni ſm Sco. ¶ Pro quo
ſciendū ſm eūdem in. iiij. di. xv. ꝙ tria ſunt ho⸗
minū genera q̄ cū vtilitate ⁊ cōmodo reipu⸗
blice in mercantijs exercent̄. Primi ſunt mer⸗
cantiarū apportatores de aliena ſcꝫ patria v⸗
bi abūdant ad patriā cui ſunt vtiles ⁊ neceſ⸗
ſarie: ⁊ tales habent actū honeſtū ⁊ vtilē rei⸗
publice. Secūdi ſunt mercantiarū cōſeruato
res qui ſcꝫ magnā quantitatē mercantiarum
emūt vt aptius ſuo tpe reperiant̄ ab emptori
bus: qꝛ portantes de longinquo mercantias
venales nō ſine graui incōmodo poſſent ſem
per vendere illas particulatim nec etiā indi⸗
gens eis poſſet ſtatim currere ad emendū e⸗
as: ⁊ ſic etiā tales ꝯſuatores ſunt ad magnā
vtilitatē reipublice dūmodo tantū rōnabili⸗
ter lucrari velint. Tertij ſunt mercantiarū in
melius mutatores: qui ſcꝫ induſtria ſua ⁊ la⸗
bore eaſdem meliores reddunt: vt faciendo
de lana pannū: de coreo calceos: de cera can
delas ⁊ ſic de alijs: ⁊ tales etiam ſunt vtiles
reipublice ⁊ lucrū ex his tribus queſitū eſt li⸗
citū dūmodo nō obſtet aliud canonicū. Cui⁹
ratio eſt: qꝛ ſm apl'm. j. Corin. ix. Nemo mili⸗
tat ſtipendijs ſuis vnq̄: ⁊ dignus eſt operari
us mercede ſua. In mercatione aūt multa cō
currunt pro reipublice ſeruitio ⁊ vtilitate: que
iuſte premiū promerent̄. Primo occurrit corꝫ
induſtria: qꝛ ſi non eſſent induſtrij in rerū va⸗
loribus ꝑcijs: expenſis: ꝑiculis ⁊ cōmoditati⸗
bus ſubtiliter eſtimādis: ad hoc nequaq̄ eſ⸗
ſent idonei. Secundo vigilātia ⁊ ſollicitudo
q̄ in talibꝫ eſt neceſſaria. Tertio labores: mi⸗
ſerie: ⁊ incōmoda multa q̄ ſuſtinent. Quarto
pericula multa q̄ varie contingūt. Quinto qꝛ
ſepius ſine lucro oīa ſuſtinent ex diuerſis in⸗
fortunijs: ⁊ ideo merito lucrū predictis circū
ſtantijs cōpetens ⁊ diſcretum exinde poſſunt
rōnabiliter reportare. Ex quibus vlterius cō
cludi poteſt ꝙ hi qui nec mercantias tranſfe⸗
runt nec cōſeruant nec nundinis labore vel
induſtria meliorando immutant reputant̄ mer
catores inutiles ⁊ pernitioſi: vide plenius de
hoc ſuperius vbi agiť de iniuſte bona exactio
nantibꝫ. ¶ Quarta ꝑinde eſt circūſtantia cō
ſortij cū ſcꝫ res carius vendunt̄ tranſeuntibꝫ
q̄ manſuris: aut ruſticis ignaris ⁊ ſimplicibꝫ
q̄ expertis ⁊ aſtutis: ſicut fieri ſolet in nūdinis
quando panē minuūt pondere: vinū vł cere⸗
uiſiam menſura ⁊ ſic de alijs: contra qđ mani
feſte precipiť extra de emp. ⁊ vendi. c. placuit
vbi ſtatuit conciliū ſacrū: ꝙ preſbyteri ſuas
plebes ammoneāt: vt ⁊ hoſpitales ſint: ⁊ nō
carius vendant tranſeuntibus q̄ in mercato
vendere poſſint: vbi dicit glo. ꝙ poſſunt etiaꝫ
ad hoc cōpelli per excōmunicationeꝫ: vt. xlij.
di. §. huic etiam. qđ verum eſt ſm Innocen.
ſi hoc notoriū eſſet ⁊ moniti emendare ſe nol
lent. ¶ Quinta preterea eſt circūſtantia loci.
¶ Pro quo ſciendū ꝙ locus in mercantijs vi⸗
tandus eſt duplex. Primus eſt locus inhone
ſtus ⁊ ſuſpectus in quo quis non debet nego⸗
tiari nec etiam conuerſari: vt. ff. de arbi. l. ſi cū
dies. §. ſi arbiter. lxxxj. diſt. c. in omnibus ob⸗
ſeruari conuenit vt certus quis ſcꝫ maturus
certo tempore ſcꝫ in die: ⁊ certo in loco ſcilicꝫ
honeſto ⁊ manifeſto: ⁊ certis perſonis ſcꝫ ho
neſtis: vel apparere clericus vel loqui debe⸗
at mulieribus: vt excludatur omnis nephan
da ſuſpitio: hoc ibi. Secundus aūt locus eſt

ſacratus:quia inhoneſtū eſt in loco tam excellenti:vtpote diuino cultui mancipato: intendere negotiationibus quod eſt dedicatū orationibus.contra tales enī dominus ardentiſſimū zelum oſtendit cū intrans dei templū eijciebat nō ſolum vendentes ſed etiā ementes: eo ꝙ vendentibus occaſionē mali preſtiterūt in loco indebito:⁊ modo perturbatiuo orationis ⁊ diuini cultus. Attendens igitur eccleſia ſancta in talibus maximā diuinam offenſam precipit ex concilio lugdunē.li.vj:dē immu. eccleſi.cimit.⁊ alioꝝ loco.ca.decet domū dei ſanctitudo:dicens inter alia. Ceſſent in eccleſijs eorumqꝫ cimiterijs negotiationes ⁊ precipue nundinarū ac fori cuiuſcunqꝫ tumultus ⁊ multa alia ibidem proſequit̄: inferens cauſam prohibitionis oīm cum dicit: ne vbi eſt peccatoꝝ venia poſtulanda ibi peccandi det̄ occaſio: aut deprehendant̄ peccata cōmitti.

¶ Sexta quidem eſt circūſtantia tēporis qđ etiā poteſt intelligi dupliciter. Primo ꝙ mercata fieri nō dn̄t diebꝫ dn̄icis ⁊ feſtis in quibꝫ ab hmōi operibus ceſſandū eſt: extra đ ferijs c.omnes dies dominicos a veſpera in veſperam cum omni veneratione decernimus obſeruari: ſequit̄ vt mercatū in eis minime fiat: ſed de hoc latius dictū eſt in ſecūdo precepto Secundo pōt intelligi ꝙ mercata minime fieri debent in nocte in cōuiuijs ⁊ ebrietatibus: quia potiſſime ibi regnat deceptio propter rationem ⁊ diſcretionē in parte ſopitā qua redditur ſuſpecta ⁊ inhoneſta mercatio:ſicut a ſimili dici poſſunt inhoneſta iudicia que fierēt in nocte vel non clara die:vt patet extra de offi.dele.c.conſuluit.ij. vbi plane de hoc expreſſum eſt.ff.de orig.iur̄.l.ij.§.quia magiſtratus Alioquin tale iudiciū ſuſpectū redderetur:qr qui male agit odit lucem. ¶ Septima deniqꝫ eſt circūſtantia modi: nā multis illicitis ⁊ iniuſtis modis pleriqꝫ mercatores ſuas exercēt mercatiōes quoꝝ numerus vari⁹ multiplex ſubtilis ⁊ ad decipiendū efficax: p̄ſertim hoc tempore nouiſſimo in quo maledicta cupiditas in homine preualuit. Iam enī inſtare videtur tempus illud periculoſum peſſimi antixp̄i:qui vt dicitur apocali.xiij. Faciet ne quis vendere vel emere poſſet niſi habeat in dextra vel in fronte characterem nominis beſtie: per quem characterē ſpiritus deceptionis ⁊ mendacij deſignat̄:eo ꝙ antixp̄s plenus erit mendacijs ⁊ deceptionibus ⁊ in charactere illo aduerſab.tur veritati. Illiqꝫ vniuerſi qui corde ore ⁊ opere mendaces ⁊ fallaces erūt vniuerſaliter adherebunt: qui in charactere frontis ⁊ dextere denotantur: ſed hunc antichriſtū cum ſuis dominus ieſus tandem interficiet ſpiritu oris ſui cum venerit iudicare ſeculū per ignem. Ad laudē dei oīpotentis.

## ¶ De appropriatione rerum ⁊ tranſlatione dominij ipſius rei vel vſus eius: ⁊ de preſcriptiōe rerum ac vſucapione quomodo fieri licite poſſunt

## ¶ Sermo xxiij.

n

On furtum facies. Exo.xx. Sicut habetur in decretis diſt.viij. §.j.iure nature oīa ſunt cōmunia omnibus:quod non ſolum inter eos ſeruatū creditur:de quibus legitur. Multitudinis credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna in dn̄o:verum etiā ex p̄cedenti tempore a ph̄is traditū inuenitur. vnde apud Platonē illa ciuitas iuſtiſſime ordinata traditur in qua quiſqꝫ proprios neſcit affectus:hoc ibi. Sic etiā iure diuino omnia ſunt cōmunia: vnde Aug. ſuper Io.⁊ ponitur ibidē.c.quo iure:dicit iure diuino. Domini eſt terra ⁊ plenitudo eius:pauperes ⁊ diuites de vno limo dn̄s fecit: ⁊ diuites ⁊ pauperes vna terra ſupportat. Iure ergo humano dicit̄ hec villa mea eſt hec domus mea. Iura aūt humana iura imperatoꝝ ſunt Quare? quia iura humana per imperatores ⁊ reges ſeculi deus diſtribuit humano generi. Tolle iura imperatoꝝ: ⁊ quis audet dicere hec villa mea eſt. Et ſubdit per iura:ergo regum poſſidentur poſſeſſiones:⁊ ſic in ſtatu quidem innocentie lege nature cōmunis vſus omniū que ſunt in hoc mundo omnibus hominibus eſſe debuit:⁊ hoc ſecundū rectā rationē:quia ſcđm Scotū hoc amplius valuiſſet ꝙ diſtinctio dominioꝝ:tū propter pacificā conuerſationē:tum etiam propter neceſſariā ſuſtentantionē:quia tunc nullus occupaſſet quod alteri neceſſariū extitiſſet. Ius igit̄ non fuiſſet neceſſariū illud ab eo per violentiā illud extorqueri:ſimiliter tunc ad ſuſtentationem vſus coꝝ magis ſufficiens extitiſſet ꝙ ſi precluderetur vſus alicuius alieni. Quod ſi querit̄:cur ergo preceptū huius legis nature reuocatū eſt poſt lapſuȝ humane nature. Ad hoc dicendum ꝙ propter tria facta eſt illa reuocatio poſt lapſum:ita ꝙ in ſtatu nature lapſe reph̄ēſibile eſſet oīa eſſe communia ⁊ nociuum reipublice contra dictum Platonis iam allegatum. Primo propter negligentiā que exinde ſequeretur: eo ꝙ terre in ſolitudinē redigerentur ⁊ omnes artes deperirent: homines quoqꝫ ocio deteſtabili tepeſcerent.qđ eſſet ſentina omnium vitiorum contra mandatum prothoplaſtis traditū in ſudore vultus tui veſceris ⁊c̄. Nā ſi cunctis agri cōmunes eſſent:ſic etiā cōmune eſſet agros colere ſeminare:metere:ſed experientia docet ꝙ de communibus quaſi nullus vel modicum curat. Secundo propter maliciam que per h̄ maxime nutriretur:quia nullus inueniretur qui cū communitate fructuum ſibi vellet applicare laborem:⁊ ſi quis inueniretur huiuſmodi tamē quaſi nihil ſibi retinere poſſit cū fortiores plus debito de bonis commun bꝫ occuparēt:nec malicioſi vel aſtuti puniri poſſent allegantes ſe non occupare alienum ac ſe talibus indigere:⁊ ſic mali ſemper haberent melius ⁊ boni peius:quia mali multa ſibi ſuperflua congregarēt ⁊ boni tantum neceſſaria acciperent. Tertio propter inimicitias excludēdas:cum eſſet occaſio efficax cōtinue diſcordie inter homines:quia plures vna re vellent ſimul vti violentiam ſibiinuicem inferentes. Sicut legitur de Nemroth Geneſis.x.cepit Nemroth eſſe robuſtus venator coram domino:id eſt hominū opp̄ſſor ⁊ extinctor:hoc eſt permittēte dn̄o ſm Sco. ⁊ glo. Ex quibus omnibus patet ꝙ reipublice nullo modo talis communitas expediret: ſcđm conditionem humane malicie his temporibus nouiſſimis:⁊ ideo redacta ſunt fere omnia ⁊ ſingula ad quandā p̄ticularē appropriationē:vt h̄ dicat̄ meū ⁊ h̄ tuū:⁊ h̄ quideȝ eſt fūdamentū oīs iniuſticie in ɔtrectādo reȝ alienā:⁊ p ɔn̄s oīs iuſticie in reſtituēdo eam: remoto autem hoc precepto legis nature de habendo omnia communia:⁊ p cōſequens conceſſa licentia appropriandi et diſtinguendi omnia:non fiebat actualis diſtinctio ⁊ appropriatio per legem nature neqꝫ per legem diuinam:⁊ ergo relinquitur ꝙ per legem poſitiuam vel humanā.et poteſt dici quod hec lex ab ipſo Noe promulgata fuit aut ab aliquo electo a filijs ſuis in principem eorum: vel ab alio cui ipſa communitas hanc auctoritatem commiſit:que inquam lex fuit vel eſſe potuit:quod res tūc non occupata eſſet primo occupantis eam:et ſic poſt hoc diuiſerunt ſe ſuper terram:ac extunc vnus occupauit vnā plagam:alter autem aliam.concordat Scotus in.iiij.diſtinct.xviij.q.ij. Poſtꝙ igitur introducta fuit rerum omnium diuiſio: neceſſe fuit per conſequēs fieri dominiorum rerum tranſlationem propter varias cauſas occurrentes tam in vita quam in morte hominum. B Ad cuius euidentiam ſciendum ſcđm Scotum vbi ſupra:ꝙ iuſta trāſlatio rerum dupliciter fit ſcilicet q̄tum a dominium rei:vt ſi res a dominio vnius in dominium alterius tranſeat:⁊ q̄tum ad vſum rei ſiue ius vtendi dominio:tamen apud ipſum rem tradentem remanente. Sed quia iuſticia vel iniuſticia tranſlationis vſus ipſius rei eaſdem regulas habet quas ipſa tranſlatio iuſta vel iniuſta dominij ipſius rei:ideo primam tranſlationem preſenti ſermone proſequamur. ¶ Hic queri poteſt quot modis fieri poteſt tranſlatio dominij quarumlibet rerum de vno in alterum. Ad hoc dicenduȝ ꝙ principaliter duobus modis:ſcilicet auctoritate publica vel priuata. Primo fieri p̄t auctoritate publica:ſcilicet alicuius principis vel legis:de qua Scotus in.iiij.diſtinct. xv.talem ponit concluſionem:quod tranſlatio dominij legis iuſte iuſta eſt: vt pȝ in preſcriptione q̄tum ad immobilia:⁊ in vſucapione q̄tum ad mobilia. In quibus eſt iuſta tranſlatio quod probat̄ extra de preſcriptio. in capitul.vigilanti:gloſa ſuper illo verbo: aliena vbi patet expreſſum. Eſt autem preſcriptio vel vſucapio acquiſitio dominij per continuationē poſſeſſionis temporalis a lege diffiniti. Et eſt preſcriptio in immobilibus: vt in domo:agro:vineis ⁊ ſimilibꝫ. Inſuper in corporalib⁹ locum habet:vt in ſeruitutibꝫ electionibus:actionibus ⁊c̄. vt poſtea videbitur. Vſucapio vero in mobilibus eſt: vnde ſcđm Scotum ibidem hec preſcriptio iuſta eſt triplici ratione. Primo ratione pacifice cōuerſationis.nam iuſte ſtatui poteſt a legiſlatore quod neceſſarium eſt ad ſubditorum pacificam conuerſationem:ſed dominium neglecte rei:ſicut eſſe contingit in preſcriptione ⁊ vſucapiōe transferri in occupantem eſt neceſſarium ad pacificam ciuium conuerſationem:quia ſi non tranſferretur dominium in occupantem:ſed poſt quantumcunqꝫ temp⁹

apud primum ꝯtinue remaneret: tūc orirētur
exinde mortales lites: eo ꝙ poſſet ille q̄ rem
neglexit vel eius heres poſt ꝗtūcūꝗ tp̄us
repetere rē illā neglectā ab alio ꝗtocūꝗ tp̄e
occupatā: ac ꝑ h̄ tales orirent̄ lites ꝙ īpoſſi⸗
bile eēt eas decidere: q̄ꝛ ꝓbationē ſufficiētem
h̄re nō poſſent. ⁊ ꝑ ꝯn̄s orirent̄ odia: cōtētio
nes ⁊ rixe perpetue: ex q̄bꝰ neceſſario pax rei
publice ꝑturbata remaneret. Scđo ꝓ rōe
publice offenſionis. legiſlator ei iuſte punire
pōt ꝑ legē quēlibet trāſgreſſorē pena corpali
cuiꝰ trāſgreſſio vergit in detrimentū reipu
blice. multomagis ꝙ pena reali vel pecunia
ria applicādo illā fiſco: ꝗ pari rōe pōt cū ta⸗
li pena punire applicando illud in quo puni
tur alicui qui in hoc eſt miniſter legis. Sed
negligens tanto tempore rē ſuam tranſgre⸗
ditur ita ꝙ eius tranſgreſſio ꝟgit in detrimē⸗
tum reipublice cum impediat pacē communem
nem ergo poteſt lex rem ſic neglectam appli
care fiſco: ⁊ ſic ad maiorem pacem eā trāſfer
re poteſt qui tanto tempore eam occupauit
tāꝗ̄ ī miniſtrū legis. Et ex h̄ pꝫ quomō dꝫ
intelligi illa p̄ſumptio legis vel iuris: ⁊ de iu
re cōtra quā ꝓbatio nō admittit̄: vt qn̄ muli
er dat dotē ꝙ p̄ſumit̄ vir ſtipulatū de ea red
dēda ⁊ obligaſſe bona ſua in caſu reſtitutio⸗
nis: vt extra de ſponſalibus. cap. is qui dedit
fidem: in textu ⁊ glo. ſic etiam preſumitur ꝙ
ſic rem ſuam negligens eam pro derelicta ha
buit: ⁊ ſi hoc non ſit verum: tamē legiſlator
punit eum ac ſi eam habuiſſet pro re dereli⸗
cta: ⁊ illud in quo derelinquenti aſſimilatur
iuſte requirit ſimilem penam. ¶ Tertio deni
ꝗ ratione autentice iuriſdictionis: nam ſi qui
libet poteſt ſuum dominium trāſferre in aliū
pōt etiā tota cōitas cuiuſlibet dn̄iū de cōita⸗
te trāſferre in quēlibet: q̄ꝛ in facto cōitatis
preſuppono cōſenſum cuiuſlibet includi. Igi
tur cōmunitas illa habens iſtum conſenſum
iam obligatum in hoc ꝙ quilibꝫ conſentit in
leges iuſtas cōdendas a communitate vł a
principe: poteſt ꝑ legem iuſtam in quemlibet
cuiuſlibet tranſferre dominium. Ex quibus
patet ſm̄ Geral. obdōn: ꝙ poſſidens aliquid
iure preſcriptiōis iuſte poſſidet: quia per au⸗
ctoritatem legis rem legitime preſcriptam vł
vſurpatā qđ potius eſt perfectionis ⁊ ſuper⸗
erogationis ꝗ debite neceſſitatis ⁊ obligati
onis. ¶ Hic queri poteſt: vtrum in poſſeſſo⸗
re malefidei preſcriptio locum habeat: pre⸗
ſertim cum non dimittitur peccatum. ſcđm

Auguſtinū: niſi reſtituatur ablatum: ⁊ talis
poſſeſſor excuſationem non habet de ignorā
tia. Ad hoc dicendum eſt ꝑ diſtinctionem. q̄ꝛ
vel talis eſt poſſeſſor malefidei ante comple
tam preſcriptionē: vel poſt cōpletā p̄ſcriptio
nem incipit eſſe poſſeſſor malefidei. Si prio
modo tunc ſibiinuicem contrariari videntur
ius canonicum ⁊ ciuile. nam ſm̄ ius canoni⸗
cum poſſeſſor malefidei nullo tempore p̄ſcri
bit: vt patet eo. ti. in diuerſis. ca. ⁊ planiſſime
in vlt. vbi dicitur: qm̄ omne quod non eſt ex
fide: id eſt ex conſcientia peccatum eſſe ſyno⸗
dali iudicio diffinimus. vt nulla valeat abſ
ꝗ bona fide preſcriptio tam canonica ꝗ ciui
lis. cum generaliter ſit omni ꝯſtitutioni atꝗ
conſuetudini derogandū: que abſꝗ peccato
mortali nō poteſt obſeruari. vnde oportet ꝙ
q̄ preſcribit in nulla tp̄is parte rei habeat cō
ſcientiam aliene: hoc ibi. E contra vero ſcđꝫ
ius ciuile nō requiritur bona fides: vt patet
extra de preſcrip. ca. vigilanti. vbi ſubditur.
Epheſinus enim legiſlator ſolū ꝓpter vitan⸗
dam multorū ſegnitiē ⁊ longi tēporis errorē:
⁊ cōfuſionem prius tricēnali vł quadragena
li preſcriptioni vigorem legis impoſuit: ⁊ ibi
dem in glo. ⁊ ſic ſibiinuicem ꝯtrariantur. Ex
quo poteſt vlterius argui ꝙ ſi preſcriptio ma
lefidei concordat equitati iuris naturalis: vi
detur ꝙ ambo iura predicta ſtatuendo debu
erunt in eam inſimul concordare. Si vero
fuit iniqua ⁊ contra equitatem iuris natura
lis videtur quod nullum legale ius illam ſta
tuere debuerat. Ad hoc dicendum ꝙ ibidē
proprie non eſt contradictio: licet ius ciuile
dicat talem preſcriptionem equam ⁊ iuſtam
⁊ per conſequens inſtituendam. Ius autem
canonicum dicat eandē eſſe iniquā ⁊ iniuſtā
ac ꝑ conſequens ꝓhibēdam: quia ſic dicēdo
non attēdunt ad eandem cauſam nec ad eū⸗
dem finem. Sed vbi proprie cōtradictio erit
neceſſe eſt ꝙ ſcđm eundem reſpectū accipiā
tur termini. Pro quo ſciēdum ꝙ in huiuſmo
di preſcriptione conſiderata mente iuris ci⸗
uilis illam ſtatuentis eſt vtrīꝗ iuſticia et e⸗
quitas: quia concordat equitati iuris natura
lis. Nā ius ciuile ꝑ p̄ſcriptionē malefidei du
plicem hꝫ finē: ſcꝫ negligētes punire: ⁊ litibꝰ
finē dare. ⁊ vterꝗ finiū illorū correſpōdet iu
ri naturali: ⁊ ex hac pte talis p̄ſcriptio iuſta ⁊
equa merito dici pōt. Cōſiderata ꝓinde mē
te iuris canonici illā ꝓhibētꝫ ē iniuſta ⁊ iniq̄
q̄ꝛ ꝯtrariat̄ iuris naturalis equitati. nam ius



canonicū cōſiderans ꝙ talis poſſeſſor malefi
dei p̄ſcribens: intendit per eandē preſcriptio
nem vſurpare rem alienā: ideo ꝯdēnat eam
tanꝗ̄ iniuſtā ⁊ iniquā: q̄ꝛ diſcordat ab illa re⸗
gula iuris q̄ ait. Qđ tibi nō vis alteri ne fece
ris. Unde p̄ncipalis finis iuris ciuilis eſt cō
ſeruare ciuilē ſocietatē q̄ minime ꝯſeruat̄ niſi
litigia terminent̄: ſic iuris canonici finis prin⸗
cipalis eſt aīas ordinare in deū ⁊ in legem
euangelicā: qđ fieri non pōt niſi conſeruet̄ iu
ſtitia: vt ſcꝫ oīs interior actus quo quis in de⸗
um ordinat̄ ſm̄ iuſtitiā reguletur. Et notan⸗
dū ꝙ p̄ſcriptio malefidei partim eſt a iure ci⸗
uili inducta ſcꝫ ꝓpter duplicē finē predictū: ⁊
partim ꝑmiſſa ſcꝫ cōſiderata p̄ſcribentis mali
tia ⁊ iniquitate: quo reſpectu iudicat̄ iniuſta:
vt dictū eſt. Et ideo ſm̄ illud a iure ciuili non
eſt inducta ſꝫ tantū ꝑmiſſa: q̄ꝛ quodlibet ius
licet nō valeat aliqđ iniuſtū vel iniquū indu⸗
cere: pōt tamen illud ꝑmittere quandoꝗ pro
pter aliqđ bonū ⁊ iuſtū: quod ſequit̄ inde: ad
qđ tale ius magis ſpectat: ſic in ꝓpoſito ꝑmit⸗
tit ꝙ p̄ſcriptio illius ex mala fide ⁊ iniquitate
ꝓcedat vt per eā duplicē prefatū finē eliciat: h̄
aūt ideo facit: q̄ꝛ eū intendat pro vltimo fine
cōſeruare ciuilem ſocietatē cui fini deſeruit.
maxie neceſſe eſt negligentes punire ⁊ litigia
terminare: Ideo magis tendere debet ad h̄
tanꝗ̄ ad cōmune bonū: ꝗ vt iniquitatē remo
neat vel corrigat p̄ſcribentis cū ſit bonū par⸗
ticulare: ⁊ ſic pꝫ cur in p̄ſcriptione malefidei
ius canonicū a iure ciuili diſcordat. Si vero
ſecundo modo: id eſt ſi poſt completā p̄ſcripti
onem incipit eſſe poſſeſſor malefidei tunc nō
obligatur ad reſtitutionē: qđ probari poteſt
triplici ratione. Primo rōne auctoritatis: nā
ſi bona fide durante preſcriptio vel vſucapio
cōpleatur: tūc preſcribens tutus eſſe videtur
nō ſolum ſm̄ ius ciuile ſed etiā ſm̄ canones:
vt pꝫ expreſſum eo. ti. c. de quarta: ⁊ in glo. ⁊
c. ad aures: ⁊ eo. ti. li. vj. c. j. Secunda ratiōe
proprietatis: quia ſi p̄ſcriptio cōpleatur durā⸗
te bona fide iam factū eſt ipſius p̄ſcribentis
vtriuſꝗ iuris auctoritate: qđ antea fuit alie⸗
nū: non obſtante quacunꝗ mala fide poſtea
ſubſequente: propter qđ talis reſtituere nō te
netur. Tertio ratione inculpabilitatis: quia
nullus reſtituere tenetur id quod bene ⁊ iuſte
poſſidere probatur: ſed talis preſcribens rem
poſſidet preſcriptā iuſte: ⁊ bene: non obſtante
mala fide ſuperueniente: ⁊ ideo per cōſequēs
reſtituere non tenetur: qđ patet: nam illud qđ

de iure habet̄ iuſte ⁊ bene ex parte iuris vtri⸗
ꝗ poſſidet̄: ⁊ per cōſequens alienum non eſt
qđ iure poſſidetur: hoc aūt iure quod iuſte: ⁊
hoc iuſte qđ bene: vt pꝫ. xiiij. q. iiij. c. quid di⸗
cam. Quidā tamen dicūt talem ad reſtitutio⸗
nem teneri. Sed hanc opinionē Hoſti. deri⸗
det. nihilominus tamen tenet: ꝙ ſi de hoc con
ſcientia remorderet nec conſilio peritorꝝ refor
mari valeret: ſequenda eſt licet erronea ſit: ⁊
hec eſt ſententia iuriſtarum: cui etiā concor.
Tho. in. xij. quodlibeto: vbi cū tractaret p̄n⸗
cipalem queſtionē de preſcribente cū mala
fide: dixit eum ad reſtitutionē teneri: ſubdens
ꝙ qui fide bona preſcripſit ad reſtitutionē nō
tenetur: licꝫ ſciat poſt preſcriptionē illud alie⸗
num fuiſſe. Quod ſi obijcit illud Augu. Non
dimittitur peccatū niſi ab. re. dicendum ꝙ hic
nullū peccatū preceſſit: q̄ꝛ cum bona fide pre
ſcriptio cōpleta fuit: hinc regula illa nō tangit
caſum. Ceterū ſi quis tempore p̄ſcriptionis
leſam conſcientiā habuit ⁊ poſt incipiat ha⸗
bere non leſam: non eſt per hoc interrupta p̄⸗
ſcriptio: ſm̄ glo. in dicto. c. quoniā: quia illa cō
ſcientia fuit erronea ⁊ ideo deponenda. Qđ
ſi dubitat ⁊ iuſtā dubitandi cauſam habeat:
erit nihilominus bone fidei poſſeſſor: ita vt p̄
ſcribere poſſit: vt in dicta glo. ⁊ interim vtetur
bonis ⁊ fructibus: vt. ff. de vſur̄. l. qui ſcit. §.
bonefidei: inquirere tamen debet ab alijs de
illa re diligenter: vt ſic ad veritatem peruenī
re valeat: vt patet. xxiij. q. vlti. c. occidit. ¶ De
niꝗ queri poteſt vtrū mala fide p̄ſcribens cē
ſeri debeat fur vł raptor aut in qua ſpecie pec
cati locandus ſit. Ad hoc rn̄det Angelus đ
caſtellione aretino in repetitione. c. quoniā.
de p̄ſcriptione in vlti. q. ꝙ directe loquendo
⁊ proprie taliter preſcribens nō poteſt cenſe⸗
ri cū fure vel raptore: ⁊ breuis ratio eſt: quia
furtū ⁊ rapina principaliter conſiſtunt in alie⸗
ne rei vſurpatione: ſed preſcribens mala fide
principaliter conſiſtit in aliene rei detentiōe
interpretatiue tamen ⁊ indirecte eſt ⁊ debꝫ in
eadē ſpecie pctī locari. Equipollet ergo furi
⁊ raptori ꝗtum ad peccatū cōſcientie: ⁊ per
cōſequens indiget ſuam conſcientiā rectifica
re quemadmodū fur vel raptor: qđ vtrīꝗ fie
ri nō poteſt niſi per reſtitutionē: quia nō dimit
titur peccatū niſi res ab. reſtituat̄. Et ſicut fur
vel raptor nō poteſt tenere vel defendere fur
tum vel rapinā contra illum cui furatus eſt ſi
ne peccato: ſic nec preſcribens mala fide pōt
tenere vel defendere rem preſcriptā ſine pec⸗

cato contra illũ cuius fuit res illa preſcripta:
vñ corã de talis infectã cõſcientiã habz ſicut
fur ꝛ raptor: quia deus plus reſpicit ad effe/
ctũ ꝙ ad actũ: vnde.xiiij.q.v.c.ſi qd ſubditur
qui alienũ negat ſi poſſet etiam tolleret: deus
enĩ cor interrogat nõ manũ. Ad laudẽ dei.

## ¶ Qð ad pſcriptionẽ cõpletã requi/runt quinq: ſcz bona fides: iuſtus ti/tulus: continuatio poſſeſſionis: ꝛ ꝙ res ſit pſcriptibilis: ꝛ tempus deter/minatũ. ¶ Sermo xxxiiij.

Non furtum facies. Exo.xx.
Materiã de pſcriptione ꝛ vſucapi
one pſequendo. A Primo queri
põt que ſint requirenda ad hoc ꝙ habeat ple
na pſcriptio. Ad hoc dicendũ ſm canones ꝙ
quatuor requirunt ꝛ addi poteſt quintũ. Pri
mũ igitur eſt bona fides ſm canones: licet ali
ter ſentiãt leges: vt dictũ eſt in ſermõe prece.
ꝛ hec fides bona dicit ſm glo. in.c.ſi diligenti
eo.ti. ꝛ ſm Jo.an. cũ aliquis credit eſſe rem
ſuã quã poſſidet vel tradentẽ eſſe dñm vł ha
bere ius diſtrahendi: licet erret in facto.ff.de
ver.ſig.bone fidei: ꝛ hec bona fides pſumitur
niſi ꝯtrariũ probet ar.ff.de proba.verius: qñ
ꝙ tamen pſumit contrariũ p denũtiationez
C.de rei ven.ſi fundũ: vñ mala fides pſumit
ſi denunciet emptori ne emat: vel q͛ mercat
cõtra legem.C.de agri.ꝛ cenſi.quemadmodũ
vel ſi emat a procuratore meo per colluſionẽ:
vel q͛ emat a prodigo vel luxurioſo ſeu alijs
quibus bonis interdictũ eſt.ff.pro empto.qui
fundũ.§.qui ſciens: ꝛ.l.ſi quis. Similiter qui
emat a talibus ꝛ talia ꝓpter que habenda eſt
vehemens ſuſpitio rõnabiliter ꝓpter perſonã
vendentẽ aut rem vendendã aut etiã ꝓpter p
tij inequalitatẽ: dicit etiã malã habere fidem
qui dolo venditorẽ induxit ad vendendũ: vel
qñ ab illo emit quẽ vendere nõ poſſe ſciebat
ſcz a pupillo ſine auctoritate tutoris: aut a tu
tore falſe quẽ ſciebat tutorẽ nõ eſſe: ꝙ ſi quis
ꝯſcientiã habeat ſimpliciter dubiã dicit eſſe
bone fidei: ſm Goff. Preterea licet ſm cano/
nes ſemp requirat bona fides: tñ ſm leges in
pſcriptione requirit bona fides.x. annoꝝ in/
ter preſentes.vel.xx. annoꝝ inter abſentes.C.
de preſcrip.lon.temp.aut.male fidei: ſz in pre/
ſcrip.xxx.vel.xl.an.non requirit: vt.xvj.q.iiij.
§.põt: vbi multa ponunt de hac materia ex.
ix.cõcilio Africano: ꝛ extra eo.ti.vigilanti.C.
de pſcrip.xxx.vel.xl.an. cũ notiſſimi: ꝛ.l.ſi qs
emptionis: niſi vel dicere leges ipſas corre/
ctas: vt in.c.qm: extra eo.ti. qð papa facere
põt ꝓpter periculũ anie: ſz Jo.an. licet in alijs
legem tollere non põt q̃ ad forꝝ ciuile: niſi vbi
tpalem habuerit iuriſdictionẽ: ꝛ requirit bo/
na fides in qualibz pte tpis ipſius pſcriptiõis
vt li.vj.de re.iu.c. poſſeſſor male fidei vllo tpe
nõ pſcribit. Scðm aũt eſt iuſtus titulus: ꝛ di/
cit iuſtus ti.oĩs actus ł quo ſolet acquiri dñm
ſi verus dñs tradat rẽ: vt ſi qs ab eo qui ver⁹
eſt dñs rei accipit ipam rem pro herede p do
nato: p derelicto: p delegato ꝛ ſimilia. Item
ſi ab ante ceſſoribꝫ incepit pſcriptio: pſumere
dz ꝛ credere ꝙ illi habuerunt iuſtũ ti.maxie ſi
fuerũt honeſti viri.ſufficit enĩ habere titulum
rerũ ꝛ pſumptũ. Itẽ ꝙ res nõ ſit vitioſa: puta
furtiua vel vi poſſeſſa vł a talibꝫ empta. Pre
terea ſi ius cõmune vel pſumptio nõ eſt ꝯtra
poſſeſſorẽ: ſufficit bona fið. alias neceſſe eſt al
legare titulũ ꝛ pbare: niſi allegat pſcriptio tã
ti tpis cuius cõtrarij nõ ſit memoria: vt ptz ex
pſſum in tex.li.vj.eo.ti.in.c.epm: ꝛ dicit Hoſ.
ꝙ in pſcriptione exigit cã licet non legitima:
nã ſi legitima foret locũ pſcriptio nõ haberet.
B Hic queri põt. vtrũ titulus erroneus vł
nimus iuſtus dare põt cãm pſcribendi. Ad h̃
dicendũ ꝙ ſi errat in facto tunc fieri põt pſcri
ſcriptio: q͛ ignorãtia facti ſi pbabilis eſt excu
ſat pſcribentẽ ab errore: ꝛ ius poſitiuũ punit
negligentem in rerũ ſuarũ petitione. Si vero
qs errat in iure: tũc non hz cãm legitimã pre
ſcribendi: q͛ ignorãtia iuris nõ excuſat. Et ſi
obijcit illud.c.cura paſtorali: extra de iure pa
tro.vbi papa ꝓpter legitimã pſcriptionẽ cõce/
dit eccleſias ex ignorãtia iuris nõ iuſto titulo
ꝯquiſitas: a poſſeſſoribꝫ retinendas: vbi argu
it glo.dicẽs. Iſti monachi vł clerici qui pſum
pſerũt has ecclias aut habuerũt bonã fidem
aut malã. Si bonã h̃ eſſe nõ potuit niſi q͛ ius
ignorabãt: ſz ignorãtia iuris nõ pdeſt ad vſu/
capiendũ.ff.de vſuca: nunꝗ: ꝛ qui ꝯ legũ in/
terdicta mercat non pſcribit.C.de agri.ꝛ cen
ſi.queadmodũ li.xj: ꝛ iſti ꝯ interdicta canonũ
receperũt ecclias: ꝛ ita pſcribere nõ pñt ſi ma
lã fidẽ habuerũt: nulla pſcriptiõe iuuant. Ad
hoc rñdet ibidem. Primo ꝙ hic tollerat pre/
ſcriptio hmõi propter ſcandalũ: q͛ nõ poterãt
eccleſie reuocari ſine ſcandalo. Secũdo ꝙ li/
cet illi qui receperũt eccleſias ð manu laicoꝝ
pſcribere non pñt: q͛ cõtra iura receperũt in



eorum ſucceſſores pſcribere pñt q̃ h̃ ignorãt
ꝛ bonã fidẽ hñt ex q̃ inueniũt eccliam in poſ
ſeſſiõe: q͛ q̃ alteri⁹ loco ſuccedit iuſtã hz igno
rãtie cãm: vt.ff.de re.iu.q̃ in alteri⁹. Tertio
ꝙ ibi fuit pſcriptio cũ tacito ꝯſenſu epi q̃ h̃ ſci
uit ꝛ tãto tpe tacuit. vñ vſ⁹ ꝛ patiẽtia tã lõga
ducit officiũ ptoꝝ.ar.extra de emp.ꝛ vẽ.c.p/
uenit.ꝛ in glo. ¶ Scðo q͛ri põt vtrũ currit p
ſcriptio ꝯ illũ q̃ aliqd diu ſoluit ſine cã. Ad
h̃ dicẽdũ ꝙ nõ currit ſ licite retinere põt qð
nõ de iure pſtitit: etiam ſi id diu ſoluit: vt ptz
xvj.q.iij.c.clerici.c.ſi epus.C.de agri.ꝛ cẽſi.l.
linibꝫ: ꝛ extra de cẽſi.vbi dr.c.puenit: ꝙ cẽſus
ignorantie.i.cui⁹ cã ignorat: nec diuinis nec
hũanis legibꝫ inuenit: oportet q̃ppe vt oĩs cẽſ⁹
ad qd ꝛ qñ ſolui debeat pſciat vide caſum in
glo. ¶ Tertiũ pinde reqſitũ eſt cõtinuatio
poſſeſſiõis: vt.ſ.toto tpe pſcriptiõis ſine inter
ruptiõe ſit poſſeſſa. B Ad cui⁹ euidẽtiaz
q͛ri põt q̃liter fieri põt interruptio pſcriptiõis
Ad h̃ dicẽdũ ſm Ray: ꝙ dupłr fieri põt tał
interruptio. Pmo naturalit p occupationẽ.ſ.
aq̃ vel fluminis fundũ occupãtis: ſiłr p violẽta
deiectionem: vel ẽt ſi res a poſſeſſore ſit furto
ſublata.ff.de vſuca.naturałr ac etiam ſi quo
cunq modo ſucceſſionẽ amiſit.ſeu animum
deſerẽdi habuit.ff.de ſeru.vr.pre.ſi edes.§.
j.ꝯcor.Inno. Scðo interrũpit ciuiliter ꝛ h̃
in iudicio contingit trib⁹ modis: Primo p li
belluz pncipi oblatũ: ſ h̃ tm̃ valet in q̃buſdã
actionibus q̃ annales vocantur: q͛ poſt an/
num nõ pñt moueri: ſicut eſt actio iniuriaꝝ: ꝛ
q̃dam alie. Inſti.de ppe: ꝛ tẽ.ac circa pn: per
tpalẽ igitur oblationem libelli ppetuant. Se
cũdo p q͛relam iudici factã circa ꝯuẽtionem
rei: ꝛ h̃ valet in oĩbꝫ actionibꝫ.C.de pſcrip.
xxx.vł.xl.an.ſic in rem. Tertio p lit.ꝯteſtatio
nem in oĩbus actiõibꝫ interrũpit pſcriptio.
C.de pſcrip.xxx.vel.xl.an.l.fi. Extra iudiciũ
vero talis interruptio fieri põt q̃nq modis.
Primo p vſuraꝝ ſolutionẽ p quã interrũpit
pſcriptio q̃ currere videbatur ꝯ creditorẽ nõ
petentem debitũ.C.de pſcrip.xxx.vel.xl.an.l.
cum notiſſimi. Scðo p ſcðam cautionẽ.ſ.qñ
debitor facit nouã cautionem: vt ptz ibidem.
Tertio p pteſtationem.vt qñ qs iuſto metu
vł alia cã ppedit⁹ nõ põt rem ſuã petere: ꝛ p
teſtat corã iudice ordinario: vel corã publi
cis pſonis: extra de of.or.c.paſtorał.ꝛ de ap.
c.ſi iuſtus. Quarto per denunciationẽ factã
colono: extra vt li.nõ ꝯteſ.c.qm.C.vbi in rez
ac.exer.de.l.ij. Quinto p ſynodalem procla
mationem: vt puta ſacerdos aliqs pclamat ĩ
ſynodo generali vł puinciali ꝙ ali⁹ ſacerdos
tenet rẽ ecclie ſue: extra eo.c.ſctoꝝ. Preterea
ſm Ray.lz pſcriptio nõ interrũpat: nihilomi
nus tñ in.vij.caſibꝫ nõ currit. Prim⁹ ẽ tpe p/
lati q̃ male alienauit rẽ eccleſie: ꝗ diu nanq
talis viuit nõ currit pſcriptio ꝯ eccleſiã: vt pz
expſſũ.xvj.q.iij.c.ſi ſacerdos. Scðus ẽ toto
iſte vacatiõis eccleſie q̃ petere haberet.vt.e.
ti.c.j.ꝛ.c.auditis. Terti⁹ ſi plat⁹ ei⁹ fuerit he
retic⁹: vt patz eiſdẽ.c. Quart⁹ ẽ tpe ſciſmatis
vt eo.ti.cũ nob. Quint⁹ tpe excõicatiõis ipi⁹
plati niſi ſit negligẽs in petẽdo abſolutionẽ:
extra de conceſ.pben.ca.quoniam. Sextus
ꝯ eũ q̃ eſt in etate pupillari.C.in his q̃bꝫ cau.
nõ eſt ne.l.fi. Septimus qñ quis iuſta cauſa
prepeditus nõ poteſt agere: regularit enim
ꝯtra eum q̃ nõ poteſt agere non currit pſcri/
ptio niſi poſtq agere põt iur non impedien/
te. Hinc ꝯtra filiumfamilias nõ currit pſcri/
ptio in rebus aduẽticijs: niſi ex quo liberat⁹
fuerit a patria poteſtate.nec mulieri in dote
niſi ſolute matrimonio: vel viro vergente ad
inopiam: nec creditori niſi exiſtente debiti pe
tenti conditione: vel adueniẽti die probant
hec.C.de.anna.pſcript.l.j.§.fi.C.de iure do.
l.in rebus.§.omnis. Item dicta.l.cum notiſ/
ſimi.§.illud autem. Ex quo nota ꝙ ſi credi/
dicentum vſq ad annos.x.non incipit cur/
rere contra me preſcriptio niſi poſt iſtos.x.
annos. ¶ Quartum eque requiſitũ ad com
pletam preſcriptionẽ eſt ꝙ res ſit preſcriptibi
lis. Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ licet
generaliter omnes res ꝛ omne ius preſcribi
poſſũt: vt extra e.ti.ad aures.C.de preſcrip.
xxx.vel.xl.an. ſicut in rem.excipiunt tamen
quedam que preſcribi nõ poſſunt. Primo nã
ꝙ in criminibus nullo tempore preſcribitur
ſed potius ex temporis diuturnitate augent
vt extra de ſimo.cum in eccleſia.xxxij.q.v.c.
quod deo. Secundo non preſcribitur cõtra
obedientiam viſitationũ ꝛ etiã ꝯtra pcura/
tionem q̃ ratione viſitatiõis debent: vt patz
expreſſum eo.ti.cum nõ liceat: ꝛ.c.cũ ex offi/
cij.extra de cenſi.cũ inſtantia: quod ſane intel
ligitur de ſubdito qui non poteſt preſcribere
contra prelatum. Ali⁹ tñ prelat⁹ preſcribere
poſſet: vt abbas vel alius prelatus ꝯtra epz
circa ſubditos eius: Et ſic dic. Inno.in h̃ ca
ſu lz ſubdit⁹ aliq̃lit pſcribat nõ tñ pſcribit no/
mine ſuo ſed potius nomine alterius: cui de
ſubiectiõe rñdet.vt in di.capi.cum ex officij.

Tertio eccleſia vl' cetera ſacra ⁊ religioſa lo
ca: decie: ꝓmitie: oblationes nullo iure pñt a
laicis poſſideri vl' ꝑſcribi: vt. e. ti. c. cãm i textu
⁊ glo. dic̃ ꝙ exigit̃ ciuil' poſſeſſio ad ꝑſcriptio
nẽ ẽt in hmõi ſpũalib⁊ ⁊ ꝑſona ſecularis talis
eſt in q̃ cadere nõ poſſit hmõi poſſeſſio de iu
re: q2 ſpũale ius i laicũ ñ cadit: generalit̃ oẽs
q̃ nõ hñt ciuilẽ poſſeſſionẽ ſʒ alieno noie poſ-
ſident ꝑſcribere nõ pñt: q2 illi tm̃ dicunt̃ poſſi
dere q̃z nomine poſſident̃: vt de reſti. ſpo. c.
cũ veniſſent: de ꝑſcripti. c. ſi diligẽti. Hic poſ
ſeſſiones agrorum non preſcribunt̃ a colo-
nis nec pignora a creditorib⁊ nec annui red
ditus a fructuarijs: ꝙ ſi vſq3 ad centũ annos
ꝓbare poſſes initiũ poſſeſſiõis: ſcʒ ꝙ noie tuo
poſſeſſum ẽ nõ obẽ tibi aliq̃ ꝑſcriptio: niſi ve-
lis dicere ꝙ ꝑ longã obliuionẽ aliq̃s ꝑdat poſ
ſeſſionẽ vl' ſi tm̃ tpus effluxit ꝙ ignorat dñs
vbi poſſeſſio illa ſita ſit: vl' q̃ poſſedit alieno
noie alteri poſtea tradat: extra de reſtit̃. ſpo.
c. cum veniſſent: ⁊ in glo. vel etiã niſi dño pe-
tenti ſic poſſidens non reddiderit: tũc põt reſ
talis preſcribi nõ tñ ab ipo ſic detinente cum
malã3 fidẽ habeat ſʒ a ſuo ſucceſſore q̃ bonã
fidem habet: ⁊ ſic p3 q̃ ꝑſone ꝑſcribere non
pñt. Et nota ꝙ oĩs proprietarius habet poſ-
ſeſſionem ciuilẽ: ſilr̃ ⁊ maritus in bonis vxo-
ris: omĩs vero fructuarius vaſallus ſupfici
arius ⁊ emphytheota. i. meliorator. ſ agrorũ
⁊ vxor in bonis ſuis viuente viro dicuntur
habere poſſeſſionem naturalem: vbi ḡ con-
currit poſſeſſio ciuilis ⁊ naturalis. vl' ciuilis
tm̃ ibi eſt ſufficiens poſſeſſio ad ꝑſcribendu3:
ſed ſola naturalis poſſeſſio non eſt ſufficiens
¶ Preterea eſt videndũ q̃ res ſm iura ſũt
in ꝑſcriptibiles. Pro quo ſciẽdũ ꝙ limes vel
quod adheret limiti epatuũ vl' ꝓchiarũ ꝑ-
ſcribi nõ pt. vt extra de parroch. c. ſup eo. Rõ
eſt ne termini epatuum vl' parrochiaꝝ ꝯfun
dãtur: limes tñ ꝑdictoꝝ ꝑſcribi põt: vt. e. ti. c.
quia. xvj. q. iiij. volumus. Item nec liber ho-
mo preſcribi põt. xvj. q. j. §. põt: nec etiam cir
ca iura libertatis: nec etiam in matrimonio
xxxiij. q. v. ꝙ deo. Similiter reſpublice q̃ ſunt
in vſu ciuitatum: vt vie: platee: potẽs: aq̃du-
ctus nec itoto nec in parte ꝑſcribi pñt. ff. de
vſucap. l. vſucapionem. C. de opib⁹ publi. l. ꝑ
ſcriptio: nec etiam publice functiones ſiue ci
uilis canon qui. ſ. ſolui deberet reipublice ꝓ
agris nõ ꝑſcribuntur a colonis. C. de ꝑſcri-
pti. xxx. vel. xl. an: male agitur: nec res furti-
ue vel vi poſſeſſe ſeu etiam q̃ naſcuntur ex eis
ꝑſcribuntur aut vſucapiunt̃. Inſtit̃. de vſu
ca. §. Hic q̃ri põt vtrũ decie ꝑſcribi pñt ꝑ tp̃s
de cui⁹ ꝯrio nõ ẽ memoria. Ad h̃ dicendũ ꝑ
diſtinctionẽ: aut ei q̃rit̃ vtrũ a laicis h̃ fieri pt
⁊ rñdet Frã. zab. ꝙ nõ ſũt in capaces poſſeſ-
ſiõis vt. e. ti. cãm q̃ ⁊ ſine poſſeſſiõe ꝑſcriptio
non ꝓcedit: ⁊ ſic tp̃s d̃ cui⁹ ꝯrio nõ ẽ memo
ria lʒ vim habeat tituli: vt. e. ti. vj. c. ep̃3 nõ tñ
facit capacẽ poſſeſſionis vel cẽſeri poſſidere
eũ qui eſt icapax: ꝑ h̃ qd̃ notat Jo. an. ⁊ Jo.
mo. de ꝑbẽ. c. ij. li. vj. aut q̃rit̃ d̃ clericis q̃ ſcʒ ca
paces ſunt hmõi poſſeſſiõis: ⁊ tũc dicẽdũ ꝙ
ſi parrochiam habẽt tũc pñt ab eis decime ꝑ
ſcribi: vt patet: e. ti. ca. de quarta: vbi dicitur
decime ⁊ oblationes defunctoꝝ clericus ab
impetitiõe epi quadragenaria tpis ꝑſcriptio
ne ſe poſſe tueri videt̃: niſi forte iterim paſto-
ralis ſedes caruiſſet paſtore qui iura eccleſie
ſue exigere debuiſſet: glo. ratione ſui benefi-
cij aliter non. Aut queritur de religioſis: et
tunc dicẽdum ꝙ ſi nõ habẽt parrochiã: ipas
decimas preſcribere nõ pñt: q2 nec poſſidere
xvj. q. j. placuit. ij. vbi breui ſtilo monacho
multa ꝓhibentur ⁊ eorũ ſtatus elegant̃ edici
tur. Si vero monachi parrochias habent
tũc rõne parrochiarum ipas q̃nq3 ꝑſcribũt:
vt extra de decimis. c. cum ꝯtingat: ⁊. ca. cum
in tua. ¶. Deniq3 queri põt incidẽtaliter vtꝝ
tenẽs decimas in feudum põt ex hoc etiã re-
cipere decimas nouallum. Ad hoc dicẽdũ
ſm Ray. ꝙ non ſi ſecularis eſt: ſ; dari debent
eccl'ie parrochiali. q2 huiuſmodi conceſſiões
⁊ ꝑuilegia artanda ſunt nõ ampliãda: qd̃ p3
exꝑſſum extra d̃ deci. c. tua: vbi ſubditur: nec
occaſione decimationis antiq̃: licet infeudu3
decime ſint conceſſe: ſunt decime nouallum
vſurpande: cum in talibus nõ ſit extẽdẽda li-
centia ſed potius reſtringenda: glo. h̃ ideo
dicit. q2 laici decimas ſine peccato poſſidere
non poſſunt: ⁊ ideo licẽtia iſta nõ põt extendi
ad nouallia. Si vero religioſi ſũt ⁊ decimas
ex priuilegio ꝑcipiunt tunc etiam ꝑcipiunt le
ges nouallium: vt. e. ti. cum ex ꝑte. ij. Si deni
q3 religioſi non ex priuilegio decimas ꝑcipi-
unt alicuius eccl'ie ſed ex preſcriptione tunc
decime nouallum non ſunt eis ſoluende: ſed
baptiſmali eccleſie: vt eodem titu. cum con-
tingat. ¶ Secundo queri poteſt incidenta-
liter vtrum monachi de predijs ſuis ac la-
boribus obligantur ad ſoluendas decimas
ſicut ſentire videtur textus. xvi. q. j. capit. alia
cauſa capi. generaliter: ⁊. xij. q. j. ca. duo. in h̃
Ad h̃ reſpondet glo. extra de deci. ex ꝑte. j. ꝙ
monachi in eccl'ia ꝓmitiua decimas dabãt
de ꝑdijs ⁊ laborib⁊ ſuis tãq3 laici: vt in. c. alle-
gatis: ⁊ h̃ vſq3 ad tp̃s pape Paſchalis ſcdi po-
ſtea vo idẽ Paſchalis in cõci. Magũti. ſta-
tuit ꝙ nec monachi religioſi nec aliq̃ cõiter
viuẽtes decias de ſuis laborib⁊ ſoluerẽt. xvj.
q. j. c. decimas: vbi plane de h̃. Tpe vo ꝓce-
dente Hadrian⁹ papa ſolis ciſtertieñ: hoſpi
talarijs ſãcti Johãnis Hieroſol'. ⁊ tẽplarijs
conceſſit h̃ ꝑuilegiũ vt de ſuis laborib⁊ q̃s ꝑ
ꝓprijs manib⁊ excolũt ſoluere nõ tenẽt̃. Alijs
vo monachis cõceſſit tm̃ decimas de nouali
b⁹ que colunt ſuis manib⁊ ⁊ hortis ac nutri
mẽtis aialiũ ſuoꝝ vt d̃r in pñti. c. ⁊. h̃ mõ ſer
uat̃: ⁊ ita tenendũ ẽ ꝙ ciſtertieñ, tẽplarij: hie-
roſol'. ⁊ hoſpitalarij decimas terrarũ quas
de ſuis laborib⁊ excolunt ſoluere non tenẽt̃
vt dicit̃ in hoc. c. cum duobus ſequẽtib⁊. niſi
pacto ad h̃ tenerentur: vt eo. ti. ex multiplici
vel niſi parrochialis eccleſia enormiter lede
retur: vt eo. ti. dilecti. ⁊. c. ſuggeſtum. vel niſi
ſoluendo renunciauerint ꝑuilegio ſuo: vt ex-
tra de priuil'. accedentibus. ⁊. c. ſi de terra. ſed
hec omnia ſane intelligũt̃ de monachis q̃ po
pulũ nõ regunt: nã ſi ſec⁹ tũc lʒ eis recipe de-
cimas ꝑſonales ⁊ ꝑdiales. Verũtñ ciſterci-
eñ. ⁊ ſiles in ꝑuilegio ſoluere tenẽt̃ decimas
de poſſeſſionib⁊ q̃s acq̃ſierũt poſt generale3
cõciliũ vl' de cetero acq̃rent: vt eo. ti. nup. vbi
de h̃ pleniſſime. ¶ Quintũ deniq3 req̃ſitũ ad
completã ꝑſcriptionem eſt temp⁹ ad hoc de
terminatum: qd̃ in iure variũ ponit̃ ſm va-
rias ꝑſcriptiones: vñ eo. ti. c. j. dicitur in glo.
ꝙ epi qui ammoniti neglexerint conuertere
plebes infideles ſub eius ep̃atu exiſtentes ad
catholicam fidem: poſt. vj. menſes ammoni-
tionis epus vicinus qui poterit eas conuer-
tere habebit eã ſubiectã ſibi. ac poſt tres an
nos ſequentes iure ꝑſcriptiones manebũt illi
ſubiecte: ſi ꝑ ꝓꝑrium epm nõ fuerit facta inte-
rim repetitio: ⁊ ſic habes hic ꝑſcriptionem
trium annoru3 dũtaxat ⁊ ſex mẽſiũ ꝯ eccl'iã
qd̃ introductum eſt in fauorẽ fidei catholice.
Sed omiſſis multis ſimilibus ꝑſcriptiõibus
due ſunt principales ſpecies eius. Vna eſt lõ
gi temporis ſcʒ decem annorũ inter preſen-
tes: id eſt ſm Accur. in vna ciuitate exiſten-
tes: ⁊. xx. annorum inter abſentes. Alia eſt lõ-
giſſimi temporis ſcilicet. xxx. annorum vel. xl.
⁊ locũ habet inter laicos ⁊ priuatas ꝑſonas.
Cõtra eccl'ias aũt neceſſaria ẽ ꝑſcriptio. xl.
annoꝝ. Cõtra romanã vo eccl'iam nõ currit
ꝑſcriptio niſi poſt ſpaciũ centũ annoꝝ: de q̃-
b⁹ in ſingulis latius differere gr̃a breuitatis
omitto. Vſucapio vo cõplet̃ i triẽnio: ſʒ al's
q̃cq̃d de ꝑſcriptiõe dictũ ẽ ꝓportionabiliter d̃
vſucapione intelligi debet. Ad laudem dei.

## ¶ De tranſlatione dominij rerũ in alterum auctoritate ꝑuati duobus modis: et qd̃ cõtractus ꝑncipaliter fiũt tribus modis. Ser: xxv.

### Non furtum facies. Exo. xx.

Expediti de mõ trãſlatiõis q̃ fit au
ctate publica iã ſm modũ ꝓſeq̃mur
q̃ fit auctoritate ꝑuata: ⁊ h̃ vel ꝑ actũ mere li
beralẽ: vl' ꝑ actũ liberalẽ ſm q̃d. A Prio
mõ fit ꝑ actũ mere liberalẽ: ſcʒ cũ trãfferens
nullam expectat redditionẽ ſicut in donati-
one ⁊ etiam in cõmodato. Pro quo dat̃ ta-
lis regula: ꝙ dñs alicui⁹ rei niſi ꝓhibeatur a
iure vel a ſuo ſuperiore a cui⁹ voluntate depen
det in dando: donare põt rem ſuam alij volẽ
ti eam accipere. Ex quo patet ſm Sco. ꝙ d̃
rõne liberalis donationis tria ſunt: de quib⁊
quia ſupius tactum eſt vbi agit̃ de abutenti
bus elemoſynis pronunc ea ſuccinctius ſer-
mo ꝑcurrat. Primum igit̃ eſt liberalis ⁊ vo-
luntaria tranſlatio ex ꝑte donantis: ⁊ ideo q̃
deceptus eſt vel aliqualiter coactus donat:
non ꝓprie donat: quia non mere liberalit̃ do
nat. eo ꝙ ignorantia ⁊ aliqualis coactio ex-
cludũt volũtarium: vt patet. in. iij. Ethic̃. vt
dans alicui tanq̃ ꝓpinquo vel egeno ⁊ non
eſt: non ſimplicit̃ donat: q2 non eſt ibi in dãte
volũtariũ ꝓpter conditionis ignorantiã quã
in dãdo donans reſpicit. Similiter artatus
aliqua neceſſitate vt in vſuris dandis vel in
remittendis aut in alijs violentijs damnis:
aut iniurijs condonandis ne fiat ꝓ his emẽ-
da cõdigna: vel etiam de ſolutiõibus ꝯtrahẽ
dis aut de debitis remittẽdis: de quibus po
ſtea late videbitur. Secundum eſt voluntas
recipiendi ex parte illius cui datur alioquin
nõ trãfferret̃ dominium. Tertiũ eſt libertas
amborum. ſ. hui⁹ donãdi: ⁊ illius recipiendi
id eſt ꝙ nulla lege ſuperiori ꝓhibeatur iſte do-
nare vel ille accipere. nec ꝑ actũ alterius a q̃
dependent i iſta tranſlatiõe: et ex hoc pa3 ꝙ
multi ſunt qui dare vel accipe nõ poſſunt: de
quibus patet ſupra: vnde ⁊ cleric⁹ in aliquo
caſu donare non poteſt abſq3 voluntate vel

[?]altem contra voluntatem pape: vt patet. li. vj. de cenſi. c. romana. vbi ꝓcipitur ꝙ viſitantes a viſitatis nihil recipiãt: cum dicit̄: Caueat inſuper. ſ. viſitans ne ipſe vel quiſq; ſuorum aliquod munus quodcũq; ſit ⁊ qualitercũq; offeratur recipere ꝓſumat: vt non q̄ ſua ſunt videatur q̄rere: ſed que ieſu chriſti. Qḋ ſi fuerit cõtra ꝓſumptum recipiens maledictionem incurrat: a qua nunq̄ niſi duplũ reſtituat liberetur: volumus eñ in his qualibet fraudem penitus euitari: procurationes autem recipiant ꝓut eſt in canonibus conſtitutũ: nullam tamē pecuniã ipſe vel aliquis de ſua familia occaſione alicuius officij aut conſuetudinis ſeu quolibet alio modo eorũ nomine ſed in victualib; expenſas tãtum recipiat moderatas. quod exponit ibidem clarius: dicens: Felicis recordationis G. ego. papa ꝑmus ꝓdeceſſor noſter prohibuit in cõcilio Lugdun̄. ne aliqui ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniam preſumerent: vel etiam recipere a volẽte: verum quoniam experiẽtia rerum nos inſtruxit: ex hoc tam perſonis viſitantibus q̄ locis ⁊ eccleſijs viſitatis. multa incommodorum diſpendia prouenire: cõcedimus vt patriarche: archiepiſcopi: epiſcopi ⁊ alij quib9 ex officio competit viſitare a volentibus eccleſiarum ⁊ locorum viſitatorum rectorib9 ſeu ꝑſonis pecuniam licite recipere valeant pro ſumptib9 moderatis faciendis ⁊ victualibus diebus quib; viſitatiõis officiũ ꝑſonalit̄ exercebunt. adijcientes ꝙ nõ liceat viſitanti niſi vnam ꝓcurationē recipere vna die: ſiue vnum locũ ſolũ viſitauerit ſiue plura: etiã ſi locus quilibet viſitatus ab illo ſufficeret ad integram ꝓcurationē ꝑſoluendam cũ eidem ſufficeret debeat vt temporalia metat a locis perſonaliter viſitatis pro diebus quibus eis ſpiritualia ſubminiſtrat: hoc ibi. Similiter modus viſitãdi ponitur in dicto. c. romana. ⁊ ad hoc maior pena adijcitur cõtra eos qui aliquid receperint vltra debitã ꝓcurationē: in. c. exigit. vbi dicitur: ꝙ tenentur ad faciendam duplã reſtitutionem infra menſem: qḋ non fecerint tunc patriarche: archiepi et epi ſciãt ſibi ingreſſum eccl'ie interdictum. Inferiores vero a beneficio ⁊ officio nouerint ſe ſuſpenſos: quouſq; de duplo hmõi grauatis eccleſijs plenariam ſatiſfactionē impendant nulla in hoc eis dantium remiſſione liberalitate ſeu gratia valitura: hoc Grego. iiij. in generali ↄci. Lugdunen̄. ¶ Preterea ſi ep̄s viſitat nõ ꝑ ſe ſʒ ꝑ aliũ: tunc epus nihil exigere põt a viſitatis q̄s nõ ꝑ ſe viſitauit: viſitati tñ tenent̄ miſtrare expenſas ipi viſitãti miſſo ab ep̄o: vt patʒ plane. li. vj. ḋ offi. ordi. c. ſi ep̄s ⁊ h̄ de donatiõe. ¶ Scḋo vo de cõmodato videndũ eſt. q2 trãſlatio vſus illi9 hʒ quãdã ſimilitudinem ⁊ correſpõdentiã ipi9 tranſlationis liberalis cum illo qui fit ꝑ actum mere liberalem in donatiõe: nam cõmodatum eſt alicuius rei ad aliquem certũ vſum gratuita cõceſſio: vñ ſimiles leges habet cõmodatũ cum tranſlatione liberalis vſus: ad hoc. ſ. ꝙ ſit iuſtum ⁊ ſimili modo in cõmodato cadit iniuſticia ſicut in donatione ſcḋm Sco. i. iiij. Requiritur eñ in cõmodante ꝑmo libera voluntas non coacta. Scḋo in recipiente ꝙ rē cõmodatam recipe velit ad vſum ſuũ. Tertio ꝙ non ſit aliqua voluntas legis vel ſuperioris obſiſtens commodationi. Ex his tribus multa ꝑticularizari poſſunt proportionabiliter ad donationem: de quibus gratia breuitatis ſupſedeo: Ad maiorem tamē euidentiam ſciendũ: ꝙ in cõmodatione requirit̄ mera liberalitas: ⁊ ideo ſi merces interuenerit non erit commodatum ſed locatio vel alius contractus innominatus ſm Hoſti. ⁊ Goff. quia tũc non eſt condonatio mere liberalis ſʒ ſm quid: ſicut quedam eſt donatio ſm quid de qua poſtea videbitur. ¶ Qḋ ſi querit̄: q̄s poſſit cõmodare ⁊ ſibi cõmodari: dicendum ꝙ oĩs qui contrahere põt: ꝙ ſi pupillus commodet non eſt obligatus ſed alius ei obligat̄ vt. ff. de acti. emp. ⁊ ven. l. iulianus. §. antepenult̄. Cuius ratio facile põt inueniri. Preterea poſſumus alijs cõmodare non ſolũ nr̄a ſed etiam aliena que poſſidem9: vt. ff. cõmodare. ⁊. l. ita vt ſi non tamen licʒ nobis ea cõmodare q̄ ſunt nobis commodata tñ ad vſũ noſtrum: nimirũ cum nec nobis liceat vti ad alium vſum vl' vlteriorem vſum q̄ nobis dinoſcitur eſſe cõmodatũ: vnde ſi tibi cõmodaui rem ad certum vſum: ⁊ tu vteris ad alium puta commodaui tibi equũ ad equitandũ et tu vteris ad arandum: vel vteris eo vltra locum ⁊ tempus tibi ꝑfixum: ⁊ in caſibus ſimilibus: tũc committis furtum ⁊ teneris ad reſtitutionem: niſi credebas cõmodantē ꝑmiſſurum ⁊ erat iuſta cauſa credendi: vt. ff. de furtis. l. qui re. Et ſi in eiſdem caſibus reſperijt vel deteriorata eſt: teneris ad reſtitutionem: quõ aũt cõmodatarius obligat̄ ad reſtitutionem viſum eſt ſupra: vbi agitur de damnificatione rerũ. ¶ Secnndo modo fieri põt trãſlatio dominij rerũ auctoritate priuata per actũ liberalem ſm quid: qñ ſcʒ pro eo ꝙ quis tranſfert expectat ſibi reddi aliquid equiualens ei qḋ tranſfert̄: talis trãſlatio ꝓprie contractus nominat̄: q2 ibi trahunt̄ partiũ voluntates: trahitur enĩ iſte ad transferendũ in illũ a cõmodo qḋ expectat ab illo. Vñ ſm Guil. Contractus eſt vltro citro obligatio ex voluntate partium cõſurgens: vt emptio: venditio: locatio: conductio: mutuũ ⁊ ſimilia: quaſi contractus eſt obligatio qua quis obligat̄ alicui ex aliquo officio vel facto licito ⁊ honeſto: licet non interueniat expreſſa voluntas vtriuſq;: vt tutela vel cura aut negociorũ alienorum geſtio ⁊ huiuſmodi: nam q̄uis pupillus habens tutorē aut pubes aut furioſus habens curatorem: vel ille cuius ignorantis gerit q̄s negotium: non expreſſe contraxerit: nihilominus tutor curator ⁊ negotiorum geſtor obligatur quaſi cõtraxiſſet: Idem Vlricus. ¶ Hic queri poteſt de contractibus quot modis fieri poſſunt transferenda dominia rerum in alterũ. Ad hoc dicendũ: ꝙ principaliter fiunt tribus modis. Nam primo ſunt quidã cõtractus rei vtilis ꝓ re vtili imediate: ſicut cum datur vinũ pro blado oleũ pro frumento ⁊ ſimilia: ⁊ talis cõtractus dicit̄ rerum ꝑmutatio Unde ſm Sco. in. iiij. circa iſtam rerũ ꝑmutationem talis regula dari poteſt: ꝙ domini rerum iuſte eas ꝑmutant: ſi ſine fraude ſeruent equalitatem valoris in cõmunitatis ſm rectã rõnem. Notanter autem dicit̄ ſine fraude: ad excludendã triplicem fraudem. Primã que contingit in ſubſtantia: vt ſcʒ in cõmutatione nõ det auricalcũ pro auro: nec vinũ lymphatum pro vino puro. Secundã vero fraudem que cõtingit in quantitate rei: ſiue quantitas menſuret̄ per virgam: ſiue per pondus ſiue ꝑ menſurã aut per aliũ modum: vnde oportet ꝙ debita quantitas ſeruetur põderis menſure vel numeri: ſiue in aridis ſiue in liquidis. Tertiã denique fraude cauere debet in qualitate rei: vt ſcʒ non cõmutet rem corruptã aut veterem pro ſana ⁊ noua: nõ carnes infectas pro recentibus: ⁊ hec omnia probantur extra de iniur. ⁊ dam. da. c. Si culpam tua damnũ eſt datum vel iniuria irrogata: ſiue alijs irrogantibus opem forte tuliſti: aut hoc imperitia ſiue negligentia euenerit: iure ſuꝑ his ſatiſfacere te oportet: nec ignorãtia te excuſat: ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere vel iacturam: ꝙ ſi animalia tua nocuiſſe proponas: nihilominus ad ſatiſfactionē teneris: niſi ea dando damnũ paſſis velis liberare teipſum: qḋ tamen ad liberationem nõ proficit ſi fera animalia vel que conſueuerũt nocere fuiſſent: ⁊ quã debueras non curaſti diligentiã adhibere. Sane licʒ qui occaſionem dãni dat damnũ dediſſe videt̄: ſecus tamen eſt de illo dicendũ qui vt nõ contingeret de ↄtingentibus niſi omiſit: hoc ibi. In quibus verbis ſatis claret quãta cautela ſit ꝓueniendũ aliorum damnũ. Unde ſi quis defraudat aliũ in ſubſtantia qui ꝑmutando putat ſe aliã accipere vel in quãtitate vel in qualitate: id eſt qui putat accipere aliquid quantũ vel quale dat occaſionē damni: quia non ꝑmutaret niſi crederet aliã accipe ſubſtantiam quantitatē vel qualitatē: ⁊ ergo videt̄ de preſumptione iuris ⁊ ſm veritatē dediſſe damnũ Si vero inaduertenter aut ignoranter aliquis predicto ꝝ defectuũ repertus fuerit in re vendita: tunc venditor excuſatur a peccato: nihilominus tamen cũ peruenerit ad notitiam illius damnũ illatum emptori: recompenſare tenetur: ſicut poſtea latius videbit̄ in contractu emptionis ⁊ venditionis. Secundo dicit regula predicta ꝙ ſeruent equalitatem valoris in cõmutatis: q2 dicit Au. xiij. de trini. c. iij. ꝙ vile velle emere ⁊ chare velle vēdere reuera vitium eſt: nimirũ cum in vtroq; iuſtũ excedit pretium: nam iuſtũ pretiũ eſt qḋ eſt ſm cõmunem eſtimationē fori occurrentis: ſm ꝙ res que vēditur in illo loco cõmuniter valere poteſt: q2 ſm Hoſti. ⁊ Ray. Iuſtum pretiũ conſideratur reſpectu temporis contractus: nec attendi debet ꝙ pluri ſit emptũ ⁊ minori vendatur vel econuerſo ꝙ plus offeratur. Tertio additur in dicta regula ſm rectam rationem attendentem: ſcʒ naturam rei ad vſum humanũ propter quem iſta ꝑmutatio fit. Talis autem equalitas ſcḋm rectam rationē non conſiſtit in indiuiſibili medio quod reſpicit ipſa iuſtitia cõmutatiua: ſed debet penſari valor eius in reſpectu ad vſum noſtrũ: ⁊ ad probabile iudicium humane eſtimationis: menſurantis valorē infra limites latitudinis cõpetentis: de qua latitudine poſtea videbit̄ in ſermone de emptione ⁊ venditione: cũ pluribus alijs etiã ꝑtinentibus ad ipſam ꝑmutationē. Scḋo vero ſunt quidã contractus rei vtilis pro nũmiſmate vel ecõtra: nã quia q̄ñq; diff

cile fuerat res vſuales cõmutare immediate
Hinc remediũ illud repertũ eſt: qḋ talis cõ-
mutatio defacili fieri poſſet: qḋ vocat̃ nũmiſ-
ma. ff. de cotrahen. emp. l. j. ⁊ tunc cõmutatio
nũmiſmatis pro re vtili vel vſuali emptio di-
cit̃. Ecõtra vero venditio nominat̃. Et de h
cõtractu Sco. in. iiij. ſimilẽ potuit regulã prio-
ri dicens: Qḋ dñi rerũ iuſte eas vendũt vel
emũt ſi ſine fraude cõſeruent equalitatem va-
loris in venditis ⁊ emptis ſm rectã rõnem.
Cuius expoſitio. ſatis claret ex iã dictis de p-
mutatione. Tertio deniq; ſunt quidã contra-
ctus alijs ſcʒ nũmiſmatis p nũmiſmate: ⁊ ta-
lis cõtractꝰ mutuũ nominat̃: id eſt mutui da-
tio ⁊ mutui acceptio: mutuũ enim dicit̃: q2 de
meo fit tuũ: qḋ vtiq; dari deberet gratis ni-
hil indeſperando: iuxta illud Luc. vj. Mutu-
um dare nihil indeſperantes: vnde hec duo
differũt mutuare ⁊ cõmodare: q2 ꝓprie res il-
las mutuamus que tranſeũt in dominiũ reci-
pientis: vt denarios: nam res mutua fit illius
cui mutueũ rogat̃ vt. ff. ḋ re. credi. ⁊ ſi cer. pe.
l. mutuũ appellata. Sed illas res cõmoda-
mus vel accõmodamus q̃ reddi debent in eo-
dẽ eſſe ſcʒ q̃ nõ tranſeũt in poſſeſſionẽ recipiẽ-
tis: vt cõmodo tibi equum nõ ad ꝓprietatem
ſed ad cõmodum vel vtilitatẽ. Cõmodare nã-
q; dicit̃ quaſi cũ modo temporis ad aliũ trãſ-
ferre: ⁊ ſic ptʒ qualiter transfert̃ dominiũ rei
in alterũ per cõtractũ in liberali donatiõe: in
rerũ pmutatione: in emptione ⁊ venditione:
in mutui datione ⁊ mutui acceptiõe: ⁊ his cor-
reſpondent alij cõtractus in quibus nõ tranſ-
fertur dominiũ rei ſed tantũmodo vſus illius
vel ius vtendi. Nam liberali donationi domi-
nij correſpondet vſus rei cõmodatio: de qua
ſupra. Secũdo rerum pmutationi correſpon-
det mutua vel pmutua cõmodatio: que com-
modatio liberalis eſt ſm quid: vt cõmodo ti-
bi equũ ad vſum: ⁊ tu cõmodas mihi vaccã.
Tertio emptioni correſpõdet cõductio: quia
cõductor emit vſum rei ſcʒ vſum domus agri
fundi ⁊ ſimiliũ: ⁊ põt cõductor rem conducta
vlterius alteri locare: vt. C. eo. l. nemo. ⁊ tunc
res poſterioris cõductoris obligate ſunt prin-
cipali dño vſq; ad illam q̃titatem qua ⁊ iſta
ſecũdus cõductor tenetur priori: vt. ff. e. l. ſi in
lege. §. ſi colonus. Conducit etiã quis aliqñ
vſum hũane artis vel operatiõis p determi-
nato pretio ⁊c̃. Quarto venditioni correſpõ-
det locatio: dicit̃ enĩ locator qui rei ſue vſum
alteri pro pretio concedit: vt cum loco domũ
meã tibi: tunc ego ſum locator: tu vero cõdu-
ctor: dicit̃ etiã quis locare ſuas operas qñ ſe
offert ad faciendũ aliquid pro ꝓtio: vel etiaʒ
qñ accipit rem vt faciat in ea aliquid qḋ dici-
tur innominatus cõtractus. Et nota generali-
ter ſm Hoſti. ꝙ omnia bona ↄductoris inue-
cta ⁊ illata in ruſtico predio ſciente dño: niſi
ad tẽpus inferant̃ tacite: ſunt obligata dño p
penſione: in vrbano aũt predio nõ diſtinguo
vtrũ dñs ſciat vel neſciat. C. de locato. l. cer-
ti. vñ talis obligatio tacita pignoris inducta
eſt multis modis pro debitis cõtractis vel cõ-
trahẽdis in diuerſis adminiſtrationibꝫ curis
vel ↄductionibus ⁊ ſimilibꝫ: ⁊ hoc propter ſe-
curitatẽ: q2 tutius eſt incũbere pignori q̃ age-
re in perſonã: vt inſti. de obli. que ex delic. na.
§. furti: vnde qñ tranſeunt in poteſtatẽ credi-
toris dicunt̃ pignus: ſed q̃diu remanent apḋ
debitorem dicunt̃ hypotheca nõ tamen diffe-
rũt q̃tum ad actionẽ. Quinto deniq; mutui
acceptioni nõ correſpondet aliquid ꝓprie in
trãſlatione vſus rei: ſed hic eſt ſigularis ferꝰ
qui quotidie deuorat ⁊ depaſcit pauperes ⁊
inopes viduas ⁊ orphanos iniuriatos ⁊ op-
preſſos: nam tanta rapacitas in cõgregando
diuitias viget in pleriſq; : ꝙ velut inſatiabile
chaos inferni oĩa pro poſſe deuorare queren-
tes iuſte vel iniuſte: nullũ hoĩem in mundo di-
uitem eſſe vellent: vt ipſi ſoli cuncta poſſide-
rent. quoꝝ auaritia modũ nõ habet: nec capi-
endo explet̃ ſed magis excitat̃: ⁊ eo egentior
fit quo plura queſiuit: verũtñ vt dicit Caſſio.
vltra oẽs crudelitates eſt diuitẽ fieri velle de
exiguitate mẽdici: ament̃ honeſta lucra hor-
reant̃ damnoſa cõpendia: nullus audeat in-
de tollere que debeat collecta diſpergere ad-
dendo perdit que retinẽdo collegerit: ⁊ pau-
pertatem potius ad ſe trahit ſi egentiũ pecu-
nias nõ repelli: ſed hec intelligere nolunt aua-
ri: q2 dicit Ambro. ſuper Job. ꝙ. ſicut hi qui
per inſaniaʒ mente tranſlati ſunt: nõ iam res
ipſas ſed paſſionis ſue fantaſias vident: ita
etiaʒ mens auari ſemel vinculis cupiditatis
aſtricta: ſemper aurum: ſemper argentũ vide-
re credit: ſemp redditus computat. aurũ gra-
tius q̃ ſolem intuet̃ ipſa eius oratio ⁊ ſuppli-
catio ad dominiũ aurũ querit: aurum petit: ⁊
qḋ extreme dementie eſt: ſicut dicit Seneca
li. de moribꝫ. Monſtro ſimilis eſt auaritia ſe-
nilis: quid enĩ ſibi vult nõ intelligo: nã quid ab-
ſurdius vt dici ſolet q̃ quo minus reſtat vie:
eo plus viatici querere: ⁊ via deficiente via-
tici augeri. Qḋ a nobis auertat chꝛus ieſus.

¶ De emptione ⁊ venditione p mẽ-
dacia piuria: per verba duplicia: de-
ceptoria / diffamatoria: pmiſſoria et
cõputatoria. Ser. xxvj

Non furtum facies: Exo. xx.
n Jam ordine debito poſt pmiſſa pſe-
quendũ ẽ de ſeptima circũſtãtia in
mercantijs: q̃ negociatio reddit̃ illicita: que ẽ
circũſtãtia modi put tactũ eſt ĩ primo ſermo-
ne de iniuſte mercãtias exercẽtibus que pro-
fecto circũſtãtia multifarie ad deceptionem
cauteloſis vtit̃ iniuſticijs: latius de eadem ẽ
pſequendum. Primus nanq; modus iniuſte
mercationis ⁊ cõtractuum cõſiſtit in multi-
plici mendacio. A Ad cuiꝰ maiorẽ euidẽ-
tiam ea diſtinguere placuit in. vij. genera mẽ-
daciorũ. Primo nãq; vẽdũt vel emũt ṽbis
ſimplr mẽdoſis loquẽs ↄ mẽtẽ ſuã: vt ſcʒ ali-
os decipiãt: ⁊ illi Jude cõparant̃ q̃ chꝛiſtum
p pecunia vendidit: ſic ei iſti veritatẽ ⁊ frater-
nam charitatẽ p lucro vendũt: vt ptʒ. xj. q. iij.
c. abijt vbi ſubdit̃: q̃ veritatẽ p pecunia negãt
deum pecunia vendunt: ipſe dixit: Ego ſum
veritas: cum ſocietatem fraternitatis aliqua
diſcordie peſte commaculant deũ pdunt: q2
deus charitas eſt: qui g̊ veritatis ⁊ charita-
tis iuſſa ſpernũt. deum vtiq; q̃ charitas eſt ⁊
veritas perdunt: maxime cum non infirmita-
te vel ignorantia peccant: hoc ibi. Unde tan-
ta prochdolor inter ementes ⁊ vendentes
inueterata regnat abuſio: quod nec emere nec
vendere ſciunt ſine deceptiõe mendaciorum
De quibus ait pſ. v. Non eſt in ore eorum
veritas cor eorum vanũ eſt. ⁊ Prouerb. xx.
Malum eſt: malũ eſt: dicit omnis emptor: ⁊
cum receſſerit gloriabitur. ſ. primũ decepiſ-
ſe: hi ſunt igitur qui portant characterem be-
ſtie. ſ. diaboli antichriſti in fronte et manu de-
xtera: per quem aptiſſime mendacium deſi-
gnatur: nõ quodcunq;: ſed qḋ falſum eſt ma-
terialiter ⁊ formaliter: quia hoc habet perfe-
ctam rationẽ mendacij: mendaciũ enĩ nomi-
natur ex eo ꝙ cõtra mẽtem dicit̃: dum ſic quis
falſum ſcienter loquitur ſicut in hoc caſu: et
hoc non ſolum ex ꝓpoſito vano ſed etiam pni-
cioſo: vnde ſi intentio mentientis fertur ad de-
ceptionem ⁊ nocumẽtum proximi q̃tum ad
perſonam diuitias aut famã: tunc ſm Tho.
ſcḋa ſcḋe. q. cx. eſt peccatũ mortale: cum no-
cere primo ſit mortale peccatũ. Cui cõcor.
Rich de media villa. Et licet tale nocumẽ-
tum nõ pducat̃ ad effectũ: nihilominꝰ tamẽ
eſt mortale peccatum: q2 vt dicit Tho. ibidẽ
ex ſola intentiõe peccati mortalis aliq̃s mor-
taliter peccat: ꝙ ſi per talia mendacia decipi-
unt tunc obligantur ad reſtitutionẽ. Uerũtñ
ſi p talia mendacia nõ intendũt primo noce-
re ſed ſeipſos indẽnes ſeruare: tunc non eſt ꝓ-
prie mendacium pnicioſum nec peccatũ mor-
tale: niſi hoc faciat ex aſſiduitate ⁊ mala ↄſue-
tudine: tunc enim ſm Hoſti. mortale pecca-
tum eſt: ſicut ebrietas que cũ aſſidua eſt mor-
talis culpa eſt: vt. xxv. diſt. §. alias vbi dicit̃:
Ebrietas ſi aſſidua ſit in numero mortaliuʒ
peccatorum ponitur. Et ideo punitur. xxxv.
diſt. c. epus. vñ dicitur Ecci. xx. potior eſt fur
q̃ aſſiduitas viri mendacis pditionem autẽ
ambo hereditabunt: In quibꝫ verbis furem
pfert illi qui aſſidue mendacium loquit̃. Qḋ
potiſſime contingit in emptione ⁊ venditiõe
cum pcedit ex auaricia: ⁊ ideo pmiſit eccleſia-
ſticus. c. x. nihil iniquius q̃ amare pecuniam
hec enim ⁊ animã ſuã venalẽ hʒ Sʒ quãto
putas pcio cum eaʒ redemit chꝛiſtꝰ ſanguie
ſuo ꝓprio: Audi chriſtum in pſ. lxj rñdentẽ:
Precium meum cogitauerũt repellere: pch
pudor etiam p obulo minimo. Nam mlti in
contractibꝫ ꝓpter obulum non verent̃ iterat̃
mendacia piuria deceptiones ⁊ ſilia: nũq̃ tñ
de illo lucrum habituri: hinc merito conclu-
dit pſ. v: dicẽs: Perdes oẽs qui loquuntur
mẽdacium. ſ. pnicioſum. ¶ Secũdo ṽo q̃dã
malum addẽtes malo vendũt vel emũt mul-
tiplicibus iuramẽtis immo ⁊ piurijs. Unde
lxxxviij. di. c. eijciens: quod tñ quedã decreta
nõ habẽt ſubdit Chꝛyſ. Mercator ſine mẽ-
dacio ⁊ periurio eſſe nõ põt: id eſt difficulter
eſſe põt. Hoc enim ⁊ ipi quotidie fatent̃: vix
enim alicui credũt niſi iurãti. O deteſtanda
oĩs abuſio: neſcire vẽdere minutam cuiuſli-
bet mercis viliſſime ſine iuramentis ⁊ periu-
rijs. ⁊ hoc ideo: quia ſm ꝓpham nõ eſt timor
dei ante oculos eorũ. O rabies mũdane cu-
piditatis totiens abſq; lucro plerũq; peiera-
re. De quibus ait Caſſio. Negociatores illi
abomiabiles eſtimant̃ qui iuſticiam dei mini-
me conſiderãtes p imoderatũ pecunie ambi-
tũ polluũtur: merces ſuas plus piurijs one-
rãtes q̃ pcijs. ¶ Hic q̃ri põt. vtrũ oẽ piu-
rium ſit mortale peccatũ: pſertim cũ h graue
videret̃ ꝓpter lingue lubricitatem: cũ etiã ſe-

ꝑius contingat in ioco peierare. Ad hoc re-
ſpondet ſanct⁹ Tho. ſcđa ſcđe. q. xcviij. ꝙ ſꝫ
doctrinā philoſophi ꝓpter qđ vnūqđqꝫ tale
illud magis: videm⁹ aūt ꝙ ea que de ſe ſunt
pctā venialia vł etiā bona ex genere: ſi in cō
tēptū dei fiāt ſunt pctā mortalia: multomagꝭ
ergo. qcqd eſt qđ de ſui rōe ptinet ad cōtēptū
eſt mortale pctm̄: pluriū aūt de ſui rōe impor
tat contēptū dei: ⁊ ideo manifeſtū ē ꝙ ex ſuo
gen̄e mortale peccatū ē: etiā ſi iocoſe pIurat
aut coact⁹: dūmō pcipiat ſe iurar̄ ⁊ qđ iurat
credit falſum eſſe: qꝛ ꝯ pceptū eſt qđ ponitur
Leuit. xix. Non periurabis: de quo plura po-
nuntur in ſecundo precepto. ¶ Quid ſentien
dum eſt de hiſ qui induſtrioſe deliberato ani
mo ⁊ propoſito peierare nō verentur ⁊ hoc
ad decipiendum ꝓximū periurio pnicioſo.
¶ Utiqꝫ cenſendum eſt eſſe peccatū equipa
randum deteſtabili homicidio: immo ſcđm
Tho. in quodlibetis: periurium ſolēne gra-
uius eſt homicidio: quia ex hoc ipō ꝙ in cau
ſa cuiuſlibet peccati defertur iuramētum: ma
nifeſte oſtenditur ꝙ periuriū ꝓ maximo pec
cato debet haberi. nec immerito: quia piura
re nomen dei videtur quedā diuini nominis
denegacio: hic ſcđm locum tenet poſt idola
triam: vt patet ex ordine preceptorū. Et ex
his patet ꝙ vili lucro deteſtabile vitiū piurij
miſeri mercatores incurrunt. ¶ Tertio pro-
inde vendunt vel emūt cum duplicitatibus
quod maxime ptinet ad mediatores mercāti
arum ſeu cēſales: theutonice vnterkauffer:
qui vtriqꝫ parti placere volentes: vtriuſqꝫ ſe
mentiuntur fautores: vtroſqꝫ tamen ſepius
decipientes: nunc enim ementem: nunc econ
tra vendentem decipiunt: ad ꝓpriū dūtaxat
lucrum ⁊ commodum inhiantes. Hi ſunt fu
res ſceleratiſſimi ex vtraqꝫ parte precium ac
ceptantes: vt vtrcqꝫ fidelitatem exhibeat: cū
tamen ſepius vtroſqꝫ decipiat. Cōtra quos
dicitur Eccleſiaſti. ij. Ue duplici corde: id ē
affectu ad decipiendum: ⁊ labijs ſceleſtis: id
eſt qui etiam ore perſequuntur huiuſmodi af
fectum. ⁊ manibus malefacientibus. id eſt q
⁊ opere perficiunt: ⁊ peccatori ingredienti
duabus vijs: oſtēdens ſe amicum ⁊ exhibēs
inimicum corde ore ⁊ opere. Quantum au-
tem malum ſit hoc oſtendit dominus in pſ.
liiij. loquens de Juda. Si inimicus meus
maledixiſſ; m hi: ſuſtinuiſſem vtiqꝫ ſcilicet le
uius. Et ſi is qui oderat me magna lo. fuiſ-
ſet: abſcon. me for. ab eo. Tu ꝟo Judas hō

vnanimis: ſcꝫ ꝙtum ad apparentiam: dux
meus: id eſt comes itineris. ⁊ notus meus: q
ſimul me. du. ca. ci. Et ſubdit increpationem
maledictionis contra tales dicens: Ueniat
mors ſuper illos deſcen. ad inſe. viuentes:
Refert beat⁹ Bernardinus in ſua q̄drage-
ſimali: de q̊dā cēſali vel mediatore mercātia
rū: q vt emētib⁹ ⁊ vendētib⁹ vel ſaltē vni pti
eorꝫ mendacijs ſuis ſe gratū redderet. ꝓ fir-
mādo p̄cio inter eos pſonaliter aſtans: clam
ictu oculi vel pedis ementi vel vendenti: aut
vtriqꝫ pariter innuebat: vt mercatum inter
eos omnino concluderetur. Tādemqꝫ poſt
firmatam inter eos venditionem ⁊ emptio-
nem ſi alter eorum de chara venditione ſeu
vili emptione lamentabatur reſpondere ſole
bat: ideo clam innuebam tibi ne facere debe
res. Simile quiddam legitur Prouerbio.
xxvj: vbi dicitur: Sicut noxius eſt qui mittit
lāceas ⁊ ſagittas in mortem: ita vir qui frau
dulenter nocet amico ſuo: et cum fuerit de-
prehenſus dicit: ludens feci: vnde officium
tam periculoſum merito computandum eſt
inter illa: que vix aut nunꝙ exerceri poſſunt
cum ſalute anime ſue: quia huic proprie con-
uenit ſimilitudo illa que ponitur Eccłiaſti.
xxvij. Propter inopiam: glo. cordis vel ope-
ris multi deliquerunt: et qui querit locupleta
ri auertit oculum ſuum: ſcilicꝫ a timore dei: ſi
cut in medio compaginis lapidum palus fi-
gitur: que ſcilicet palus premitur ⁊ mur⁹ diſ-
ſipatur potius ꝙ roboratur: ſic intermediuꝫ
emptionis ⁊ venditionis anguſtiabitur pec-
catis: quia vtriqꝫ parti vult applaudere i ma
nifeſto: ⁊ decipere in occulto: ſicqꝫ premitur
peccatis ⁊ diſſipat deceptionibus.
¶ Quarto equidem emunt ⁊ vendūt cum
verbis ſophiſticis: id eſt deceptorijs obſcuriꝭ
⁊ inuolutionib⁹ plenis: nā in mercando ſua
verba tā aſtute cōponūt ⁊ ornant ꝙ ad plres
etiam ꝯrios ſenſus applicari poſſunt. dātes
per hec incautis ⁊ ſimplicib⁹ aliter intellige-
re ꝙ ſit in veritate: putantes ꝑ h̄ euadere mē
dacij diſcrimen qđ econtra magis adaugētꝭ
Quia dicitur Eccłiaſtici. xxxvij. qui ſophiſti-
ce loquitur. glo. ad decipiendū ⁊ ad capien-
dum gloriam humanā ⁊ fauorem: odibilis ē:
ſcꝫ deo ⁊ hominibus: his etiam ſophiſmati-
bus vti ſolent beguttæ que circumlocutiue et
parabolice diſſimulant verū vt euadāt men-
dacium: his etiā vti ſolēt mercatores ad rei
vendende defectum indirecte occultandum



¶ Ad cuius euidentiā queri pōt: an peccent
qui vendendo equos dicere ſolent emptori:
ego tibi vendo huuc equū pro vmbroſo ſtru
moſo infirmo: ⁊ ſic de alijs defectibus qui ſo
lent eſſe in equis: quos tamē defectus equus
nō habet niſi forte vnū ſed occultū quem de
fectum ſi ſciret emptor vix daret illius pretij
medietatē: an inquā talis venditor excuſatur
ꝑ hoc ꝙ in genere dixit defectū equi: Ad hoc
rñdet Bern̄. in ſuo quadrageſimali: ꝙ talis
venditor tenetur emptori dicere defectū illū
in ſpeciali: qꝛ alias rem notabiliter maculatā
vendit cum detrimento proximi qđ eſt cōtra
charitatem: nec ſufficit ſic exprimere in gene-
rali: pſertim cum hoc in fraudē faciant vt cre
dant emptores ꝙ ſicut nullū inueniūt defectū
manifeſtū: ſic nec ineſſe credunt aliquem oc-
cultū. Similiter vendentes pannos ⁊ ſimi-
lia nō ſatiſfaciunt ſi dicūt: reſpice rem diligen
ter oculus paſcat te: qꝛ hec omnia fraudulen
ta ſunt ꝟba cū ipſemet ſciāt certitudinaliter
defectū rei vendēde notabilē eſſe. Ex hmōi
eni ꝯtractibus ſepius emens incurrit grāde
periculū ⁊ damnū imminet venditori fraudu
lento qui tenetur ad reſtitutionē totius dam-
ni: vt extra de iniur̄. ⁊ dam da. c. ſi culpa. Inſu
per incurrit diſpendium ſalutis anime ſue qđ
grauius eſt omni dāno: ꝙ ſi res plus iuſto p̄-
cio venditur ꝓpter latentem defectū: tūc igno
rans hoc ignorantia probabili licet peccare
non videat̄: tamen poſtꝙ ad eius notitiā per
uenerit ad debitā recompenſationē obligat̄.
¶ Quinto pterea quidā emunt vel vendunt
cū iniurijs aliorum mercatorꝫ: aliorꝫ merces
diffamantes iniuſte vt ſuas carius vendant
qđ eſt mendaciū valde pnitioſum ex multis
cōcurrentibus. Primū eni eſt negatio verita-
tis. Secundū eſt intentio fallendi: qꝛ vt dicit
Aug. ⁊ habet̄. xxij. q. ij. §. ille ergo. ꝙ menda-
ciū eſt falſa ſignificatio vocis cū intentiōe fal
lendi. Tertiū eſt iniuria ꝓximi qui p̄peditur
ne vendere valeat merces ſuas. Quartū eſt
diffamatio proximi: qꝛ hoc notat̄ eſſe minus
iuſtus ꝙ mercibus corruptis ꝓximos decipe
re ſuſpicatur: nā audientes hoc diſſeminant
hanc infamiā inter mercatores vel vicinos:
qui tamen minus peccant ſi merces illas cor
ruptas eſſe putant. Primus autē diffamator
malitioſus eſt ⁊ grauius peccat: vnde in di-
cto. §. ille ergo. ſubditur. Sed cū fallere ſemp
ſit voluntatis: falli aūt vel infirmitatis vel te-
meritatis: grauius fit qđ ex volūtate ꝙ qđ ex

temeritate vel infirmitate ꝓcedit. Quintū eſt
deceptio mendoſa illius qui rem ſuā cōpara
re deſiderat: quia ſicut rem ꝓximi nimis diffa
mat mendaciter: ſic ⁊ ꝓpriā nimis cōmendat
vt alterꝫ decipiat: qđ ſi fecerit obligat̄ ad tripli
cem reſtitutionē faciendā. Primo illi quē deci
pit in vendendo. Scđo in quem ſpoliat fama
ſua eum diffamādo. Tertio tenet̄ ad recom-
penſationē damni qđ diffamatus ſuſtinet per
hoc in nō vendendo: ⁊ ſup hec blaſphemauit
veritatē ⁊ lacerauit charitatē: dans alteri oc
caſionē inuidie ⁊ odij ſempiterni: vñ tale men
daciū multo grauius eſt ꝙ furtū ꝓpter diuer-
ſa cōcomitantia. ¶ Sexto aūt quidam e-
munt pmiſſionibus aut etiā pſtitis iuramētis
ad ſolutionē certo tpe faciendā: ſub dolo frau
de ſe ꝯſtringentes aīo fallendi. Ad cuius eui
dentiā queri pōt: vtrū ille peccat qui aliquid
ꝓmittit qđ tñ non implet: pſertim cū dicatur.
xxij. q. iiij. c. vnuſquiſqꝫ. Qđ ſi ꝓmittit qs ali-
qd inhoneſtū: tollerabilius eſt ꝓmiſſum non
facere ꝙ facere qđ turpe eſt. Ad h̄ dicendū
ꝑ diſtinctionē: aut enī ꝓmittit quis qđ eſt illici-
tū ⁊ inhoneſtū: ⁊ tunc taliter ꝓmittens graui
ter peccat: ſiue propoſuerit adimplere ſiue nō
nec tale ꝓmiſſum ad implere debet ſi non eſt
honeſtū: imo ſi tendit dūtaxat ad inhoneſtatē
qñ ſeruari: nō debet etiā ſi ſine interitu ſalutis
eterne ſeruari poſſet: vt ptꝫ expreſſum extra
de iureiu. in. c. quemadmodū. vbi ponit exem
plū vnū de eo qui iurauit ſe ducturū mulierē
in vxorē que tñ interim fornicata eſt: ⁊ đ alio
q ducens vxorem iurauit ꝙ nunꝙ eā dimitte
ret: q ſimiliter poſtea adulteriū ꝑpetrauit: qua
propter neuter eorꝫ ꝓmiſſum adimplere tene
tur: ꝓpter cōditiones ſubintellectas: ſi videlicꝫ
prima cōtra deſponſationis legem nō veniret
⁊ ſi ſecunda in lege cōiugij non peccaret. Et
qđ magis eſt ſi talis mulier in matrimonium
acceptanda fieret interim leproſa paralitica
vel amitteret oculū aut naſum: tunc ſimiliter
non obligaret̄ ad perficiendū ꝓmiſſum: vt pa
tet in textu: ⁊ hoc ideo ſm glo. qꝛ honeſtas in
telligit̄ in hoc iuramento vt ſi res in eodem
ſtatu permanſerit: ſecus tamen eſſet ſi mulier
laberet̄ in facultatibus: ꝙ ſi per violentiā op
primeret̄ ſponſa de futuro nō tenetur ſeruare
ꝓmiſſum eā ducendo: vt dicit ibidem glo. Si
vero ꝓmittit quod eſt honeſtum ⁊ licitum tūc
ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. cx. Si promittens ha-
bet animū adimplendi quod ꝓmittit nō men
titur: quia non loquitur contra id quod gerit

ſi mente: ſi tamen ꝓbabiliter credebat ſe poſſe ꝑficere. Quod ſi temerarie credebat: quia cām credendi nō habebat: tūc nō excuſat a mendacio pernitioſo: quia in diſpendiū eſt alterius. Preterea ſi non ꝑficit qđ fideli mente ꝓmiſit tunc infideliter agit animū mutando. poteſt tamen excuſari duobus modis. Primo ſi ꝓmiſit id qđ eſt illicitū manifeſte: quia tunc promittendo peccat: ſed mutando propoſitū bene facit. Alio modo ſi ſunt mutate cōditiones ꝑſonarum ⁊ negotioꝝ: vnde Seneca de beneficijs dicit. Ad hoc ꝙ homo teneat facere que ꝓmiſit: requirit ꝙ omnia immutata ꝑmaneant: alioquin nec fuit mendax in ꝓmittendo: quia promiſit qđ habebat in mente ſubintellectis debitis cōditionibus: nec eſt infidelis nō implendo qđ ꝓmiſit: quia eedem cōditiones nō extant. Hinc apoſtolus non eſt mentitus qui nō iuit corinthum quo ſe tamen iterū ꝓmiſit ij. Corin. j. ⁊ hoc propter impedimenta q̄ ſuꝑuenerant. Si deniqȝ qđ promiſit animū implendi non habuit licet poſtea adimpleat tamen mendacij reus eſt ⁊ ꝓmiſſionis tranſgreſſor in voluntate iudicat: quod vtiqȝ in p̄ſenti ꝓpoſito mendaciū pernitioſum eſſet: ac nō ad implementū ad recompenſationē condignā obligaret: tam q̄tum ad capitale q̄ etiā q̄tum ad omne intereſſe. Veruntū alteri fidem ꝓmiſſam non tenenti promiſſa fides de neceſſitate nō eſt tenenda: vt ptꝫ extra de iureiurā: c. iij. ⁊ in glo. ¶ Septimo deniqȝ quidā in emptione ⁊ venditione decipere nitunt falſis cōputationibus: maxime quando cū inexpertis ſimplicibus vel ruſticis cōputationē faciunt. Et quicquid in hoc decipere p̄ualent lucrū reputant: aut alter minus iuſto in ſolutiōe recepit: aut plus iuſto ſoluit: totū in abiſſum auaritie trahunt. Sicut enim inſidiant aranee muſcis in foraminibus muri: ſic hmōi q̄notidie ſimplicibus hoībus inſidiant in apothecis ſuis. Sicut vulgo dici ſolet de puella que de vita inquirens quanti cōſtaret: accepto reſponſo periit aliā magis p̄cioſam ⁊c. Contra tales dicit Theſal. iiij. Nemo circūueniat in negotio fratrem ſuū quoniā vindex eſt dominus. Unde in p̄ſona decepti dicit Ozee. xj. Circūuenit me effraim in negotiatione ſua ⁊ in dolo domus ſue. Effraim creſcens interp̄tatur ⁊ ſignat impios mercatores qui per malitioſas circūuentiones diuitijs creſcunt. Sed iuſto dei iudicio eueniet eis quod dicitur Job. xx. Diuitias quas deuorauit euomet ⁊ de ventre eius extrahet eas deus. Quod a nobis auertat chriſtus ieſus. Ad laudē dei oīpotentis.

## ¶ De deceptionibus mercatoꝝ in pondere: menſura: moneta: pretio ⁊ macula: in defectione: admixtione ⁊ corruptione. ¶ Sermo xxvij.

Non furtum facies. Exo. xx.

n Viſo de multiplici mendacio pernitioſo quod cōtingit verbis ad decipiendū proximū: ſecundo loco procedendum eſt de multiplici mendacio qđ contingit facto ad proximoꝝ circūuentionē qđ vtiqȝ non minoris eſt criminis: quia dicit Tho. in quodlibetis: ꝙ cum eadem ſit in vtroqȝ mendacio fallendi intentio hinc vterqȝ peccat equaliter verbū enim ⁊ factum aſſumit vt inſtrumentū fallendi: ⁊ ideo non refert q̄tum ad peccatum: vtrum aliquis verbo: ſcripto nutu vel q̄cunqȝ facto mentiatur: ſicut nec refert q̄tum ad homicidiū vtrum quis interficiat gladio vel ſecuri. A Sciendū eſt igitur ꝙ quinqȝ ſunt hominū genera precipue mercatoꝝ: qui factis mendoſis ꝓximos circūueniunt ad decipiendū. Primo nāqȝ quidam laqueum deceptionis tendūt in varijs ponderibus ⁊ mēſuris: contra illud Deute: xxv. Non habebis in ſacculo tuo diuerſa pondera maius ⁊ minus: nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor: pondus habebis iuſtū ⁊ verum ⁊c. Quod ſane intelligendū eſt in vno loco vel in vna ciuitate: nam ſm Tho. menſuras venaliū rerū neceſſe eſt eſſe diuerſas in diuerſis locis: propter diuerſitatem copie vel inopie rerum: quia vbi res abundant menſure maiores eſſe conſueuerunt ⁊ econuerſo. In quolibet tamē loco ſunt menſure determinate publica auctoritate vel antiqua cōſuetudine: quas preterire non licet. Et ſimile iudiciū eſt de ponderibus. ¶ Hic ergo queri poteſt de ponderibus ⁊ menſuris: an ſcꝫ vtens corruptis ponderibus vel menſuris: nō per ſuperiorē ſed ꝑ plebeios iā in vrbe tota cōmuniter introductis peccet: p̄ſertim cum his qui iuſtas menſuras ⁊ iuſta pondera mutant lucri cauſa penitentia imponitur: extra de empti. ⁊ vendi. ca. vt menſure. vbi ponitur penitentia. xx. dierum in pane ⁊ aqua: preter punitionem legis qua puniri debet: vt tangit glo. Ad hoc reſpōdet ſanctus Bernardinus in tractatu de contractibus ꝙ ſi etiā hmōi corruptione aliqui iuſto pretio fraudant pro eo ꝙ credūt menſuras eſſe veras ⁊ pondera iuſta ſicut prius erant: tunc hmōi fraudator peccat mortaliter ⁊ dānum fraudis reſtituere tenetur. Si vero iuſto pretio non fraudant nec vtens eis ad fraudem vtatur iuſti pretij: non tenet aliquid reſtituere q̄uis peccet nō reuelando menſure corruptionē his quos credit eam latere: ſed forte non mortaliter peccat qñ corruptio cōmunis eſt: quia ſatis de hoc data eſt ratio ꝙ huiuſmodi corruptio oībus innoteſcat. Si autē omnes tam domeſtici q̄ forenſes cōmuniter ſciunt ponderū ⁊ menſurarū q̄titatem quibus vtunt poſt cōmunem corruptionē: tunc nō cadit in eis fraus vel falſitas cū omnibus notū ſit. Preterea ſi corruptio talis eſſet ꝙ vnam menſurā ſcꝫ maiorem tenerent ad emendū ⁊ aliam ad vendendā ſcꝫ minorē: tunc niſi alter cū quo mercat hoc ſciat eſt ſemꝑ culpa mortalis: hoc enī eſt propriū qđ prohibet in Deute. in verbis p̄dictis. Inter quos etiā hij cōnumerant qui ad decipiendū emētes humectant mercantias ſuas: ſicut q̄nqȝ fit in oībus fere ſpeciebus. Similiter in lana: lino ⁊ infinitis alijs q̄ pondere menſurant: qui oēs obligantur ad reſtitutionē. Pariformiter ſunt in hoc ſcelere cōputati qui monetas in pondere diminuūt radendo vel lauādo: cōtra quos leges ꝓmulgāt penas graues: quidā etiā tales monetas in pōdere grauiores eligentes maiori p̄tio alienāt. Pro quo notandū ſm Tho. ꝙ ſi tales emiſſent ſummatim aliquā monetā argenteā vel aureā: quarū alique deficerent a debito pōdere alique vero ſuꝑadderent ⁊ alique tenerent iuſtā eſtimationē: ſicut cōiter fieri ſolet ad deceptionē reipubli. tunc illicitū eſſet peiores cōmuni p̄tio: meliores vero maiori pretio alienare: quia qđ abundat in melioribus deficit in peioribus: vnde peccāt grauiter monetarij qui monetā vnius valoris faciunt eſſe diuerſi ponderis ad ſpoliandū cōmunitatē: quia qđ vni adijciunt alteri ſubtrahunt: ⁊ inde ſequunt tales cupiditates iniuſte. ¶ Ceterū queri pōt de his qui tante fame ſunt ꝙ aduenientes ponūt pondus menſurā immo ⁊ p̄ciū rerū quas habere deſiderant in iudicio ⁊ arbitrio eoꝝ: at illi nihilominus tales ſimpliciter fidentes nequiter decipe nō verent. Ad hoc r̄ndet. s. Bernhardi. vbi. ſ. ꝙ rōnabiliter dici pōt ſi venditores hmōi vel eſtimationis aut fame ſint in populo: aut tam ꝑfecti ſtatus ꝙ verbo eoꝝ plus ſtat q̄ alterius iuramento: tūc a mortali non excuſant rei venalis p̄ciū mēdaciter alterādo: vel etiā mendoſe dicendo: tantū cōſtitit mihi: vel tantū potui habere de illo: quia ꝑinde eſt ac ſi emptor ſe cōmitteret fidei venditoris: ⁊ hoc vēditor acceptaret: ac tandē ꝯtra fidem acceptā ⁊ datā infideliter ſua venderet: talis execrabilē fraudem facit ⁊ obligat ad reſtitutionem: ⁊ vltra hoc mortaliter peccat agens ꝯtra pactū date fidei. Nimirum cū dicat. xxiij. q. j. c. noli: qđ fides etiā hoſti ſeruanda eſt cōtra quē bellum geritur: q̄to magis amico: ⁊. xxij. q. iiij. c. innocens. B Scđo quidā decipiunt mendaci facto: dū merces falſas: mixtas vel corruptas tradūt tanq̄ ſanas: puras ⁊ veras. Ad cuius euidentiā queri pōt: vtrum ſit culpa mortalis obligans ad reſtitutionē rem vēdere: in qua ē macula vel fraus occulta quā venditor non manifeſtat ementi. Ad hoc dicendū ꝙ rei vēdende pōt ineſſe triplex macula ſcꝫ in defectione: admixtiōe ⁊ corruptione. Primo pōt ineſſe macula in defectiōe: ⁊ q̄tum ad illā maculā ſcꝫ defectiōis dicendū ſm Tho. ſcđa ſe. q. lxxvij. ⁊ ſm Sco. in. iiij. diſt. xv. ꝙ circa rem vendendā triplex defectus cōſiderari poteſt: Primus eſt ſm ſubſtantiā: vt ſi quis vendit auricalcū pro auro: ſtannū ꝓ argento: aut econuerſo emit a ſimplici ⁊ inexperto venditore aurū pro auricalco vel argentū ꝓ ſtanno: vel denariū magni valoris ꝓ denario parui valoris: equitatē iuſti pretij notabiliter excedēs ⁊ talis ſimpliciter obligat ad reſtitutionē ⁊ cū hoc peccat mortaliter fraude ꝓximū circūueniens: vñ tantū creuit hec peſtis maledicta ꝙ vix inuenit mercator expers illius cū fere occurrat in oībus mercibus: vt vendāt vnā ꝓ reliqua: eo ꝙ fere oēs merces licet ſint eiuſdē generis: tñ ſunt maioris valoris ⁊ vtilitatis ex vno loco adducte q̄ ex alio: qđ ꝯtingit vel ex natura patrie vel etiā ex beneficio hūane induſtrie: ſicut lana de anglia melior eſt q̄ de Scotia: ⁊ artificia in vna ciuitate facta meliora ſunt q̄ in alia ⁊ ſic de infinitis alijs: cōiter aūt mercatores ſuas merces vendūt ꝓ melioribus vel ex natura vel ex induſtria: cū tñ in veritate nō ſint de melioribus: ⁊ ſic grauiter peccāt ⁊ ad reſtitutionē obligant. Hinc ſcđo pōt eſſe defectus in qualitate: ſicut iam patuit: quia merces ſic vendite non ſunt talis valoris qualis eſſe putant emptores: eo ꝙ merces vendunt alterius ſpeciei. Tertio pōt eſſe defectus in

quantitate de quo ſimiliter ſupra dictum eſt.
Quantū vero ad ſcdam maculā ſcʒ admixti
onis: cū in re vēdenda falſas aut peregrinas
mixturas aut cōpoſitiões occulte addūt fere
in oia ſubſtantia vendibili: ſicut faciunt multi
mercatores aromatarij ac etiā artifices: imo
pene oēs artificijs ꝛ mercātijs lucratiuis in-
cūbētes: qḋ p̄cipue dñs lamentat̄. Eſa. j. di-
cens: Argentū tuū verſuʒ eſt in ſcoriā ſcʒ per
cōmixtionē ſtanni vel plūbi: vinū tuū mixtum
eſt aqua. Sed alia litera hʒ caupones tui ꝛ
tabernarij tui miſcēt vinū aqua. Sequit̄ heu
conſolabor ſup hoſtib' meis ꝛ vindicabor de
inimicis meis: ꝛ ꝯuertā manū meā ad te ſcʒ
puniendū: ꝛ excoquā ad purū ſcoriā tuā. Ly
ra loquit̄ ad modū fabri qui per virtutē ignis
cōſumit quicquid eſt īpuritatis in auro vł ar
gento. ¶ Hic ergo queri pōt vtrū ponēs mi-
xturas in mercib' peccet ꝛ ad reſtitutionē te-
neat̄. Ad hoc rñdet Berñ. in tracta. de ꝯtra
ctib': ꝙ ſi talis mercator ꝓpter hmōi cōmixti
ones vendit illas merces vltra extremos li-
mites iuſti p̄tij: tūc totum illud qḋ plus recipit
obligat̄ reſtituere: ꝛ vltra hoc tenet̄ ad inter
eſſe ſi alter ꝑ hoc dānū paſſus eſt. Si vero
ꝑ hoc nō intendit niſi iuſtū p̄tiū citius extorq̄-
re: tunc ad ſatiſfactionē nō obligat̄: p̄ſertim ſi
certitudinaliter vł multū ꝓbabiliter ſcit iuſtū
p̄tiū nō exceſſiſſe; ꝙ ſi dubitat tūc tenet̄ ꝑ eo
ꝙ certus eſt de fraude ſua. Ad maiorē tñ eui
dentiā ſciendū ꝙ duplex eſt genus cōmixtio-
nū: nā quedā ſunt admixtiōes ficticie q̄ quaſi
in nullo mutāt valorē rei venalis: ꝛ in talibus
nō peccant ſi faciūt intentiōe ſola ſobriū ꝛ iu
ſtū lucrū extorquendi. Alie ꝟo ſunt admixtio
nes p̄nitioſe q̄ virtutē ꝛ valorē notabiliter mi
nuūt: qui ſunt oino ꝯtra ꝓprias ꝛ cōes intenti
ones emptoꝝ: ꝛ tales oino ſint illicite q̄ʒuis
etiā nihil vltra iuſtū p̄tiū recipiunt. Ratio eſt
qꝛ taliū vſus ſaltē in frequētatiōe ſua morta-
lis eſt culpa: put ptʒ in illis q̄ in vino mebium
miſcent vt floridus in eo color elucеſcat: cū tñ
dicit̄ ꝙ tale mebiū in vino mirabiliter capiti
ꝛ ſtomacho ſit nociuū. Si tñ virtutis minutio
modica ſit ꝛ p̄tiū iuſtū: tūc nō puto niſi pctm̄
veniale: hec Berñ. Sed arguūt in ꝯtrariū
mercatores dicentes. Quilibet pōt miſcere
rei ſue qḋ vult ſaltē anteq̄ʒ eā venalē expōat
non aūt poſt vini p̄conizationē nec poſt mer-
ciū venditionē ꝛ ego aſſentio. Pōt iterū inq̄s
merces ſic mixtas venales exponere: nec ego
ꝯdico: ſʒ oportet ꝙ in venditiōe defectū illum

mixture plane notifices emptoribus ſi vis e-
uadere diſpendiū mortalis criminis. Ratio
eſt qꝛ conſtat oibus ꝙ lex ꝛ cōſuetudo ciuita-
tis eſt ꝙ vendat̄ vinū puꝝ ꝛ merces nō mixta
ſed talis ꝯtra vtrūq̄ʒ fraudulenter incedit: cū
hoc etiā eius intentio corrupta cōſtat eſſe ma
ledicta auaritia: in hac etiā macula cōprehē-
dunt̄ illi qui vendūt merces corruptas ꝓ ſa-
nis: qḋ cōtingere ſolet etiā in oibus fere mer
cibus: ſcʒ in carnibus: ouis: piſcibus: maximū
quoq̄ʒ periculū īminet apothecarijs a ſimili-
bus: qui in ſeropis ꝛ medicinis imponūt ea q̄
ſciant eſſe corrupta vł nociua ſeu nō proficua
cū iā propter vetuſtatē ſuā perdiderūt virtu
tem: ex quo ſequit̄ prolixior vel etiā grauior in
firmitas aut interdū mors ipſa: ac ꝑ hoc me
dici incurrūt infamiā ꝛ etiā culpā ſi debitā di
ligentiā non adhibuerint: vnde in oibus dam
nis illis: ꝛ ſimilibus ex corruptiōe merciū ꝓ-
uenientibus tenet̄ venditor ad reſtitutionē q̄
ad omne intereſſe: vt extra de iniur. ꝛ dam. c.
ſi culpa: qꝛ talis occaſionē dāni dat ꝛ pericu-
li: vt dicit Tho. ſcda ſcde. q. lxxvij. damni qui-
dā: qꝛ propter hmōi corruptionē res q̄ vendē
da proponit̄ minoris eſt p̄tij cū tñ ꝓpter hmōi
vitiū nihil de pretio ſubtrahat. Periculi vero
ex eo ꝙ vſus talis rei reddit̄ inutilis impedit'
vel noxius: ſicut domus ruinoſa pro firma:
equus claudicās pro veloci: ꝛ cibus veneno
ſus pro ſano. Omnibus igit̄ p̄dictis ꝯtringet
qḋ ait Chryſoſ. ꝛ ponit̄ in quibuſdā decret̄
lxxxviij. di. c. eijciens: ꝙ quemadmodū triticū
aut aliqḋ tale teras in cribro dū huc ꝛ illuc ia
ctant̄ oia ꝛ grauia paulatim deorſum cadūt
ꝛ tandē in cribro nihil manet niſi ſterc': ſic de
ſubſtātia negotiatoꝝ nouiſſime nihil remanet
niſi ſolum peccatū hec ille. ¶ Tertio quidam
decipiūt mendaci facto: dū mercatores inter
ſe cōuentiones doloſas ꝛ pernitioſas faciunt
ꝙ nullus de tali vel tali mercantia vendat vł
emat niſi tantū tres vel quatuor: vt ſic carius
vendāt vel ſimul paſcuntur vt vno p̄tio plus
iuſto vendāt vt amplius inde lucrari poſſint
iniuſte: ꝛ hij ſunt p̄dones execrādi qui totā cō
munitatē ſpoliant: ꝛ monopoli vocant̄. Mo-
nopolon enī eſt mercatio quam aliqui ſoli ex
cōditio exercent ꝛ impetrant ꝙ ipſi ſoli eme-
re vendere vel etiā docere poſſint: vnde ge-
neraliter mercatores qui cōueniunt in certo
pretio plus iuſto vendant: aut ꝙ aliqui dūta
xat aut vnus ſolus vendat: vł etiā qui ipetrat
ꝙ ſibi ſoli res alique vendere liceat: iudicant-

tur monopoli: ꝛ ſcdm leges debent bonis ſu
is ſpoliari: ac exilio ꝑpetuo damnari. Silr ꝛ
cōcedentes ꝛ admittētes debent puniri. hec
patēt. C. de monopo. l. vna. Quarto p̄terea q̄
dā decipiūt facto nō ſoluentes tpe cōſtituto
ad qḋ ſe tñ obligauerit ꝛ ſcriptura: pmiſſione
vel etiā iuramēto. ꝛ h̄ ꝓpter ꝓpriū cōmodum
qḋ interim q̄runt cū illis pecunijs: vel in lu-
cratiuis mercationib' vel etiā qꝛ monetarū
expectant mutatione aut ſilia q̄ritātes ꝓpria
cōmoda: aut etiā ex malicia vel alia quacū-
q̄ʒ culpa: vnde ſi creditori ꝑ talem dilationē
ſolutionis p̄ſtant occaſionē dānificationis
tenent̄ ad omnimodā cōdignā ſatiſfactionē
ꝛ ad totū intereſſe, put latius poſtea videbit̄.
Quinto ſūt etiā quidā decipiētes ſimplices:
rē aliquā minus debito emētes: vel etiā cha
rius debito vēdentes. ſʒ nō faciunt ꝓpt̄ anti-
cipationem vel prorogationem ſolutionis ꝛ
hij ſunt proprie preoccupatores rerum vena
lium qui merces preoccupāt: non propter ꝓ
priam neceſſitatem ſed ꝓpter improbā cupi-
ditatem: vt ſcʒ ſtatim ſine immutatione tēpo-
ris vel loci vel ipſius rei charius vendant: q̄
dicuntur in vulgari vorkauffer: in foro tanq̄ʒ
aucupes reſidentes. hij nimirū grauiter pec
cāt. qꝛ ꝓpter cōmodū propriū ac lucrū quod-
liber venale vel vſuale faciūt charius emen-
ti ꝛ vilius vendenti q̄ʒ iuſtū ſit ſcdm rectam
rōnem: ex quo dānificare videt̄ vtrāq̄ʒ partē
lucrū ꝓpriū e medio tollentes: ꝛ per cōſequēs
toti reipubli. p̄nitioſi ſunt: ꝛ hec quidem po-
tiſſime ſolent exercere qñ talium rerū chari-
ſtia contingit eſſe in terra propter raritatem
illarum mercium: nunc enim vbiq̄ʒ preoccu-
pant ad inſidiandum in foro in vicis ꝛ plate
is ac in viarum exitib' inexplebili cupiditate
inhiantes ad lucra ac vniuerſos excoriare
cupientes. Et iō Bernhardi. ſup cantica ſer
mone. xxxix. inter alia ponit inhumanitatem
erga primū vnā eſſe rotā auaricie: q̄ ſcʒ aua
rus rapida curſu vehitur ad inferos. De q̄
dicit Aug. de ꝟbis dñi: q̄ ē iſta auiditas pecu
nie: cū ꝛ ipſe belue modum habeāt: tūc enim
rapiunt quando eſuriūt: parcunt vero prede
cum ſenſerint ſacietatem: inſatiabilis eſt ſola
auaricia diuitum: ſemper rapit ꝛ nunq̄ʒ ſatia
tur: nec deum timet nec hominem reuerетur
nec patri parcit. nec matrem agnoſcit nec fra
tri obtēperat nec amico fidē ſuat ꝛc. Quos
egregie irridet. Seneca epła: xiij. dicēs: vidi-
ſti aliqñ canē miſſū fruſtū panis apto ore ca-

ptantē: q̄cquid accipit p̄tinus integrū deuo-
rat ꝛ ſp ad ſpē futuri hiat. Idē: euenit nobis
quicq̄d expectantibus fortuna proiecerit. id
ſine vlla voluptate dimittim' ꝛ ſtatim ad ra
pinā alteri' erecti ꝛ attoniti in epicurū illḋ
chaos incidim' māne ſine termino ē: ſʒ vñ ꝓ
cedit hec inhumanitas niſi ex beſtialitate et
vilitate huius terrene ꝯcupiſcētie. Dicit em̄
leo papa in q̄dā ſermone: ꝙ amoris pecunie
vilis eſt ois affectio: ꝛ aīa lucri cupida etiā ꝓ
exiguo perire nō metuit: nullūq̄ʒ eſt iuſticie
in illo corde veſtigiū: i q̄ auaricia ſibi fecerit
habitaculā: nec quidē illi fructū bonoꝝ ꝯfert
quē poſſidet: qꝛ diuitiarū amor inſatiabilis:
lōge ampli' torquet euʒ q̄ʒ refrigerat vſu ſuo
quarū q̄dē acq̄ſitio laboris: poſſeſſio timoris
amiſſio plena doloris inuenit̄. Vñ legitur in
cronicis miniſtroꝝ generaliū ordinis minoꝝ
ꝙ q̄dam vſurarius ad extrema veniēs nullū
anime ſubſidium querens ait anime ſue. O
anima mea video ꝙ me derelinquere velis
cum bonis acquiſitis frui deberes: ſed ad mi-
nus decem libras tecum portabis: quas diu
in lombari meo poſui: ꝛ ego te deo auferam
quia talia tibi aufert: leuatiſq̄ʒ oculis in celuʒ
plaſphemando contra deum ſpuebat: ꝛ cum
in illis blaſphemijs os ſuuʒ aperiret magna
flamma viſa eſt exire de ore eius que domū
ꝛ villam incendere videbatur: ꝛ ſic illa iehen
nalis anima hoc in mundo flammas eterna
les accepit: ꝛ in baratrum horridū parit̄ cuʒ
flamma deſcendit in quo potiſſime patuit ꝙ
nihil auaro ſceleſtius: hic enim animam ſuā
venalē hʒ nō ꝑ. xxx. argenteis: ſʒ etiā ꝑ obu-
lo viliſſimo. Qḋ a nob' auertat chriſt' ieſus.

## ¶ De duplici valore rerum ꝛ vtrum liceat plus iuſto vēdere et minus iuſto emere: ac de triplici gradu iuſti p̄cij: Sermo xxviij

Non furtum facies. Exo. xx.
N qꝛ dictū eſt in ſermo. p̄. de his q̄ mi
n' iuſto emūt: ꝛ mag̨ iuſto vēdūt q̄
ſi ſpoliatores effecti int̄ ēptores ꝛ vēditores
¶ Ad hāc materiā ꝓfundi' indagādā p̄mo
ſciēdū eſt ꝙ valor reꝝ ſʒ Sco. i. iiij. di. xv. du-
plicit̄ ſumi pōt. Primus valor eſt naturalis:

ſcʒ ſm bonitatem nature a deo in re creatā: ⁊ hoc mō formica mus vł pulex plus valet ꝙ̄ panis: qꝛ vitā animam ⁊ ſenſū̄ habēt. Secūdus valoꝛ dicitur vſualis que ſumit̄ in reſpectu ad vſum nr̄m: ⁊ ſic panis plus valet ꝙ̄ mus: ⁊ hoc mō ſumit̄ h̄ valoꝛ q̄ pēſari poteſt ex tribus. Primo ex virtuoſitate: quia ꝙ̄to efficacioꝛ eſt res noſtris vtilitatibus tanto p̄cioſioꝛ iudicatur. ⁊ ſic panis triticiꝰ optimꝰ eſt ⁊ equus fortis Secūdo ex rerum raritate ſcʒ ſm ꝙ res ex ſue inuentionis raritate ⁊ difficultate magis nobis neceſſarie ſunt: et ſm hoc idem bladum plus valet tpe chariſtie ꝙ̄ abundātie. Tertio ex rerū cōplacabilitate in vſu earū: ⁊ ſic lʒ duo eq̄ ſūt eque fortes ⁊ veloces: tn̄ vnus eſt in vſu gratioꝛ vni: aliꝰ alij. Veruntn̄ certa pēſatio valoꝝ rerū vſualiū vix aut nunꝙ̄ a nobis fieri pōt niſi per cōiecturalem ⁊ pbabilē opinionē: ⁊ h̄ nō pūctatim ſeu ſub indiuiſibili ratiōe ac mēſura in plus ⁊ minus: ſed ſub aliqua latitudine competenti reſpectu tpm locoꝝ ⁊ pſonarū circa quam diuerſi diuerſimode res eſtimant: qꝛ equalitas illa ſm rectā rōnē nō ꝯſiſtit in indiuiſibili medio quod reſpicit ipa iuſticia cōmutatiua: ſʒ in quadā latitudine. Et ideo ꝙ̄diu ementes ⁊ vendentes remanēt intra illā latitudinem lʒ in diuiſibilē punctū equalētie nō attingant: in quocunꝙ̄ gradu circa extrema latitudinis illius fiat: vtrīꝙ̄ iuſte fit. Quātum aūt ſe extendat illa latitudo poſtea videbit̄:

¶ Hic ḡ q̄ri pōt. vtrum res plus ꝙ̄ valeāt licite vēdi pnt̄: vł etiā minꝰ emi. Ad h̄ dicēdū ꝙ non. penſato eaꝝ valoꝛe in reſpectu ad vſū nr̄m ⁊ ad pbabile iudicium hūane eſtimationis menſurantis valoꝛē rei infra limites latitudinis competentis. Qđ pbari pnt̄ pmo qꝛ iura ciuilia ꝯtractū reſcindūt qn̄ emptoꝛ vel vēditoꝛ vltra dimidietatem iuſti p̄cij defraudatoꝛ: tūc enim ꝯtractꝰ eſt nullus ⁊ p iudicem irritandus: nihilominꝰ aūt in foꝛo conſcientie licet fraudatio ſit citra medietatem p̄cij: dūmō ſaltem ſit notabilis faciēda eſt reſtitutio: dummodo pcedat ex vno vel ex pluribus iſtoꝛum quattuoꝛ. ſ. ſi pcedat aut ex ꝓbabili ignoꝛantia: aut ex mentis leuitate manifeſta vel preſumpta ſicut: cōtingere ſolet in ebrioſis aut inſipientibus aut iuuenibus aut pꝛodigis aut ſilibꝰ: vel etiā ex quacūꝙ̄ egeſtate: aut etiam ex alia quacunꝙ̄ neceſſitate ad h̄ compellēte. Ex q̄bus cōphēdi pōt ꝙ talis ꝯtractus non pcedit ex mera grata ⁊ gratuita voluntate. vnde talis defraudatio in minus emendo aut plus vendendo: non ſolū eſt ꝯtra iuſticiam ſed etiā ꝯtra charitatē ⁊ cōtra naturalem hominis pietatem lʒ ex vtriuſꝙ̄ partis cōſenſu talis cōtractus pcedere videatur. Et cum ſm Areſto. iij. Ethic. Ignorātia ⁊ aliqualis coactio excludūt voluntarium: ideo tales fraudatoꝛes vel potius extoꝛtoꝛes ad reſtitutionem obligant̄: vn̄. x. q. ij. §. hoc ius: dicitur ꝙ ſi in venditiōe plus offeratur ꝙ̄ res valeat eccl'ia recipere nō pōt nec dꝫ: ſed tm̄ iuſtum pciū. Et licet lex dictat ꝙ ꝯ ſeinuicem decipe pnt̄ citra medietatē p̄cij tn̄ eccl'ia in ſuis ꝯtractibus dolum facere nō dꝫ vt plane patet extra đ dona. c. p. tuas: ¶ Qđ ſi q̄ritur cur ḡ lex ſilit̄ nō phibet totalit̄ hāc inequalitatē. Ad h̄ dicēdū ſʒ Tho. qꝛ lex datur pplo in quo ſunt multi a ꝟtute deficiētes: hinc ſolum phibet ea q̄ deſtruūt hūanū conuictum: vtpote exceſſus magnos: qn̄ deceptꝰ eſt aliquis vltra dimidiū iuſti p̄cij: tunc enim ad reſtitutionem cogit: eccl'ia ꝟo punit etiā in paruis qn̄ abſꝙ̄ ſcādalo ⁊ maioꝛi diſpēdio punire pōt alꝰ non. Tolerat enim eccl'ia crimen pꝛopt̄ ſcandalū euitandū: vt expſſū. iij. d. ca. deniꝙ̄: ſimilit̄ ꝓpter maius diſpendium euitandum: vt. ix. q. j. oꝛdinationes: vbi dicit̄ in fi. vbi em̄ multoꝛum ſtrages iacet ſubtrahendum eſt aliq̄d ſeueritati. Itē correctio ē ſubtrahēda etiam ab eo q̄ hꝫ ſociā multitudinem: vn̄ dicit̄: xxiij: q. v. c. non poteſt eſſe ſalubris a multis coꝛrectio: niſi cum ille coꝛripit̄ qui nō habet ſociā multitudinē. Cū vero idē moꝛbꝰ plurimos occupauerūt: nihil aliud reſtat bonis ꝙ̄ doloꝛ ⁊ gemitꝰ: lex aūtē diuina q̄ nō ſolū dat̄ pplo ſed etiā ꝟtuoſis: nihil impunitum relinq̄t qđ ꝯriū eſt virtuti: ideo ſm diuinam legē illicitū reputat̄: ſi emendo vel vendendo equalitas nō ſuet̄: ⁊ ad reſtitutionem cogit ſi ſit notabile dānū: pua q̄dā additio vel diminutio equalitatem iuſticie tollere nō videtur. ¶ Qđ ſi querit̄ an res cōparata minꝰ dimidia parte iuſti p̄cij vēditoꝛib' debeat reddi vel retineri. Ad h̄ dicendum ꝙ ſi res minꝰ dimidia parte iuſti p̄cij cōparat̄: in poteſtate emptoꝛis ē ſupplere p̄ciū iuſtū vł a ꝯtractu recēdere: vn̄ extra de emp. ⁊ vē. in. c. cum dilecti: ſubdit̄: qꝛ ꝟo in arbitrio emptoꝛis eſt ſi velit ſupplere iuſtū pciū aut vēditionem reſcidere cum res minꝰ dimidia pte iuſti p̄cij cōpatur: ſcīētia ipaꝝ q̄ ſcʒ in h̄ caſu p epm lata fuit in ꝯriū: ſeq̄tur taꝙ̄ iuri cōtrariam irritantes: poſſeſſionē monachis iudicamus eſſe reddendā. Preterea glo. ibidē ſuper verbo deceptionis: dicit: ꝙ cū dolus dat cām cōtractui: puta dolo te induxi ad vendendā rem aliquā: alias nō venditurus: nō tenet cōtractus vt. ff. de dolo. l. ⁊ elegāter. xij. q. ij. q̄ſquis eps: in fi. ⁊ extra de re. pmu. cū vniuerſoꝝ. Si vero incido in cōtractū qꝛ venditurus eram ſʒ p dolū tuū minus vendidi: vel p dolū meum plus emiſti: tenet quidē cōtractus ſʒ agit̄ ad ſupplementū reſidui. ff. de act. emp. ⁊ ven. l. iulianus. §. ſi venditoꝛ: ſi vero dolus nō dat cauſam cōtractui nec incidit in cōtractū: tūc ſi deceptus ſiʒ vltra dimidiā partē iuſti p̄tij in venditione obtinet qđ hic đꝛ. C. de reſcin. ven. l. ij ſi aūt deceptus ſum minus dimidij iuſti pꝛetij nō poſſum agere ad aliq̄d: qꝛ licitū eſt ſm leges cōtrahentib' ſeſe ad inuicē decipere vſꝙ̄ ad dimidiū iuſti p̄tij. ff. de mino. l. in cauſe. §. in p̄tio. Et nota ꝙ in ꝯtractib' bone fidei ſi dolus dat cām contractui nō p contrahentes ſʒ p intermediā pſonā tenet cōtractus: ſed datur actio de dolo cōtra mediatoꝛē. ff. de dolo: ⁊ elegāter. §. ſ. in. glo. Sed hic obijci pōt contra: cuꝰ emendi ⁊ vendēdi mere volūtarius eſt: qꝛ nullū ius cogit vendere vel emere: ⁊ ideo p̄taxatio pꝛetij rerū venaliū mere voluntaria erit: ⁊ p cōſequens ſoꝛtiet̄ ius ⁊ foꝝ mere voluntariū. Ad h̄ dicendū ꝙ licet de iure nō cogat rem meā vendere: cogoꝛ tn̄ in actu ⁊ contractu vendēdi foꝛmā ⁊ regulū iuris ⁊ iuſtitie ⁊ equitatis debite ſuare: ⁊ ideo in effectu vendēdi nō licet mihi rei mee iniuſtū p̄tiū ponere ⁊ accipe: qꝛ tūc impono nō vt ſimpliciter mee ſed vt in alterū cōmutande: ⁊ ideo ſm Hoſt. licet aliq̄s ab initio cogi nō poſſet rem ſuā vēdere vel alienā emere: vt ptʒ. C. de cōtrahen. emp. l. dudū. ſi tn̄ expoſuerit rem venalē ⁊ pretiū offerat̄: ⁊ pꝛo iuſto p̄tio dare nō vult cogi pōt per iudicē ꝙ iuſto p̄tio vēdat. ff. de offi. pꝛefect. vꝛ. l. ſ. §. cura carnis. ℞ Vlterius querī pōt. vtrū licitū ſit rem venditoꝛi exponendā taxare ſm valoꝛē vtilitatis ementiū: nō ſcđm valoꝛē vtilitatis vendentiū. Ad h̄ dicendū ꝙ ſi p̄tiū rerū noſtre vite neceſſariū taxaret̄ ſm equiualentiā eius qđ pticulariter nobis cōferūt vtilitatis taliū p̄tiū eſſet q̄ dammō nobis imp̄ciabile: exempli gratia: ſi vnica potio vel herba medicinalis a moꝛte me valeat liberare ⁊ imp̄ciabilē ſanitatē reſtituere. Aut ſi ciphus aque mihi p ſiti moꝛituro poſſit ſuccurrere: valent pꝛedicta in hoc caſu infinitā auri ſubſtantiā: nō ergo debēt res ita taxari: qđ vt clarius pateat pōt triplici rōne pꝛobari. Primo rōne nequitie ab hūanis coꝛdibus excludende: nā duplex malū ex h̄ ſequeret̄. Primo qꝛ nihil eſt iniquius ꝙ̄ p particularib' ⁊ p̄uatis cōmodis cōi ⁊ vniuerſali bono p̄iudicare: cū ſm oꝛdinē iuris ⁊ iuſtitie cōmune bonū pꝛiuato ſemp pꝛeferri debeat: vt ptʒ extra de poſtu. pla. in. c. bone memoꝛie. Scđo talis taxatio fieret oīno in pꝛeiuditiū cōis boni: cū ecōtra in cōtractibus ciuilibus ⁊ hūanis: pꝛetioꝝ equalitas ſit menſurāda per reſpectū ad omne bonū put omni bono dinoſcit̄ expedire ad cōſeruationē vtilē reipublice: alioquin talis taxatio difficultatē induceret impoꝛtabilē: vt patet intuentibus. Secundo qꝛ nihil iniuſtius eſt ꝙ̄ vendere id qđ ſuū non eſt: nā cōmodū q̄dcunꝙ̄ qđ expectare videt̄ emptoꝛ ex re emenda: oīno extra ipm vendentē eſt: ſi ergo venditoꝛ ex hoc cōſequit̄ aliquā maioꝛē vtilitatē ex illa re vendenda ꝓpter ſpeciale cōmodū emptoꝛis: tūc oīno conſequit̄ hoc ex re nō ſua: qđ vtiꝙ̄ inequalitas eſſet atꝙ̄ iniuſtum. Et iſte caſus multipharie cōtingit dū quis ꝓpter paupertatē: neceſſitatē aut cōmoditatem cogit̄ aut minus iuſto vendere aut magis iuſto emere: qđ quidē impꝛobis lucris inhiātes obſeruāt: vt tales euiſcerare valeant: ſicut aranee muſcas capiūt ad ſugenda interioꝛa earū: verbi gratia: vendis mihi hoꝛtū retro domū meā plus iuſto: qꝛ multū indigeo: aut vendis ꝙ̄tūcunꝙ̄ rem aliā qua plurimū indigeo tūc eñ vendis etiā cōmodū meū. Itē emis a me pecias panni minꝰ iuſto: qꝛ pecunias ad ſoluenda debita requiro: ⁊ ſic de alijs. Tertio qꝛ nihil eſt directius ꝯtra fraternā charitatem cui potiſſimū in neceſſitate ſubueniendū eſt: miro nāꝙ̄ mō talis taxatio pietatem ⁊ humanitatē vniuerſaꝫ eneruaret ⁊ eradicaret: cū tn̄ in talibus caſib' neceſſitatis maioꝛ pietas eſſet exhibenda: vnde breuiter cōcludendo in oībus cōtractibus emptionis ⁊ venditionis p̄ncipaliter attendenda eſt cōmunis taxatio ⁊ eſtimatio ⁊ ciuilibus cōitatibus cōmuniter facta: ⁊ ſic ſinguli in ſuis ſingularibus contractibus ſeq̄ debent foꝛmā ⁊ regulā cōmuniū taxationū: ne ps turpiter: irrationabiliter: inobedienter ⁊ indecenter a ſuo toto diſſonet: ⁊ ne quilibet pꝛo ſuo libitu cōmunitati ⁊ cōi vtilitate p̄iudicet: ac per ꝯſequēs cōmuni iuſtitie ⁊ pietati derogет. Sed obijci poteſt ſi res nō pnt̄ plus ꝙ̄ valeant vendi nec minus emi: ⁊

hoc ſm cōmunem ⁊ ꝓbabilem eſtimationem hoim: tūc fere tota cōitas vendentiū ⁊ ementiū ꝯtra iuſticiā peccaret: qꝛ quaſi oēs volunt chare vendere ⁊ vile emere. Ad h̄ dicendū ꝙ nō eſt verū de cōitate iuſtoꝝ: qꝛ iuſtus non vult vltra iuſtū ꝑciū vendere vel citra iuſtū ꝑciū emere: inq̄ꝫtum iuſtus: ſꝫ bene verū eſt de cōitate iniuſtoꝝ ⁊ cupidoꝝ: qui oīa etiā volūt iniuſta: ⁊ quicūq3 vult emere citra iuſtū preciū vel vendere vltra iuſtū preciū: in hoc iniuſtus eſt ⁊ agit ꝯtra charitatē fraternā dūmodo ꝓcedit ex vno illoꝝ.iiij. q̄ tacta ſunt in ꝑncipio ſmonis huius. Sed qꝛ vt dictū eſt penſatio valoris vix aut nunq̄ꝫ a nobis fieri pōt: niſi ſꝫ ꝯiecturalē ⁊ ꝓbabilē opinionē: ⁊ hoc quidem nō punctat̄ ſub rōne ⁊ menſura indiuiſibili in plus vel minus ſed ponit̄ ſub aliqua latitudine cōpetenti: circa q̄ꝫ etiā diuerſa hoim capita ⁊ iudicia reperiunt̄ in eſtimatione diſcrepare. Hinc etiā diſtingui pōt triplex gradus etiam iuſtus limitati ⁊ iuſtificati precij ſꝫ varias eſtimationes etiā ꝓbabiles diuerſoꝝ hoim.

¶ Primus aūt gradus iuſti ꝑcij pōt dici pius ſcꝫ qui eſt minoris ꝑcij: ſecūdus diſcretus ſcꝫ qui eſt mediocris ꝑcij ⁊ tertius rigidus.ſ. qui eſt minoris ꝑcij: verbi gratia: ſint.c.pecie panni eiuſdē valoris: tūc ꝓpter varia capita ⁊ diuerſas ſententias circa illas: a varijs erit varia taxatio: quidā enī eſtimabūt quālibet illarū ꝑcij.xxv. coronarū ⁊ hoc dici pōt ꝑcij limes ⁊ gradus pius: quidā vero.xxv.cū dimidia: ⁊ talis taxatio dici poteſt limes ⁊ gradus diſcretus: quidā etiā.xxvj.⁊ hoc dici pōt limes ⁊ gradus rigidus ꝓpter varietatem ergo emptoꝝ ⁊ venditoꝝ alique iſtarū peciarū panni vendent̄.xxv.cū dimidia: alique.xxvj. q̄ꝫdiu igit̄ in emptione ⁊ venditiōe nō ſit exceſſus ꝑcij vltra tales limites, nō derogat̄ cōmuni iuſtitie ⁊ licitus eſt cōtractus. ¶ Preterea queri pōt: vtrū licitū ſit res vendere carius q̄ꝫ valeant: eo ꝙ venditio vadit in detrimentū venditoris: ꝑſertim cū ex hoc emptori vltra cōmunē valorem nihil accreſcat. Ad hoc rn̄det Tho. ſcḋa 2e.q.lxxvij. ꝙ ſi fraus deſit in emptione ⁊ venditiōe: tunc de ea loqui poſſumꝰ dupliciter. Uno mō ſcḋm ſe: ⁊ ſcḋm hoc emptio ⁊ venditio videt̄ introducta ꝓ cōmuni vtilitate vtriuſq3: dū.ſ. vnus indiget re alterius ⁊ ecōuerſo ſicut ꝑ3 per ph̄m.j.poli. qḋ igitur introductū eſt ꝓ vtilitate cōmuni nō debet eſſe magis in grauamē vnius q̄ꝫ alterius: ⁊ ideo dꝫ ſm equalitatē rei inter oēs contractus ꝯſtitui ſiue inſtitui. Quātitas aūt rerū q̄ in vſus hoim venit: menſurat̄ ſm ꝑciū datū ad qḋ inuentū eſt nūmiſma: vt dicit̄ in.v. Ethi. ⁊ ideo ſi ꝑciū excedit q̄ꝫtitatē valoris rei vel ecōuerſo res excedit ꝑciū: tollet̄ equalitas iuſtitie ⁊ iō vendere carius aut vilius emere rem q̄ꝫ valeat eſt ſcḋm ſe iniuſtū ⁊ illicitū. Alio mō poſſumus loqui de emptiōe ⁊ venditiōe ſm ꝙ ꝑ accidens cedit in vtilitatē vnius ⁊ detrimentū alterius: puta cū aliq̄s multū indiget habere rem aliquā ⁊ alius ledit̄ ſi ea careat: ⁊ in tali caſu iuſtū preciū erit vt nō ſolū reſpiciat̄ ad rem q̄ vendit̄ ſed etiā ad dānū qḋ venditor ex venditiōe incurrit: ⁊ ſic licite pōt aliqḋ vendi pluſq3 valeat ſcḋm ſe: q̄ꝫuis non venditur pluſq3 valeat vendenti: nō tn̄ pōt rem ſuā ſuperuendere ex eo ꝙ emēs multū iuuat̄: vt dictū eſt: qꝛ vtilitas q̄ accreſcit ementi nō eſt ex vendēte ſꝫ ex cōditiōe ementis: nullus enī vēdere debet alterius lucrū: licet vendere poteſt dānū qḋ patit̄: veruntn̄ is qui ex re alterius accepta multū iuuat̄ pōt aliqḋ vendenti ꝓpria ſponte ſuperogare qḋ ꝑtinet ad eius honeſtatem: ꝑſertim ſi vendēs indigens fuerit: ratio prioris eſt: qꝛ iniuſtū eſt alteri vendere qḋ non eſt ſuū: vel vendere ementi qḋ eſt emētis: cōcor. Sco. in.iiij. addens ꝙ idē eſt dicendū de ꝑmutatiōe. Veruntn̄ de ꝑmutationibꝰ in arte cāpſoria poſtea latius tractabit̄. Ad lau. dei.

## ¶ De contractu emptionis ⁊ venditionis ac etiā triplici termino ꝓrogationis: ⁊ quō quis obligat̄ ad mutuandū proximo. ¶ Sermo xxix.

Non furtum facies. Exo.xx.

n Jam ordine debito videndū eſt de temporis prorogatione vel anticipatione in cōtractibꝰ emptionis ⁊ venditiōis.

Sexto deniq̄ q̄ri pōt vtrū liceat ad mortez damnato ſe defendere ſi pōt: preſertim cū illud ad quod natura declinat ſemp eſt licitū quaſi de iure naturali cōſeq̄ns: ſed inclinatio nature eſt ad reſiſtendū corrūpentib⁹: nō ſolū in hoib⁹ ⁊ aīalib⁹: ſȝ etiā in ſenſibilib⁹ reb⁹. Hinc dr̄ Prouer. xxiiij. Erue eos q̄ ducunt̄ ad mortē: ⁊ eos q̄ trahunt̄ ad interitum liberare non ceſſes. Si h̄ p̄cipit̄ de alijs q̄nto magis de ſeipo: cū q̄s mag⁹ obliget̄ ſibi ꝙ alteri. Ad hoc r̄ndet Tho. ij. ij. q. lxix. ꝙ aliq̄s ad mortē dānat̄ dupliciter. Vno modo iniuſte: ⁊ tale iudiciū eſt ſile violentie latronū ſm̄ illud Ezech. xxij. Principes eius in medio ei⁹ q̄ſi lupi rapientes p̄dam ad effundendū ſanguinē. Et ideo ſicut licet reſiſtere latronib⁹: ſic ī tali caſu licet reſiſtere malis pncipib⁹: niſi forte ꝓpt̄ ſcandalū vitādū: cū ꝓpt̄ h̄ aliq̄ grauis turbatio timeret̄. Alio mō iuſte: ⁊ ſic n̄ licet cōdemnato ſe defendere: licitū eſt ei iudici eū reſiſtentē īpugnare. Ex q̄ relinquit̄ ꝙ ex pte iudicis eſt bellū iuſtū: ⁊ ex pte dānati bellū iniuſtū: ⁊ idō grauit̄ peccat. Nec p hoc excuſat̄ ꝙ natura ad defendendū ſe inclinat̄: q2 propt̄ h̄ data eſt hoī rō vt ea ad q̄ natura inclinat nō paſſim ſȝ ſm̄ ordinē rōnis exeq̄t̄: ⁊ iō n̄ q̄libet defenſio ſui eſt licita: ſȝ q̄ fit cū debito moderamine. Et iō dictuȝ ſapientū n̄ intēdit cōſulere ꝙ q̄s laboret ad liberandū aliū a morte ꝯ ordinē iuſticie: ſicut nec ſeipm̄ ꝯ iuſticiā reſiſtendo dȝ a morte liberare. Et ſi q̄rit̄: vtrū iudex punire debeat reos ī ſe delinq̄ntes. R̄ndet Aſten. li. j. ti. xlj ꝙ dȝ fieri punitio. ſ. intuitu honor̄ dei vel ſiue officij ſui: n̄ aūt intuitu pp̄e iniurie. Vn̄ btūs Pe. illatas ſibi cōtumelias cū gaudio ſuſcipiebat: pctā vo q̄ cōmittebāt̄ in deū acerbe puniebat: vt ptȝ Act. v. in anania ⁊ ſapphyra. Sic Paul⁹ p totā ep̄laȝ ad Coī. pia monitiōe p ꝯtēptū ī ipȝ delinq̄ntes ad amorem ſui reuocat. Act. xiij. Elimā vo magū q̄ ceteros a fide retrahebat cecitate pcuſſit. Ad laudem dei.

## Qui poſſunt eſſe aduocati: et q̄ requiruntur ad iuſtam aduocationē: et vtrū obligant̄ ad patrocinandū gratis p pauperibus.

## Sermo. v.

**Non loqueris cōtra** proximū tuū falſum teſtimonium Exo. xx. Quintū pinde genus hoīm ꝯ p̄ceptū iſtō facies: ſc̄ impij aduocati vel cauſidici. Pro q̄ nota: ꝙ aduocare vel poſtulare ſȝ Can. eſt deſideriū ſuū vl̄ amici ſui in iure apd̄ eū q̄ iuriſdictiōi p̄eſt exponere: vl̄ alteri⁹ deſiderio ꝯtra ire: vt. ff. de poſtulan. l. j. ⁊ iij. q. vij. § tria. A Hic p̄mo q̄ri pōt: vtrū officiū aduocādi gerere licitū ſit oib⁹: p̄ſertī cū ab opib⁹ miſcdie null⁹ arceri debeat; ſȝ p̄ſtare patrociniū. i. canis iudiciarijs ptiet ad opa miſcdie. Cū em̄ q̄s diligere debeat pximū ſicut ſeipm̄: ⁊ ad effectū dilectiōis pertineat ꝙ aliq̄s tpe neceſſitatis proximo ſubueniat patrocinādo: videt̄ ꝙ nullo mō deberet ab h̄ arceri. Ad h̄ dicendū ſm̄ Tho. ſcd̄a ij. q. lxxj. ꝙ aliq̄s impedit̄ ab actu aliq̄ dupliciter rōne. Primo ꝓpt̄ impotētiā q̄ dupliciter excludit aliquē ab actu aduocandi poſtulādi vel patrocinādi. Sic em̄ phibet̄ ab aduocatoꝝ officio q̄dā ꝓpter impotentiā interiorē: eo ꝙ aduocato neceſſaria videt̄ interior impicia: q̄ ꝯuenienter oñdere poſſet iuſticiā aſſūpte cāe. Et iō phibent̄ h̄ officiū exercere furioſi amētes ⁊ ipuberes. i. minores. xvij. annis: ⁊ mulieres q̄ vt cōiter in rōne deficiūt: vt ptȝ. ff. de poſtul. l. j. ⁊ §. j. ⁊ iij. q. vij. § tria: ibi ſubdit. Quidā phibent̄ oīno poſtulare vel ꝓpt̄ etatē vt minores. xvij. annis: vel etiaȝ ꝓpter caſum vt amētes ⁊ ſiles. Sȝ mulieres q̄uis p alijs poſtulare nō pñt: tm̄ p ſeipſis licitū ē: vt ptȝ ibidē. Quidā et phibent̄ ꝓpt̄ impotētiā exteriorē: q2 cū loq̄la ⁊ audit⁹ neceſſario requirant̄ ad debitā aduocationē: vt mētis ꝯceptū pnunciari poſſit: ⁊ qd̄ ei dr̄ audire: iō q̄ in his patiunt̄ defectū oīno phibent̄ ne ſint aduocati nec p ſe nec p alijs: ſicut ſunt muti ⁊ ſurdi vt dicta. l. Scd̄o q̄s impedit̄ ꝓpt̄ idecentiā officium illud exercere. Et h̄ dupliciter. Vno mō ꝓpter pſone defectū corporalē: ⁊ iō repellunt̄ ceci q̄ iudici ꝯuenienter aſtare nō poſſent: vn̄ in dicto. § tria. Sequit̄. Prohibentur q̄dā ne p alijs poſtulēt ꝓpter caſum: vt vtroq̄ lumine puati cū tm̄ poſtulare pñt pro ſeipſis. Silr̄ ⁊ ſerui. ſ. q̄ ſunt ſeruilis ꝯditionis. q2 p̄ceptū eſt vt ciuilib⁹ nō fungant̄ officijs: vt dr̄ dicto. §. tria: ⁊ etiam ꝓpter defectum ſpūalem: q2 non decet vt alterius iuſticie patronus exiſtat qui in ſe ipſo iuſticiā cōtempſit. Et ideo īfames: infideles: ⁊ de grauib⁹ criminib⁹ dānati non decenter ſunt aduocati: vnde in dicto. §. tria. Sequit̄. Alij phibent̄ ne pro alijs poſtulent ꝓpter notā turpitudinis: vt hi q̄ corpi ſuo muliebria paſſi ſunt: id eſt pctm̄ cōtra naturā voluntarie ſuſtinuerunt vel fecerūt: niſi forte vi predonū vel hoſtiū ſtuprati probentur: glo. tunc em̄ nō eſt eis imputandum: vt. ff. adul. l. vim paſſam: ⁊ xxxij. q. v. c. ille. Similiter qui capitali crimine vl̄ cauſa calumnie publici iudicij ſunt damnati: vel qui operas ſuas locauerunt vt cum beſtijs depugnarēt in arena/ glo ſecus ſi cauſa virtutis hoc faciant. ff. c. l. ij. §. ꝙ ſi. Sequit̄. His perſonis pro ſe allegare pmittitur: pro alijs poſtulare prohibentur: niſi forte tutelam impuberis vel curā adoleſcentiū nō affectatā ſed neceſſariam adminiſtrent: pro his em̄ quoꝝ curā gerunt poſtulare conceditur: alij em̄ oēs q̄ vt infames glo. minori infamia notant̄: niſi pro ſe ⁊ pro certis pſonis poſtulare non poſſunt. Exponunt̄ ibidē ille certe perſone. In glo. que q̄ ponitur differentia inter infamiā maiorem: de quibus oībus gr̄a breuitatis ſupſedeo. Similiter ꝓpter defectū ſpūalem prohibentur oēs heretici ⁊ qui non ſunt recte fidei: vt de pe. di. j. vbi dr̄. c. Nemo vel in foro magnitudinis tue vel in prouinciali iudicio vel apd̄ quenq̄ iudicē accedat rogatoꝝ ꝯſortiū: niſi ſacroſanctis catholice regionis fuerit imbutus miniſterijs. Et extra de here. vergentis in ſenium. Alio modo quis impeditur ad h̄ officium exequendum: eo ꝙ rebus maiorib⁹ eſt obligatus: ⁊ ideo monachos ⁊ presbyteros non decet aduocatos eſſe: neq̄ clericos in iudicio ſeculari: qm̄ hmōi perſone diuinis rebus ſunt aſtricte. Sed q2 neceſſitas huic indecentie prefertur: ideo poſſunt hmōi perſone pro ſe ipſis ⁊ p quibuſdam alijs vti officio aduocati. ¶ Ad cuius euidentiā ſciendum ſm̄ Aſten. li. j. ti. xxxix. ꝙ ab aduocando repellunt̄ monachi ⁊ canonici regulares ⁊ alij religioſi tā in foro ſeculari ꝙ eccleſiaſtico: vt extra ne cler̄. vel mo. ſecu. neg. ſe im̄miſ. c. multa. Vnde eo. ti. c. ex parte ſubdit̄: ꝙ quidam canonici dū redarguerent̄ p canones quia erant aduocati: dicebant: ꝙ ille canon loquebat̄ de monachis ⁊ non de canonicis regularibus. Et dicit. c. ex parte: ꝙ idem eſt iudicium in tali caſu de canonicis regularibus ⁊ monachis: licȝ de monachis ſit expreſſum: vnde tales peccant aduocando: niſi pro ſuo monaſterio: nihilominus imperante ſuo p̄lato: vt. xvj. q. j. monachi. ij. ⁊ extra eo. ti. c. ij. Clerici vero conſtituti in ſacris ordinibus etiam non beneficiati: ⁊ clerici in minorib⁹ ſi ſunt beneficiati: prohibent̄ eſſe aduocati coram iudice ſeculari niſi in cauſa ppria vel p ſua eccleſia vel pro coniunctis aut miſerabilib⁹ perſonis: vt extra de poſtul. c. clerici: ⁊ c. cum ſacerdotis: ⁊ hoc poſſunt vrgente neceſſitate q̄tum ad pſonas ꝯiūctas: vel cauſa elemoſyne q̄tum ad perſonas miſerabiles: vt dicto. c. cum ſacerdotis. Clerici vero in minoribus ⁊ beneficiati poſſunt aduocare ⁊ ſalariū recipere etiā ī foro ſeculari. Et ſi pauperes ſunt iuſtam negotiationē exercere pñt: vt extra ne cleri. vel mo. ca. j. Se-

ꝑaliter tñ omnes clerici cuiuſlibet ordinis aduocare ꝓhibent̃ in cauſa ſanguinis. vt. xxiij q. viij. vbi di. c. His a quibꝫ dñi ſacramēta tractādo ſunt iudiciū ſanguinis agitare nō licet. ⁊ extra ne cle. vel mo. c. Sententiā ſanguinis nullus dictet clericus vl' ꝓferat: ſed nec ſanguinis vindictā exerceat vl' vbi exercet̃ interſit. nec dictet lr̃as aut ſcribat ꝓ vindicta ſanguinis deſtinādas. Nec poſſunt allegare in cauſa criminali corā iudice ſeculari. vt lj. diſt. c. aliquātos. niſi ad hoc vt ſupplicent ꝓ reis. vt. xxiij. q. v. c. circūcelliones. ⁊ in glo. Vtriſqꝫ ꝟo licitū eſt aduocare in foro eccleſiaſtico. arg. a cōtrario ſenſu in dicto. c. clerici. Quod ſane debet intelligi ꝙ in caſibꝫ p̄dictis aduocare poſſunt: ita tamē ꝙ diuinū officiū cui tenent̃ intereſſe non impediatur. ar. diſt. xxj. c. cleros. Epiſcopi ꝟo nec in cauſa ꝓpria nec in cauſa eccleſie per ſeipſos aduocare poſſunt: ſed aduocatū habebunt ſm Goffre. v. q. iij. c. qui epiſcopi. Quod intelligit Hoſtien. corā iudicio ſeculari. Et reddit glo. Bar. brix. rōnem: q̄a nō expedit viros dei litigioſos eſſe. vt extra de ſyndi. c. j. ne cogantur recedere a diuinis obſequijs. Coram iudicio tamē eccl'iaſtico poteſt ſi voluerit tam ꝑ ſe q̄ꝫ per ꝓcuratorem litigare. Sic enim intelligit̃. c. fi. extra de iura. calum. De ceteris gratia breuitatis ſupſ. deo. Prohibetur etiam aduocare qui ꝓcaciter ⁊ improbis aduocat verbis. vt patꝫ in dicto §. tria. vbi ſubdit̃. Si q̄s adeo procax fuerit vt nō ratione/ ſed probris putat eſſe certandū: opinionis ſue imminutionē patietur. Nō ergo procaciter nec cōuiciando vel vociferando cauſam ꝓponat: niſi quatenus litis vtilitas expoſcit. Unde dicit Iſidorus de ſum. bo. ꝙ antiqui forenſem eloquentiā caninam facundiam nūcupabant: eo ꝙ cauſidici in certaminibꝫ cauſaꝝ omiſſis que agūt veluti canes alterutrū lacerāt. Scđo p̄ncipaliter queri poteſt: quot ſunt que requirunt̃ ad iuſtam aduocationē? Ad hoc breuiter dicendum: ꝙ principaliter requirunt̃ quinqꝫ. Primo requiritur ꝙ ante cauſe ſuſceptionē aduocatus diligēter examinet cauſe qualitatem: ⁊ diligenter caueat ne cauſaꝫ iniuſtam vl' deſperatam aſſumat. quia ſm Aſteñ. vbi ſupra: ſi clientulū ſuum ſciēter induceret ad mouendū vel defendendum cauſam iniuſtā: teneret̃ eidem ad damna ⁊ expenſas ſi cauſam amitteret. ar. C. de fideiuſ. tu. l. non eſt ignotū. Qꝫ ſi cauſam obtinuerit: multo magis obligabit̃ aduerſario. vt videbit̃. Si ꝟo cauſaꝫ diligēter examinatā iuſtā eſſe credebat: ideo eam defendendā accepat. ſed in ꝓceſſu appareat cauſam eſſe iniuſtā: tunc non debet eam ꝓdere vt ſcꝫ aliam partem iuuet; vel alteri parti ſecreta cauſe ſue reuelet: ſed debet eam deſerere/ ⁊ clientulo ſuo cōſulere ꝙ cedat vel ſine aduerſarij dāno componat: ⁊ tunc poteſt aduocatus aliquid pro labore ſuſcipere quem ſubijt bona fide: ſm Hoſti. Si ꝟo ignorāter iniuſtam cauſam defendit vſqꝫ in finem putans eam eſſe iuſtam: tunc excuſat̃ ſm modū quo poteſt ignorantia excuſari: ignorātia non iuris/ ſed facti. Et ſic colligit̃ ex dictis ꝙ aduocatꝰ cauſaꝫ iniuſtā defendēs ſciēter. p̄ſertim ignorāte ꝓprio clientulo: obligat̃ vtriqꝫ parti ad omne intereſſe. Scđo ꝟo requirit̃ ꝙ ſalariū moderatum exigat ⁊ recipiat. Ad cuius euidētiam queri poteſt: vtꝝ licitū ſit aduocato pecuniā accipe pro ſuo patrocinio: p̄ſertim cum opera miſericordie nō ſunt intuitu remunerationis humane facienda. ſm illud Luce. xiiij. Cū facis prādiū aut cenā noli vocare amicos tuos neqꝫ vicinos diuites: ne forte ⁊ ipſi te reinuitent ⁊ fiat tibi retributio. In cuiꝰ etiam argumētū dt Augꝰ. ad Macedoniū: ꝙ non debet iudex vēdere iuſtum iudicium; nec teſtis verū teſtimoniū. Ad hoc dicendū ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxj. ꝙ ea q̄ q̄s non tenet̃ alteri adhibere: pōt iuſte ꝓ eorum exhibitione recōpenſationē accipe. Manifeſtuꝫ eſt autē ꝙ aduocatus non ſemꝑ tenet̃ p̄ſtare patrociniū aut conſiliū cauſis aliorū: ⁊ ideo ſi vendat ſuum patrociniū aut conſiliū: non agit ꝯtra iuſticiā. Sicut eadem eſt ratio de medico opem ferente ad ſanandū: ⁊ de oibꝫ alijs hmōi perſonis: dum tñ accipiat moderate: cōſiderata cōditiōe ꝑſonaꝝ ⁊ negociorum ⁊ laboꝝ ⁊ conſuetudine patrie. Nec eſt idem de iudicibꝫ ⁊ teſtibꝫ: qꝛ tales ſūt cōmunes vtriqꝫ parti: qꝛ iudex tenet̃ dare iuſtam ſententiā: ⁊ teſtis tenet̃ dicere verū teſtimonium. Iuſticia autē ⁊ veritas nō magis declinant in vnā partē q̄ꝫ in aliā: ⁊ ideo iudicibus de publico laborum ſtipendia ſtatuta ſunt: ⁊ teſtes expenſas accipiunt non quaſi p̄cium teſtimonij/ ſed quaſi ſtipendium laboris: ⁊ hoc vel ab vtraqꝫ parte vel ab ea a qua inducunt̃. quia nemo militat ſtipendijs ſuis vnq̄ꝫ. vt dicitur. j. Coꝝ. ix. Sed aduocatus alterā partem tm̄ defendit: ⁊ ſollicite pōt accipere p̄ciū a ꝑte quā adiuuat: vñ Augꝰ. ad Maceđ. ⁊ ponit̃. xj. q. iij. c. Non licet iudiciū vendere iudici: ⁊ ſi liceat aduocato vendere iuſtū patrociniū ⁊ iuriſconſulto rectū conſiliū. ⁊. xiiij. q. v. c. nō ſane. Uerūtñ ſi q̄d immoderate ꝑ improbitatē extorquet ꝯtra iuſticiā peccat ⁊ obligat̃ ad reſtitutionē: vl' ſi plꝰ extorq̄t q̄ꝫ debet: vñ pōt ab initio cū litigatore pactū facere vel etiā poſt factū ſi ab initio nō fuerit determinatum de q̄ntitate ſalarij. Cuius moderamē attēdi debet ſm quatuor. Primū eſt magnitudo cauſe: ſcđm eſt labor aduocationis: tertiū eſt ſcientia facundia ⁊ honeſtas aduocantis: quartū eſt cōſuetudo regionis: ⁊ ſm ꝯſiderationem hoꝝ quatuor maius vel minus taxari debet: vt in dicto. c. §. tria ꝟ. apud vrbem. Nō pōt tñ cū eo conuenire de ſalario cum graui damno litigatoris: ⁊ p̄cipue de quota parte litis: vt ibi. ꝟ. arcent̃: quinimo etiā tales ab aduocando remouentur. vt ptꝫ ibidē. Huius etiā rei gratia dicitur ibidē. ꝟ. p̄terea non licet aduocato vllū contractū inire. glo. lite pendente: vl' vllā pactionē cōferre cū eo litigatore quem in propriam recepit fideꝫ. Ratio prohibitionis huius eſt quia poſſet eſſe occaſio magni mali: nam quando videret cauſam in periculo cegeret clientulum inire pactum ⁊ dare ſalariū ad libitū: ſed poſt cauſam ꝑactaꝫ de ſalario caueri pōt. vt. ff. de var. ⁊ extraor. cog. l. j. §. ſi cui. Hoc etiā trepide tenendum ꝙ adhibitis circunſtantijs p̄dictis licite pōt ſine pctō petere ſalariū: vt. xj. q. iij. c. non licet. Addit tñ Tācre. ꝙ ſi ſtat ꝑ aduocatū ꝙ non aduocet in cauſa ſuſcepta non pōt petere ſalariū: vt. C. de condi. ob cau. da. l. aduocationis: vbi dicitur. Pecunia data aduocationis ſi ꝑ eos qui receperint ſteterit quo minus ſuſceptā cauſam nondū impleuerint: reſtitui debꝫ. Deniqꝫ ſi finita cauſa de ſalario litigator ſatiſfacere noluerit: poterit aduocatus implorare iudicis auxiliū ꝓ cōpetenti ſalario: vt. ff. de var̃. ⁊ extraor. cog. l. j. §. in honorarijs.

¶ Tertio ꝓinde requiritur ꝙ legalitatē ⁊ fidelitatē ſuo clientulo ſeruet: vt. ſ. de ꝯtingentibus ⁊ ꝯcernentibꝫ cauſe ſue ꝓmotionem nihil omittat inquantū iuſticia ꝑmittit: alioq̄n ſi ꝑ iprudentiā ſuaꝫ vl' negligentiā clientuli ſui cām iuſtā amiſerit obligat̃ eidē ad reſtitutioneꝫ: vt. ff. de offi. p̄ſi l. vtilitas. §. ſic. Et multo fortiꝰ obligat̃ ſi ꝓpter infidelitatē ⁊ ꝓditionē ſuā cām amitteret qꝛ tūc eſt dignꝰ maiori pena: vt. ff. de pen̄. ſi q̄s. Tenet̃ etiā q̄licunqꝫ vicio ſuo cām ſuā amiſerit: ar. ff. de euic. l. emptor. Secꝰ tñ ſi q̄litate cāe vl' defectu ꝓbationū: qꝛ viciū eſt materie nō artificis: vt. ff. ad. l. acq̄l'. ſi ſeruus ſeruū. §. ſi calicē. Nec etiā ex induſtria dꝫ iurgiū ꝓtrahere: vt dꝛ in dicto. ꝟ. p̄terea: vbi dt glo. qđ ſi fecerit: puniat eū iudex in duabꝫ libris auri: vt. C. de iude. ꝓperandū. §. illo ꝑiculo. Inſuꝑ tenet̃ ad reſtitutionē dāni ꝑ h' illati. Uñ de talibꝫ dt Inno. đ vilitate ꝯditionis humane: ꝙ ſepe cauſas tantū differūt: ꝙ litigantibꝫ plus q̄ꝫ totū auferūt qꝛ maiorē expenſaꝝ ſumptꝰ q̄ꝫ fiunt fructus: nec terminant̃ negocia paupeꝝ cepta quouſqꝫ eorum marſupia ſunt euacuata.

¶ Quarto ꝟo requirit̃ ꝙ aduerſario conſeruet veritatē ⁊ iuſticiā: ita ꝙ ſm Ray. nō inducat falſa inſtrumēta nec falſos teſtes ſiue corruptos nec tementiat̃ nec inducat falſas leges vel iura: qꝛ tenet̃ aduocatꝰ oia reſtituere q̄ iuſte amiſerit illi ꝯ q̄s patrociniū p̄ſtabat ꝓpt̃ ꝑtinaciā eiꝰ hec Ray. Similiter dicit Hoſti. ti. de penitentijs: ꝙ ſi aduocatus per ſuam cauillationem abſtulit aduerſario ſuo bonam cauſaꝫ vel grauauit eum in aliquo petendo dilationem ſuꝑfluam: vel allegando falſe ꝯ ꝯſcientiam: vel faciendo poſitionē duplicē: vel cauilloſam: vel ꝑ inſtructionē falſi teſtis vl' inducendo clientulū ſuū ad negandū ꝟitatem tenet̃ inſolidū q̄ ad veꝝ intereſſe. Et idē ē ſi ſubtraxit aduerſario copiā defenſionis: Uñ in dicto. §. tria. ſubdit̃. ꝟ. Si q̄s aūt ex litigatoribꝫ detectꝰ fuerit ſeꝑatim tractaſſe cū pluribꝫ: ⁊ aduerſario ſue ſubtraxiſſe partē defenſionis copiā: oñdit ꝓculdubio iniquaꝫ a ſe litē foueri: ⁊ auctoritatē iudiciariā a ſe excluſam experiet̃: hoc ibi. Et h' exēplariter patet extra de teſti. ⁊ atteſta. in. c. intimauit: ⁊ de teſtibꝫ cogendis: in. c. peruenit: vbi teſtes erāt iuramento conſtricti ne contra eos teſtimonium ferrent: vide in gloſa. Uerūtñ aduocato defendenti iuſtā cauſam lꝫ ea prudenter occultare quibꝫ impedire poſſet eiꝰ ꝓceſſus: non tñ licet ei vti aliq̄ falſitate. Concor. his Aſteñ. vbi ſupra: q̄ꝫcito tñ ſciuerit eam eſſe iniuſtam quam defendit: niſi ꝓſequi deſtiterit: iniuriat̃ aduerſario ⁊ obligat̃ illi ad veꝝ intereſſe. Uñ dicit Greg. ſuꝑ Ezech ꝙ iuſtꝰ aduocatus nullo mō cauſas iniuſtas accipit nec verba dare pro iniuſticia cōſentit. Sed

pro dolor ſm Bern. in lib. de ꝯſideratione.
Hi. ſ. aduocati ſunt q̄ docuerūt linguas ſu
as loq̄ grandia cū opant̃ exigua: largiſſimi
pmiſſores: parciſſimi exhibitores: diſerti ad
uerſus iuſticiā: eruditi ꝓ falſitate: ſapiētes
vt faciant malū: bn̄ aūt facere neſcierunt: h̄
ille. Et idō in iudicio futuro ſm Amb. in ſer.
q̄dam iuſte dicet̃ aduocato. Redde qđ acce
piſti: qm̄ cōtra veritatem feciſti: ꝛ iniquitati
affuiſti: iudicē fefelliſti: iuſtā cām oppreſſiſti
de falſitate vixiſti. Vn̄ legit̃ ꝙ quidā hn̄s fi
lium venit ad quendā ſenē ꝓ cōſilio dicens:
Dn̄e paup ſum ꝛ ditari deſidero: cū igit̃ ad
uocati ſumme ditent̃: ſi cōſulueritis vellem
filiū meū aduocatum fieri. Cui ſenex rn̄dit:
Quicūq; voluerit aduocatꝰ fieri: ſtatim col
lo ſuo ſcalā imponit. xij. graduū q̄ mediante
deſcendit ad inferiora gehenne. Sed minus
dixit: qr. xv. gradus hꝫ: nā huiꝰ ſcale latera
ſunt fauor hūanus ꝛ appetitꝰ auarus. Pri
mus gradus huiꝰ maledicte ſcale eſt ſupbia
in veſtib; ꝛ ſimilib;: tumor ꝛ delectatio ī ho
norib;: ꝛ vana glīa in ſciētijs. Vn̄ dr̄ Aug.
in q̄dā ſermone ꝙ nihil impudentiꝰ arrogā
tia aduocatoꝝ: q̄ garrulitatē autoritatē pu//
tāt: ꝛ pati ad lites in ſubiectos timide into
nant. Scđs gradus eſt delicate ꝛ ſplendide
epulari: magiſq; q̄tidianis ꝛ ꝓboſitatib; ob
lectari. Dicit em̄ Bern. de ꝯſideratione ꝙ ꝓ
boſulus aduocatꝰ aut rūpet̃ aut loquet̃: ple
nus eſt ſermonib;: coartus eſt ſpūs vteri ſui:
eſurit ꝛ ſitit auditores quib; latitet vanita
tes ꝛc. Tertius gradꝰ eſt ſciam vendere: nec
quidē ꝑſonis paupib; vel miſerabilib; ſine
ꝑcio ꝯſulere. Vn̄ dr̄ ſynodus in epl̄a ꝙ apđ
cauſidicos etiā ipm̄ ſilentiū venale ē: ac lin//
gua coꝝ dānifica: niſi funib; argenteis liget̃
Quartus gradus eſt ꝓpter eſtū auaricie iu//
ſticiā ſpernere ꝛ in oib; cōmodo ꝓprio deſerui
re. Vn̄ dr̄ Alanus de cōqueſtione nature: ꝙ
vbi nūmus loquit̃ tulliani eloquij tuba rau
ceſcit vbi nūmꝰ militat: hectoree milicie ful
gura cōpeſcunt̃: vbi pugnat pecunia virtus
expugnat̃ herculea: nūmus regnat: nūmus
impat vniuerſis. Quintꝰ gradꝰ eſt multa ꝓ
mittere ꝛ infideliter agere: ſc ſcientē iactita
re ꝛ ex ignorantia vel negligentia cām amit
tere. Vn̄ Bern. de cōſideratione. Hi ſunt q̄
docuerunt linguas ſuas loq̄ grandia cū ope
rant̃ exigua: largiſſimi pmiſſores ꝛ parciſſi//
mi exhibitores. Sextus eſt in in aduocādo
paupib; nolle ſubuenire: cū tū ad h̄ obliget̃
pro loco ꝛ tpe. Omne nāq; ingeniū ꝯflant in
fornacē auaricie. Septimꝰ ē cām quā agno
ſcit ꝛ deſperatā aſſumere: vt ſic marſupiū li//
tigatoꝝ valeat euacuare. Octauꝰ ē cām in
iuſtā aſſumere ꝛ eā velle ptinaciter defēdere
Nonꝰ aūt eſt cām quā de poſt iniuſtā repit
nihilominus velle ſuſtinere: vel ſaltē cōpoſi
tionē facere cū dāno aduerſarij. Decimꝰ eſt
cū iniuria ꝟboꝝ aduocando rācores ꝛ odia
ſuſcitare. Vndecimꝰ eſt falſa iura vel inſtru
menta ſeu falſos teſtes inducere aut vera ne
gare: diuerſaſq; cauillatiões friuolas ꝓpone
re. Duodecimꝰ eſt dilatiões ꝛ ptractatiões
ſupfluas petere in grauamen partiū. Trede
cimus eſt imoderatū vel iniuſtū lucꝝ extorq̄
re vel exigere. Decimuſquartꝰ eſt auxiliū ad
uocatoꝝ: cōſiliatoꝝ vel teſtiū q̄ fuerūt opor//
tuni vel neceſſarij: ab aduerſario cautꝫ adin
uentionib; ſubtrahere. Decimuſquintꝰ ē ne
ceſſario reſtituenda ſibijpi retinere nec velle
reſtituere. Et ſenex ſubintulit dicēs. Cū ad
uocati ſint talib; facinorib; onerati: cōſulo
tibi ꝙ eternā dānationē ſaluationi aīe filij
tui non ꝑponas. Quinto deniq; requirit̃ ꝙ
paupib; in aduocādo ꝓ tpe ꝛ loco ſubueniat
Hic queri pōt vtꝝ aduocatꝰ cāe paupeꝝ pa
trociniū ꝑſtare teneat̃: ꝑſertim cū dr̄. Exođ.
xxiij. Si videris aſinū odientis te iacere ſub
onere: nō ptranſib; ſed ſubleuab; cū eo: ſꝫ nō
minꝰ ꝑiculū iminet paupi ſi cā illiꝰ cōtra iu
ſticiā opprimat̃. cui ꝛ hō ex debito charitatꝭ
plus obligat̃. Hinc dr̄ Grego. in omel. q̄dā:
Hn̄s loquendi locū apud diuitē ꝓ pauperi
bus intercedat: talēti em̄ noīe cuilibet repu
tabit̃ qđ vel minimū accepit. Ad h̄ dicendū
ſm Tho. ſcđa. ij. q. lxxj. ꝙ cū ꝑſtare patroci
nium cauſe paupeꝝ ad opus miſericordie p//
tineat: idō cadit ſub ꝓcepto: ſic alia miſericor
die opa cadunt ſub ꝓcepto: ꝛ qr nullus ſuffi
cit oib; indigentib; impendere opus miſeri//
cordie: ideo ſic dicit Aug. in li. de doc. chri//
ſtia. cum omnib; prodeſſe non poſſis: his po
tiſſime conſulendum eſt qui pro locoꝝ ꝛ tem
poꝝ vel quarūlibet rerū oportunitatib; cō//
ſtrictus tibi quaſi quadā ſorte iungunt̃. Tn̄
ꝯcurrentib; his cauſis dū paup tantā neceſ
ſitatem patitur ꝙ non appareat in prompto
quomodo ei aliter ſubueniri poſſit: tunc te//
netur ei patrocinium impendere: cum ſcili//
cet quis occurrit aduocato: qui tantam ad
preſens neceſſitatem patitur ꝙ in pmptu
non appareat quomō alter ei ſubuenire poſſ



ſet alias non teneret̃ tam ſtricte ꝙ omittendo
peccaret mortalit̃: q̄uis laudabiliter faceret
ſi ſine tali neceſſitate ſubueniret. Et ſic tenet̃
vtilit̃ diſpenſare talentū ſibi creditū: ſerua//
ta tamen oportunitate locoꝝ tempoꝝ ꝛ alia
rū rerū. In cuius argumentū officiū iudicis
ſedentis in medio partium eſt dare aduoca//
tū illi qui hr̄e non poteſt: vt. ff. de poſtulando
l. j. §. ait pretor: ſi non habuerint aduocatuz
ego dabo. Unde ꝙ ꝑſone miſerabiles ſine ſa
lario ſūt ab aduocatꝭ defendēde: patet arg.
lxxxiij. di. §. j. ꝛ c. j. ꝛ. ij. ꝛ lxxxvij. di. c. j. ꝛ. ij.
Nec ſolū his ꝑſonis hanc humanitatē iudex
exhibere ſolet. Verū etiā ſi q̄s alius ſit q̄ cer
tis ex cauſis vel ambitiōe aduerſarij vel pa
troni metu nō inueniat aduocatū: huic iu//
dex de aduocato prouidet et ei tenet̃ aduoca
tus obedire: alioquin vt dicit̃ in dicto. §. tria
verſi. Si quis ꝟo cōmonitus a iudice ea excu
ſatiōe que nequeat cōprobare cuiq; parti pa
trociniū denegauerit caret foro. Glo. vt. ff.
de penis moris. §. j. Sequit̃. Sciat etiā nū
q̄ ſibi agendi copiā poſſe reſtitui glo. ſic ex//
tra de teſti. ꝛ atteſtat. c. intimat. ꝛ extra de te
ſti. cogen. c. ꝑuenit. Ad idē. ff. de offi. ꝓ con//
ſul. l. quicunq;. §. fi. ꝛ ca. e. ꝓuidendum. Ad
laudem dei omnipotentis.

## De aſſeſſoribus: auditoribus: arbitrarijs: procuratoribus: actoribus: ſyndicis: yconomis: conſiliarijs: ac pena delinquentium in his officijs.

## Sermo ſextus

n

**Non loqueris cōtra**
primū tuū falſum teſtimonium
Exođ. xx. Sextū ꝑterea genus
hoīm faciens cōtra preceptū iſtud: ſunt aſſeſ
ſores ꝛ auditores q̄ ſūt collaterales iudicū.
A Pro q̄ notandū ꝙ auditor eſt ille cui ab
aliquo iudice media pars vel aliquis certus
articulus cōmitit̃ audiendus vl̄ examinan
dus. Auditor em̄ ſicut aſſeſſor ab ipo iudice
de conſenſu partiū debet eligi ne appelletur
ab eo: niſi modū excedat vel merito ſit ſuſpe
ctus vt patet extra de offi. dele. c. ſup queſtio
nū articulis vbi plane de hoc ꝛ plura alia ꝑ//
ſequit̃ de hac materia in tex. ꝛ in glo. Vnde
ne recuſari valeat de partium aſſenſu detur
vel recipiat̃ vt ibi. Cuius officiū eſt exeq̄ qđ
ſibi mandat̃: vn̄ officiū eiꝰ plerūq; neceſſariū
eſt in iudicijs: vt pꝫ in dicto ca. ſup q̄ſtionū.
Cetera etiā intelligi debent de auditoribus
que nūc dicent̃ de aſſeſſorib;: licet in aliq̄bus
differant. Eſt ei aſſeſſor ille qui aſſociat̃ ab
eo qui ptātē habet iudicandi: vt ſibi in cauſe
cognitiōe aſſideat ꝛ cū inſtruat cauſam de//
bito fine decidere. Verū tn̄ licꝫ de iure ad iu
dicē ſpectet aſſeſſorē eligere: tn̄ ſm Can. habe
tur de conſuetudie ꝛ etiā rationi congruit:
vt de partiū aſſenſu eligat̃: ne poſtmodū ali//
qua partiū ipm̄ valeat recuſare: vel ſub hoīe
ſuſpecto litigare cogat̃. Vn̄ ꝙ de aſſenſu par
tium ſit eligendꝰ: pꝫ in dicto c. ſup queſtio//
nū: vbi ſubdit̃ ꝙ ab eo q̄ de cōmuni conſenſu
partiū datur vel recipit̃ nō pōt ꝓuocari. Ad
idē. ij. q. vj. c. placuit. ij. Si ꝟo ptes nō ꝯuc//
nerint ad eligendū aſſeſſorē: tunc delegati iu
dices cū eligant put viderint expedire ꝛ vti//
le fore: etiā inuitis ptib;: qm̄ iudiciū reddit̃
inuitū: vt. ff. de verbo. obli. int̃ ſtipulantem.
§. ſi ſtichū. Et ſi querit̃ qualis eſſe debet aſ//
ſeſſor. Dicendū ꝙ integre fame: nō turpitu//
dine notatꝰ: vt. ff. de offi. aſſeſ. l. ij. ꝛ. C. de di
gnitatib;. li. xij. l. ij. vbi dr̄. Nec in famib; ex
noratis ꝛ his quos ſcelꝰ aut vite turpitudo ī
quinat: ꝛ his q̄s infamia ab honeſtorū cetu
ſegregat: dignitatis porte patebūt. Nec eti
am debet eſſe ſuſpectus alicui partiū: qr cuꝫ
ipſe participet iuriſdictiōe iudicantꝭ ſi ſuſpe
ctus eſt recuſari pōt: vt dicto. c. ſup queſtio//
nē. Preterea nemo fungi pōt officio aſſeſſo//
ris ꝛ aduocati. ne dū ad vtrūq; feſtinat neu//
trū bn̄ peragat: vt. ff. de euic. l. venditorē. C.
de offi. aſſeſ. l. vl. ꝛ. xv. q. j. c. ꝑſbyteros: ꝛ in
glo. nemo em̄ in vna ꝛ eadē cauſa officio di//
uerſarū perſonaꝝ vti pōt: vt pꝫ. iiij. q. iiij. c.
j. ꝛ. ij. Hic q̄ri poteſt vtrū aſſeſſor a ptibꝰ
ſalariū recipe poſſit: preſertim cū ſm legē. ff.
de condi. ob tur. cauſā. l. ij. Si q̄s iuſtiſſimū
hret animū ꝛ iudici munꝰ offerret vt iuſtum
iudiciū daret: a cauſa ſua cadere dꝫ: qr iudi
cē corrupiſſe videt̃: ꝛ de vi. ꝛ ho. cle. cū ab oī:
ſubdit̃ ꝙ iudex n̄ debet ſalariū petere nomie
aſſeſſoris. Ad h̄ dicendū ſm Aſten̄. li. j. tit.
xxxviij. ꝙ ſi tales officiales minores vt aſſeſ//
ſores auditores: ꝛ ſil̄es q̄cunq; noīe cenſean
tur habeant certos redditꝰ aſſignatos ſibi:
tunc nō licet eis a litigantibus vel etiam ab
alijs ſubditis aliquid extorquere. ſicut nec

iudices ordinarij vt dictū eſt ſupra. Si vero
non hñt certū ſtipendiū ſibi aſſignatū tūc di
ſtingue ſm Alex. an. in. iij. q. ſ. ſm conſuetu
dinē ⁊ morē terre recipere pñt: vel ꝑ vim vel
immoderatā improbitatē recipere non pñt:
que diſtinctio per v̄ba Aug. ad macedoniū
ꝓbat̄ ⁊ habet̄. xiiij. q. v. in. c. nō ſane vbi ſub
dit̄. Sūt alie ꝑſone inferioris loci q̄ ab vtra
q̄ꝫ parte nō inſolent̄ accipiunt. ſicut officia-
lis ⁊ qui amouet̄ ⁊ cui admouet̄ officiū. Glo
ſa diſtinguere vult int̄ officiales perpetuos
⁊ temporales. Temporalem vero vo. at euꝫ
qui amouet̄: ꝑpetuū vocat eū cui ꝑpetuo tra
dit̄ tale officiū. Sequit̄ in textu. Ab his ex-
torta ꝑ imoderatā improbitatē repeti ſolēt
magiſq̄ꝫ reprehendimus eos qui talia iniuſi
tate repetiuerūt q̄ꝫ q̄ ea de more ſumpſerunt:
qm̄ multe neceſſarie ꝑſone reb⁹ humanis vel
inn̄tant̄ hmōi cōmodis vl' tenent̄. Glo. hoc
vult dicere q̄ officiati reprehendunt̄ non ex
eo q̄ aliqua extorquent: ſed q̄ ea imoderate
exquirunt. Unde talia non repetunt̄ ab eis
niſi certū ſit eis ſalarium cōſtitutū: tunc em̄
ſi aliquid vltra h̄ petierint crimine concuſſi
onis tenent̄: vt. xxiij. q. j. c. militare: ⁊ ſoluent
quadruplū: vt. di. xviij. c. qm̄: in fi. ⁊ in gloſ.
j. q. j. c. quidā: ⁊. vij. c. ſancimus: in fi. Si v̄o
non hñt ſalariū ſed extorquent immoderatū
preciū tenent̄ ad reſtitutionē poſſunt tamen
ea paup̄ib⁊ dare: vt dicto. c. non ſane: in fine
et in glo. Dic̄ etiā Accur. q̄ ſi tales inferio-
res officiales non hñt certū ſtipendiū ſibi aſ
ſignatū: tūc ſi extorquent non tñ ꝑ vim vel
immoderatā iprobitatē ñ rep̄hendunt̄. vnde
ſm Tan. de ordine iudiciario licꝫ delegatus
moriat̄ añq̄ꝫ cauſam obitū finē percipiat. ni
hilominus tñ aſſeſſorib⁊ debet̄ ſalariū: vt. ff.
locati. vbi dicit̄. Qui opas ſuas locauit: toti
us t̄pis mercedē accip̄e debet: ſi per eum nō
ſteterit quo min⁹ op̄as preſtat: qm̄ nemo co-
gitur ꝓprijs ſtipendijs militare: nec de ſuo in
uitus facere beneficiū: vt. x. q. ij. p̄cacie. ⁊. xij
q. ij. charitatē: vbi ſubdit̄. Uiſitatores eccle-
ſiarū clericiq̄ꝫ eoꝝ qui cum ip̄is non ꝑ ſue ci
uitatis parrochias fatigant̄ aliquid laborꝭ
ſui capiant te diſponente ſubſidij iuſtū nan
q̄ꝫ eſt: vt illi cōſeq̄nt̄ ſtipendiū q̄ ꝓ tempore
ſuū accommodare reperiunt̄ obſequiū. B
Scdo q̄ri pōt de pena delinquentiū i his
officijs vtrū tantū puniunt̄ q̄ntū iudices or
dinarij vel delegati. Ad hoc dōm ſm Ray.
⁊ Aſten. q̄ tales officiales iudicū indiſticte
tenent̄ ad reſtitutionē: ſi iudicē dolo induxe
rūt ad male iudicandū: imo pena aſſeſſoris
eſt hec in officio ſuo male delinquētꝭ: vt ma
le ablata reſtituat etiā in quadruplū q̄ qua
druplex reſtitutio diuidenda eſt int̄ fiſcum
⁊ ſpoliatū: vt. C. de aſſeſſ. vbi dr̄. Conſilia-
rios iudicū ⁊ cancellarios ⁊ eos q̄ domeſtico
rū fungunt̄ officio: poſt admiſtrationē quin
quaginta dies in ꝓuincia reſidere p̄cip̄im⁹:
pro confeſſo aūt tenebit̄ q̄ accuſat⁹ hmōi per
ſonā ſubtraxerit in quadruplū reſtitui debe
mus q̄ deſiderant̄ ablata: vt duplū ſpoliat⁹
accipiat: ⁊ duplū noſter fiſcus acquirat. Uñ
plus punit̄ aſſeſſor q̄ꝫ iudex: nam ⁊ ſi iudex ꝑ
imprudentiā aſſeſſoris male iudicauerit: ex
cuſatus erit ſi ſimplex fuit ⁊ conſcientiā bonā
habuit: nec in culpa fuit eligendo taleꝫ aſſeſ
ſorem: q̄ cōmuniter bonus ⁊ ſufficiens crede
bat̄. magis ergo fuit aſſeſſor in culpa: q̄ p̄ci-
pue propt̄ ſcientiā eligit̄: non autē ſic iudex
⁊ ideo p̄ciſe tenet̄ leſo: vt. ff. q̄ q̄ſq̄ꝫ iuris. l. ij.
vbi dicit̄. Hoc edicto debet dolus ius dicen
tis puniri: nam ſi aſſeſſoris imprudentia ius
alit̄ dictū ſit q̄ꝫ oportuit: non debet hoc ma-
giſtratui officere ſed ip̄ſi aſſeſſori. Unde et.
lxxxvj. di. in. c. tanta: ibi plus punitur ma-
lus conſiliarius q̄ꝫ actor. ⁊. xcvj. di. c. duo. xj
q. iij. c. qui conſentit. ⁊. xxiij. q. iij. c. Qui ali
orum errorem defendit: multo amplius eſt
damnabilior illis qui errant: quia non ſoluꝫ
ille errat: ſed etiā alijs erroris offendiculaꝫ
parat ⁊ confirmat. Glo. nota q̄ plus punitur
conſulens q̄ꝫ faciens: vt. xxiij. q. v. c. cum ho-
mo vbi dicit̄: q̄ aliquando qui cauſa mortis
fuit plus punitur q̄ꝫ ille qui occidit: ar. etiaꝫ
ff. de aleatoribus. l. j. Septimū aūt gen⁹
hominū contra iſtud preceptū agens ſunt ar
bitrarij iniuſti: qui ad arbitrandū electi vnā
partem iuuant ⁊ aliam iniuſte grauant: qd̄
nequaq̄ꝫ licet: q̄ arbitraria ad inſtar iudicio
rum ſunt redacta: vt. ff. de receptis arbi. l. j.
vbi dicitur. Compromiſſum ad ſimilitudinē
iudiciorum redigit̄: ⁊ ad finiendas lites per-
tinet. Unde ſi declinant a tramite iuſticie: ſi
ne rationabili et probabili cauſa: iudicio p̄-
borum tenentur in iudicio anime et grauiter
peccant. Licet enim arbitri prop̄e dicantur
qui ex conſenſu partium eliguntur: ⁊ in eos
ſub pene ſtipulatione compromittit̄: vt me-
tu pene ip̄oꝝ arbitrio ſtetur: non tñ ex h̄ mi-
nus immo quantū ad aliquid magis obligā
tur ad ferendū iuſtū arbitrium: conſideratis



hinc inde circunſtantijs eo q̄ metu pene ob
ligati ſunt ab arbitrio nō recedere qd̄ tñ lici
tū eſt in iudicio: ſcꝫ ꝑ appellationē. Et ideo
plures prohibent̄ eſſe arbitri: ꝓhibent̄ enim
mulieres ⁊ minores. xx. annis: vt. ff. de rece.
arbi. vbi dr̄: cū i lege cautū ſit ne minor. xx.
annis iudicare coget̄: itēꝝ ſancim⁹ nemini li
cere minorē. xx. annis in cōpromiſſariū iudi
ceꝫ eligere nimiꝝ cū in hmōi adhuc matura
diſcretio deficiat. Mulier aūt ꝓhibetur ab
oib⁊ ſeculab⁊ actib⁊ vl' officijs: vt. ff. de re mi
li. l. ij. ſic eſt de offi. or. Inſuꝑ ꝓhibent̄ ſurd⁹
mutus: ſeruus: furioſus: arti. iij. q. vij. in. §.
tria. ſicut eſt de offi. or. ꝓhibet̄ etiā laicus eē
arbiter in cauſa ſp̄uali: vt extra de arb. c. cō
tingit. vbi ſubdit̄: gñaliter ꝓhibem⁹ ne ſuꝑ
rebus ſp̄ualib⁊ cōpromittat̄ in laicū q̄ non
decet vt in talib⁊ arbitret̄: h̄ ibi. Pōt tñ laic⁹
arbitrari de reb⁊ eccl'ie dūmō fuerit in eū au
ctoritate ſup̄ioris cōpromiſſum: vt eo. ti. c. ꝑ
tuas. ⁊ in glo. Et etiā femine in caſu qui po
nit eo. ti. ca. dilecti. j. Preterea ſm leges iu-
dex ordinarius arbiter eſſe nō pōt ſuꝑ lite q̄
corā eo tractat̄: vt. ff. de recep. arbi. l. ſed ⁊ ſi
in ſeruū. §. licet ⁊. iij. q. vij. § ſi q̄s v̄o iudex.
vbi plane de hoc. Et glo. Brix. ponit tripli
cem rōnem: concludit tñ in glo. in cōtrariuꝫ
q̄ ſm canones tā ordinarius q̄ꝫ delegatus
arbiter eē pōt: vt extra eo. ti. cū t̄ꝑe. vbi pla-
ne de hoc: ⁊ in glo ⁊ in. c. cū a nobis. ⁊ extra
de p̄ben. niſi eſſent. Itē extra de elec. c. cām.
Ceteꝝ licet vt dictum eſt ad inſtar iudicioꝝ
ſe habeat arbitriū: tñ in mulꝭ differt a iudi-
cijs de quib⁊ grā breuitatꝭ ſuꝑſedeo: de his
tria tm̄ ſuccincto ſtilo percurrendo. Primo
nanq̄ꝫ differt in hoc q̄ venalis ſentētia iudi-
cis non valet: vt patꝫ. ij. q. vj. §. diffinitiua.
vbi dr̄ in v̄. item ſi plures. Uenales q̄q̄ꝫ ſen-
tentias q̄ inter mercede a corruptis iudicib⁊
p̄feruntur: ⁊ citra interpoſite ꝓuocatiōis au
xiliū infirmas eſſe decretū eſt: ſed ſententia
arbitri ꝑ p̄ces ⁊ ſordes data tenet: ſed tñ ex-
cipi poteſt contra agentem de dolo ad penā
de ſententia tali vt. C. de arbi. vbi dicitur.
Arbitroꝝ ex compromiſſo ſententie nō obtē
perans ſi ſordes vel euidens gratia eoꝝ q̄ ar
bitrati ſunt intercceſſerunt: aduerſus filiam
tuam agentē ex ſtipulatu exceptione doli ma
li vti poteris. ¶ Ad cuius euidentiam nota
caſum: q̄ q̄dam ꝓmiſit filie ſue centū cū nu-
beret: poſtea nupſit in honeſto: pater noluit
illa centū ſoluere: conuentus fuit a filia: cō-
ꝓmiſſuꝫ eſt in arbitros: illi forte corrupti p̄e
cunia vel gratia arbitrati ſunt ꝓ filia. Dicit̄
lege q̄ pater actione doli mali pōt cōuenire
filiam: q̄ q̄ dolū dedit: dolū p̄ſtare debet: id
eſt de dolo cōueniri debet. Sequit̄ in textu.
Sed ⁊ ex doli clauſula: q̄ ex cōpromiſſi ſti-
pulatione ſubijci ſolet filiā tuā cōuenire nō
vetaberis: hoc ibi. Que ſcꝫ clauſula talis ē.
qui dolū dedit: dolū p̄ſtare debebit̄ dolus
bonus eſt quo aliquis ſcit circūuenire cauil
lationes aduerſarij ſui. ¶ Scdo differunt
in hoc: q̄ non pōt arbiter ſententiare altera
ꝑte abſente: niſi hoc actū ſit in cōpromiſſo:
vt. ff. de recep. arbi. l. diem. §. ſi heredis men
tio. ſicut eſt in fi. vltime differentie. Et ea. l.
⁊ eo. ti. dr̄. Si quis litigatorū defuerit: q̄ ꝑ
eū factū eſt q̄ minus arbitraret̄ penam com
mittit ſcꝫ expenſaꝝ: etiaꝫ ſi cōparuerit ſed ꝑ
eum ſteterit q̄ minus arbitraret̄. Sequit̄ in te
xtu. Proinde ſnīa que data eſt non coram
litigatorib⁊ non valebit niſi in compromiſſo
hoc exp̄ſſum ſit ſpecialr̄: vt vl' vno vel vtroq̄ꝫ
abſente ſētia ꝓmat̄: hoc ibi. In iudicijs aūt
altera parte non p̄ſente ſentētiari pōt: vt pꝫ
iij. q. ix. c. decreuimus. vbi plane de hoc. Ex
tra qui fi. ſunt legi. c. cauſam. extra de iudi-
cijs. c. q̄ Guil'. ff. de iudi. poſt edictum. Ter
tio differunt: q̄ abſens ex cōtumatia nō con
demnat̄ in arbitrio niſi cautuꝫ ſit in compro
miſſo: vt. ff. de arbi. ſi quis litigatoꝝ. in iudi
cio v̄o ſecus eſt: vt dicto. c. decreuimus. ⁊. c.
cauſam. ⁊. ff. de iudicijs. vbi dicit̄. Eum q̄ te
mere ſuum aduerſarium in iudiciuꝫ vocaſſe
cōſtiterit viatica litiſq̄ꝫ ſumptus aduerſario
ſuo reddere oportet. ⁊. C. de iud. l. ꝓperandū
⁊. l. ſancim⁹. vbi pulchre de hoc. Alias diffe
rentias vide breuiter notatas extra de arbi-
trijs. c. cum dilectus: ſuper v̄bo: niſi in glo.
¶ Hic preterea queri pōt: vtꝝ de oib⁊ cauſis
cōpromitti pōt in arbitros. Ad hoc dicendū
q̄ ſic exceptis trib⁊ cauſis. Uñ v̄ſus. Arbi-
ter hic ſtatum cōiugia crimen abhorret. Nā
primo de cauſis liberalib⁊ in arbitros com-
promitti non pōt: vt pꝫ extra eo. ti. c. cū t̄ꝑe
vbi papa arbitriū ratificat exceptis capitu-
lis que contra libertatem monaſterij ⁊ dua-
rum capellaꝝ in arbitrio ſunt expreſſa: ⁊ rō-
nem ſubdit dicens. Cum ⁊ ſi ſponte volue-
ris: de iure tñ non poteris ſine licentia roma
ni pontificis renūciare priuilegijs vel indul
gentijs libertatꝭ q̄ monaſteriū illud indicat
ad ius ⁊ ad ꝓprietatem romane eccleſie perti

ſtere:gloſa ſup ꝟbo libertatis:hoc ideo dicit
q in cauſa liberali arbiter interuenire nõ pt
vt.ff.e.non diſtinguemus.§.de liberali.⁊ ex
tra de in inte.reſti.c.cauſa reſtitutiõis.in fi.
⁊ in glo. Veruntñ ꝗtum ad ſe renũciare po
tuit priuilegiũ libertatis:licet nõ ꝗtum ad
papam:vt extra de pſcript.cum olim.de re.
iudi.ſuborta.⁊ de dona.inter dilectos.alijs
aũt priuilegijs renunciare poſſit:vt de priuile.
ſi de terra.⁊.c.accedentibꝫ:vñ dicit in dicto
.§.de liberali cauſa.cõpromiſſo facto recte
non cõpellit arbiter ſniam dare:q fauor li//
bertatis eſt vt maiores iudices hr̃e debeat:
⁊ eadem dicenda ſunt ſiue de ingenuitate ſi
ue de libertate queſtio fit.Secundo non po
teſt fieri compromiſſio in arbitros de cauſis
matrimonialibꝫ vnde in dicto.c.cauſa reſti
tutionis.Subdit:In matrimoniali quoqꝫ
ac liberali cauſa vel criminali cum maiores
iudices exigant arbiter nequit aſſumi.Ubi
dicit gloſa ꝙ cauſe matrimoniales per iudi
ces diſcretos tractari debent qui poteſtatez
habent iudicandi:vt de con ſan.⁊ affi.ex lite
ris.⁊ eſt expſſum de tranſac.c.vl.Tertio nõ
põt fieri compromiſſio in arbitros de crimi
nalibꝫ:vt dicta.l.diſtinguemus §.ſi per er//
rorem.vbi etiaz dicitur.§.iulianus indiſtin
cte ſcripſit ſi per errorem de famoſo delicto
ad arbitrium certum eſt:vel de eo de quo iu
dicium publicũ ſit ꝯſtitutum:vel vt de adul
terijs:ſiccarijs ⁊ ſimilibus:vitare debet pre
tor ſententiaz dicere nec dare dicte ſententie
executionem hoc ibi.Et ſic intelligitur de cri
mine famoſo:vnde videtur ꝙ poſſit compro
mitti de crimine non famoſo.Naz.ff.de his
qui infamia noue le.quid ergo.§.ex compro
miſſo.ibi ſubditur ꝙ ſententia arbitri nõ in
famat:⁊ ſic intelligitur illud non de famoſo
arbitrio ſed de tali quod nullo mõ infamat.
Et hoc videtur velle gloſa in dicto.c.cauſa
reſtitutionis.in verbo criminali. ¶ Deniqꝫ
queri poteſt:vtrum ab arbitrio licitũ ſit ap//
pellare:preſertim cum dicitur.C.de arbi.l.j
ꝙ ex ſententia arbitri ex compromiſſione in
re perfecta:ideſt certa aditi appellari nõ poſ
ſe ſepe reſcriptum eſt:quia nec iudicati actio
inde preſtari poteſt:⁊ ab hoc inuicem pena
compromittitur:vt metu eius a placitis nõ
recedatur.Ad hoc dicendum ꝙ tria genera
arbitrorum diſtingui poſſunt.In primo ge
nere connumerantur illi qui ſunt iudices or
dinarij ⁊ arbitrarij:de quibus habetur.ij.q.
vj.in.c.a iudicibꝫ.vbi ſubditur.Ordinarij
⁊ arbitrarij ſunt qui legitimam poteſtatem
habentes ⁊ ab eis eliguntur ad arbitrandũ
qui non ſunt ſue ditioni ſuppoſiti:ab his ar
bitris ⁊ ſi vt arbitri ſedeant ⁊ non vt ordina
rij:priuilegio tamen ordinarie dignitatꝭ gra
uatus aliqs appellare valebit vbi dicit glo
ſa Brix.Scdm canones credo ꝙ ⁊ ordinari
us ⁊ delegatus poſſit eſſe arbiter ordinariꝰ
vt extra eo.ti.c.cum tpe.⁊ in gloſa de elec.c.
cauſam ⁊ etiam in auten.vt differentes iudi
ces.§.ſi vero contingit.vel delegatus:vt de
preſump.c.literas.de arb.c.cum olim.de pre
ben.c.niſi lex tamen videtur contrarium di
cere:vt ff.eo.ſed ⁊ ſi in ſeruũ.§.ij.⁊.iij.q.vij
in.§.tria.ꝟ.ſi quis vero iudex.Sed hoc ſo//
lum prohibet lex:q ordinarius iubere non
poteſt vt partes in ſe compromittant:vt pa
tet ibidem in gloſa in dicto.c.cum tempore.
in glo.⁊.ff.de tu.⁊ cura.l.iiij.Si ergo iudex
eligitur nec exprimitur ꝙ eligitur vt arbiter
tunc tenebit eius ſententia vt iudicis:⁊ ab
ea poteſt appellari:vt.ff.qui ſatiſda.co.le.ar
bitrio.vñ in dicto.c.a iudicibus.dicit Brix.
ſi conſenſiſti in aliquem propter iniquitatez
perſone non potes appellare vt hic:⁊ extra
de offi.dele.ſuper queſtionum:ſic ab iniqua
ſententia potes appellare:quia licet reproba
re dicta ſed non perſonam.Si vero exprimi
tur ꝙ eligitur vt arbiter non vt iudex:tunc
quamuis cauſam examinat in forma iudicij
eius tamen ſententie ſtandum eſt:nec ab ea
appellandum ſiue fuerit equa ſiue nõ:vt.ff.
de arbi.l.diem.vbi ſubditur: Stari enim
oportet ſententie arbitri ſiue ſit equa ſiue ini
qua quam de re dixerit:⁊ ſibi imputet qui in
eum compromiſit.Quod tamen ſane intel//
ligendum eſt.niſi manifeſte ⁊ enormiter par
tem aliquam grauaret:tunc enim etiam ſen
tentie ſtandum non eſſet:vt.C.de arbi.l.ar
bitrorum.Et licet non poſſit appellari a ſen
tentia arbitri:ſupplicari tamen poteſt vt di
cit gloſa in dicto.c.a iudicibus.in verbo or//
dinarij:et hoc patet extra de arbi.ca.non ſi//
ne. ¶ Secundum autem genus arbitro//
rum eſt quod eligitur ſub aliqua pena vel
etiam ſub obligatione iuramenti vel cõpro
miſſi:⁊ taliũ arbitriu ꝗuis teneat ꝓpter obli
gationẽ partiũ etiã ſi fuerit iniuſtũ:retracta
ri tamen poteſt a ſuperiore:vt extra de arbi.c.
non ſine.⁊ de iureiuran.c.veniens.⁊.c.quin
tauallis.et.ff.de arbi.le.ſicut dics.vbi di//
citur:ꝙ compromiſſio non debet obtempera
re litigatores ſi aliqd arbiter inhoneſtũ iuſſe
rit:⁊ ſi per dolũ tulit ſniam licet non retra//
ctet per appellationẽ:tñ retractat per excepti
onẽ:vt.ff.eo.c.nõ diſtinguemꝰ.§.cũ quidã.
⁊ ſi iuramentũ interuenit i compromiſſo qđ
tamen fieri non debet:q iuramentũ in arbi
trio ꝓhibet interuenire:vt.C.e.auten.decer
nimus.ſi tamen interuenit eſt ſeruandũ dũ//
modo arbitrium ſit licitum vel equum:vt di
cto.c.non ſine.in fi.Si ꝟo non eſt licitũ:vel
eſt notabiliter iniuſtum:tunc parti leſe com//
petit doli exceptio non obſtante iuramento:
quia iuramentũ ad hoc non extenditur niſi
ad ea q̃ legitime arbitrantur:vt ibidẽ i glo//
ſa ſuper verbo facientes:⁊ dicto.ca.veniens.
ſuper verbo preciuiſſet:in gloſa:vbi dicitur
ꝙ iuramentũ non extendit ad illa de quibus
non eſt cogitatũ.Nota gloſam ibidem in.c.
quintauallis. Tertiũ genus arbitrorum
eſt quod ſimplicit eligit ad componendum
inter partes:ſicut bonus vir int partes rem
decidit ⁊ componit:cuius ſnie tunc demon
ſtabitur:ſi ſit talis qualis fieri debet a bono
viro:vnde ſi iniuſta ſit corrigi debet per arbi
triũ viri boni:vt.ff.pro ſocio:vbi dicit.Si
ſocietatem mecũ coieris ea conditiõe vt par
tes ſocietatis conſtitueres:ad boni viri arbi
trium ea res redigenda eſt ⁊ conueniens eſt
boni viri arbitrio vt non vtiqꝫ ex equis par//
tibus ſocij ſimus veluti ſi alter plus opere in
duſtrie pecunieue in ſocietatem collaturus
ſit:hec ibi.Ex quibus omnibus liquet ꝙ ar//
bitri quicunqꝫ non per ſordes nec per gratiã
aut fauorem arbitrari debeant:ſed ſm iuſtã
eſtimationem equitatis conſideratis hincin
de circunſtantijs alioquin obligantur indi//
ſtincte parti leſe ad debitã recompenſationẽ.

Octauum deniqꝫ genus hominum cõtra
hoc preceptum delinquentiũ ſunt procura//
tores:actores:ſyndici:yconomi vel quocũqꝫ
nomine cenſeant:qui conſtituti ſunt vt cau//
ſas aliorum defendant:ſed officium ſuum in
fideliter ⁊ inique exequuntur:quorum exceſ
ſus ex iam dictis faciliter elici poſſunt.Un//
de procurator eſt qui aliena negocia manda
to domini vnum vel plura gerenda gratui//
tus ſuſcepit:vt.ff.de procu.l.j.⁊ poſſunt ſi//
mul plures procuratores conſtitui ⁊ in ſoli//
dũ:⁊ tunc occupantis melior eſt conditio vt
poſterior iã non ſit procurator in eo qđ prior
petere cepit:vt .ff.e.pluribꝫ.Et nota ꝙ i nul
lo debet eſſe deterior conditio ꝓcuratorꝫ ꝗ
domini niſi in ſatiſdan.ff.de ꝓcu.l.ſed ⁊ he.§.
defendere.⁊ ratum eſt qcqđ cũ ꝓcuratore agi
tur:vt extra eo.ti.c.j.Et in gloſa ibidẽ vide
de ſatiſdatione ⁊ ceteris que cõcernunt hãc
materiã.Syndicus autem eſt ille qui conſti
tuitur ad agendum vel defendendum cau//
ſas nomine vniuerſitatis.Dicitur enim ſyn
dicus quaſi plurium cauſas dicens vel de//
fendens:⁊ dicit proprie procurator monaſte
rij.In eccliavero ſeculari vocat yconomus:
vt.xvj.q.j.c.quoniã.Actor ſimilit cõſtitui
tur ad agendas ⁊ defendendas cauſas vni//
uerſitatis:vt.ff.quod cuiuſqꝫ vniuerſitatis.
l.Item eorum.In hoc tamen differũt:quia
ſyndicus conſtituitur ad lites preſentes et
futuras ⁊ ſine decreto.Actor autem tm̃ ad
lites preſentes ⁊ cum decreto:vt.ff.e.§.ſi de
curiones.Et ſola vniuerſitas vel collegium
conſtituere poteſt ſyndicum vel actorem:vt
ff.eo.l.j.vel is cui dedit vniuerſitas poteſta//
tem eligendi:vt ibi.§.Item eorum.Quan//
doqꝫ tamen ſyndicus vel actor appellatur
procurator:vt de pba.c.licet.de preſcript.c.
j.Et debent conſtitui duabus partibus vni
uerſitatis preſentibus:⁊ maiori parte vni//
uerſitatis conſentiente.Et nota ꝙ idem in//
telligitur de yconomo quod dictuz eſt de ſyn
dico:vide etiam extra de ſyndico.c.vnico.⁊
in glo.De ceteris gratia breuitatis ſuperſe//
deo. Deniqꝫ de conſiliarijs vel conſultori
bus ſubnectendũ eſt:quorũ ſubſidiuz extra
iudiciũ requiritur:ꝗuis et aſſeſſores iudici
um etiam conſiliarij dicuntur:vnde preſerti
iuuenes ⁊ inexperti iuriſperitorum ⁊ ſimiliũ
conſiliũ requirere debent añqꝫ litem in iure
ſumant:quia dicit Caſſio.in epiſtola quadã
ꝙ plurimũ laudis iuuenes moribus ſuis ap
plicant:quotiens de negociorũ meritis am//
bigentes ad conſilia peritorum recurrũt.Et
ſi queritur vtrũ iuriſperitꝰ iuſtũ conſiliũ ven
dere põt in gratis admĩſtrare debeat.Ad hõ
dicendum ſm glo.Brix.xj.q.iij.c.non licet
ꝙ ſi iuriſperitus ſine labore dare poteſt cõſi//
liũ ſ.nõ reuoluendo libros nec laborando in
perlegendis allegatiõibꝫ:tunc gratis ſubue
nire tenent.Alioquin vt dicit Amb.li.de of
fi.ijs.Quid tibi prodeſt hr̃e ſapientiã ſi con
ſiliũ neges?Si conſulendi copiã includas:
clauſiſti fontẽ vt nec alijs influat nec tibi p//
ſit:hec ille:immo plurimũ obeſt eo ꝙ ſibi ſu
pereſt non dare elemoſynã ſine ſui detrimen//

to ⁊ labore. Dicit enim Gregoriꝰ in omel. ꝙ habēs intellectū .ſ. dandi conſiliū curet omino ne taceat: ⁊ ſubdit cauſam dicens. Talēti enim noīe cuilibet reputabit quod vel minimū accepit. Si ꝟo laborat in libros reuoluendo ⁊ ſtudendo acta reſpiciēdo ⁊ forte cū alijs peritis diſputando vt ſic debitum conſilium tribuat: tunc licitum eſt illi exigere et recipere ſalarium: ⁊ ſic intelligit Raymundus dictū Auguſt. in dicto c. non licet. vbi ſubdit: ⁊ ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrociniū ⁊ iuriſconſulto rectum conſiliū. Dicit tñ Hoſtieñ. ꝙ ſi conſiliū petens ſit diues tunc iuriſperitus nō tenet gratis dare iuſtū conſiliū: qꝛ et ſi tunc non laborat ante tñ laborauit diſcendo ⁊ ſtudendo: ⁊ ſic licite poteſt inde recipere: ꝑcipue ſponte oblata. Ad laudem dei omnipotentis.

## ¶ De mendacio materiali ⁊ formali: ac de mendacio pernicioſo qualiter quatuor modis committitur.

## Sermo ſeptimus

perfectis: vt mendaciū ioco ſuʒ ⁊ officioſum ſunt etiam venialia in pfectis magis tñ grauia iudicant̃: ⁊ dꝛ hic pfect⁹ ſm Ray. ⁊ Hoſtieñ. vir clauſtralis ſiue religioſus q̃ ex toto renunciauit mūdo: multomagis ſm Hoſtiē. epūs qui .ſ. pcellit in dignitate: ita peminere debet alijs in religione ⁊ ſanctitate: vel etiā vir perfectus dꝛ ſm Hugo. Jo. vt Hoſti. refert: ille qui ſi decederet ſtatim ad patriā euolareʒ: ⁊ iſta opinio magꝫ placet Ray. ⁊ Tho. ⁊ qui tenent eam ad verba Aug. rñdent: vt dt Bonauen. ꝙ Aug. non intendit dicere ꝙ pdicta mendacia ſint viris pfectis pctā moꝛtalia: ſed ꝙ ſunt in eis grauioꝛa ⁊ magis indecentia: qꝛ mentiendo ſe ⁊ alios ad morteʒ diſponunt. Et Alexā. in iij. dt: ꝙ cū Aug. dicit ſup illud pš. v. Perdes oēs qui loquūtur mendaciū: ſcʒ in dicto. c. ne quis. ꝙ vir pfectus mentiri non debet p conſeruanda alterius vita ne pdat aiam ſuā: nō intendit dicere ꝙ pfectus quocunq̧ mendacio mentiat̃ moꝛtaliter peccat: ſed ꝙ ſemp vitare ſcandalum debet ne p vita alicuius ſeruāda diſcrimen cōmittat in aiam ſuā: ꝓpter em̄ veniale citius veniet ad moꝛtale. Vñ cū dt dū vitā alterius ſeruat ſupple mendacio veniali animam ſuam pdat: id eſt aliqñ pdere cōtingat mendacio moꝛtali. Et qꝛ neſcit̃ vtꝝ mendacium pꝛoueniat ex radice ſiue libidine: id eſt amoꝛe moꝛtali vł veniali: ideo dicit ne foꝛte vnde non aſſerit ꝓpter hoc ꝙ pdat aiam ſuā. Eſt aūt libido moꝛtalis appetitus animi q̊ bonis eternis quelibet tpalia pponunt̃: vt vult Aug. li. de mēdacio. Libido ṽo venialis eſt appetitus ſenſualitatis vel rōnis quo aliqd tpale nimis diligit̃ tamen ſub deo: hec Alexan. Et querit vlterius nunquid omne mendacium eſt ꝓhibitum in h̄ pcepto .ſ. non loqueris ꝯ pꝛoximū tuū falſum teſtimoniuʒ. Et rñdet ꝙ ſic: loquendo de mendacio qd ꝓuenit ex libidine moꝛtali: non aūt qd ꝓuenit ex libidine veniali: ſic nec in alijs pceptis ꝓhibetur culpa venialis. Et qd Aug. dt lib. de mendacio: ꝙ .ſ. in nullo caſu mentienduʒ eſt: h̄ intelligit̃: qꝛ oē mendaciū malū eſt ſm ſe: ⁊ mendaciū moꝛtale ſepat a veritate diuina veniale diſponit ad ſepationem: h̄ Alex. Scđa ṽo opinio dt ꝙ mēdacia officioſa ſūt ſemp in perfectis moꝛtalia. Jocoſa ṽo ſunt venialia: ⁊ hec opinio magis cōſonat ṽbis Aug. q̄ ponunt̃ in dicto. c. ne qs. vñ Aug⁹. ꝓpter magnū zelū veritatis maxime deteſtatus eſt mendacium: ⁊ illud ſaltē a viris pfectis voluit elongare vt veritas in aliquib⁹ ſedem ſolidā inueniret ſm Bonauē. ⁊ hmōi opinionis eſt etiaʒ gloſa Bix. ibidē. q̄ dt ꝙ triplex eſt gen⁹ mendacij .ſ. malignitatis qd fit cā decipiēdi: ⁊ illud oibꝫ ē moꝛtale pctm̄. Jocoſitatis vbi nemo ledit̃: ⁊ illud nulli ē moꝛtale pctm̄. Benignitatis ſiue pietatꝫ qd fit p ſalute alicui⁹: ⁊ de illo dꝛ ꝙ ſit moꝛtale pfectis: veniale impfectis. Sed q̄re non eſt moꝛtale potius illud pctm̄ qd fit ioco ⁊ p qd nulli pſunt q̄ iſtud p qd pſunt alicui. Rñ. ꝙ illud nō fit ex aio: ſed iſtud ſic: ⁊ p iſtud intēdit decipe: p illud nō: hec glo. Hec tñ mēdacia iocoſa eſſe venialia in pfectis ſic intelligēdū videt̃ ſm Ray. ⁊ Hoſti. qñ ille cui dicūt̃ iocoſa mendacia ſcit ea dici cā iocandi: ⁊ ſic videt̃ Aug. velle in dicto. c. ne qs. vbi ſubdit. Illud aūt pmū in iocando mendaciū nō eſt pnitioſum: qꝛ non fallit: nouit em̄ ille cui dꝛ iocandi cauſa fuiſſe dictū: ⁊ hec opinio videt̃ tutioꝛ licet pma benignioꝛ ſm Hoſti. ar. v. di. c. ad eius. vbi ſubdit̃: bonaꝝ mētiū eſt ibi culpas agnoſcere vbi culpa nō eſt. Et ſuper illud Roma. xiiij. Omne qd non eſt ex fide pctm̄ eſt. dicit glo. omne qd fit ꝯtra ꝯſcientiam edificat ad gehennā: ⁊ huic opinioni Bonauē. magis adherere videt̃. diſtinguit tñ rōnabiliter de viris pfectis dicens: ꝙ hō non obligat̃ ſpecialit̃ ad aliquid vltra alios niſi rōne voti emiſſi vel officij cōmiſſi vel ſcādali iminentis vel ꝯſcie dictantis. Si g̊ viri perfecti ſint obligati ad nō mentiendū aliq̊ gñe mendacij cum non ſit obligati ad hoc ex precepto nec ex voto nec ex officio commiſſo: erunt obligati ꝓpter ſcādalum ⁊ ꝯſcie vinculum: ⁊ ideo diſtinguendum eſt ꝙ quidam ſunt perfecti publici: ⁊ quidam perfecti occulti: pꝛimis adhibetur fides tanq̧ de cōſeruatoꝛibꝫ veritatis. Et qꝛ mendacium depꝛehenſum facit ꝙ hō nō credat alteri ſi ipi mētirent nec aliquibꝫ nec ipſiſmet crederet̃: ⁊ ſic ṽitati pꝛiudicaret̃ ⁊ alijs occaſio ſcandali daret̃: ⁊ iō tales debent hr̄e ꝯſcientiā ꝙ p nulla re dicant mendacium ꝓpter vitandum ſcandalū ⁊ veritatis contēptum: qñ g̊ mendaciū dicunt peccant moꝛtaliter: tum qꝛ contra cōſcientiā faciunt: tum quia alios actiue ſcandalizant: ⁊ hoc eſt verum niſi certum eſſet ꝙ mendaciū non detegeret̃: non aūt ſic ſcandalizantur de imperfectis vel de perfectis occultis: ⁊ ideo tales non ſic obligantur ad omne mendaciū euitandū: hec ille. B

Et nota hic generalit̃ ꝙ ſm Augu. in ſacra ſcriptura inducunt̃ aliquoꝝ ſctōꝝ patrū geſta tanq̧ exempla pfecte ṽtutis: de quibꝫ nō eſt exiſtimandū eos fuiſſe mentitos: vt cum Abꝛaam Geñ. xxij. dixit ad pueros ſe cum filio poſt immolationē victime reuerſurū: qꝛ ſm Alchuinū ⁊ ſi filiū intendebat imolare credebat tamē vt dicit Apl's: ꝙ eum dominus reſuſcitaret: vt dictū eſt in ſermone pcedenti. Si qua tamē in eoꝝ dictis mendacia videant̃: intelligi dn̄t eſſe dicta figuralit̃ ⁊ ꝓphetice. Quidā etiā laudant̃ in ſcpturꝫ non ꝓpt̃ perfectā virtutē: ſed ꝓpt̃ quandā virtutꝫ indolem: qꝛ .ſ. in eis apparebat aliquis affectus laudabilis ex quo mouebāt̃ ad aliqua indebita facienda: ⁊ ſic Judith laudat̃: non qꝛ Holoferni mentita eſt: ſed pꝛopt̃ affectuʒ quē habuit ad ſalutē ppl'i pꝛo q̊ ſe periculis expoſuit: licet etiā dici poſſit ꝙ eius ṽba ſūt ſm aliquē intellectū myſticū vera. Unde ſʒ glo. ibidem non dixit illa adulatoꝛie mentiēdo ſed futura ꝓphetie pdicendo: verūtamen quicquid ſit in veteri teſtamento plura pmittunt̃ quoꝛū exemplis hodie vti nō licet. Vñ de hoc dicit Gregoꝛius ⁊ ponit̃ xxij. q. ij. ca. Si quis p verus teſtamentū vult ſuū tueri mendaciū: qꝛ minus illic quibuſdā foꝛtaſſe nocuerit. Dicat neceſſe eſt rerū alienarum raptum .ſ. quem fecerunt filij iſrł: vt. xiiij. q. v. c. dixit. dicat retributionē iniurie que infirmis illic conceſſa ſit ſibi nocere nō poſſe: glo. tūc ei licuit auctoꝛitatē ꝓpꝛia vlciſci iniurias vt. xxiij. q. iiij. c. cum in lege. ⁊ q. v. ſi audieris. Sequitur: que omnia cunctis liquet q̄nta animaduerſione veritas inſequitur quo nobis iam ſignificationis ſue vmbꝛa poſtpoſita in vera carne delectatur: gloſa inſequitur. cum dicit mihi vindictam ⁊ ego retribuam: cum dixit: ſi quis te pcuſſerit in vnā maxillam pꝛebe ei aliam. Mendaciū igitur iocoſum vel ocioſum ſimiliter quatuoꝛ modis committit̃. Pꝛimo ſola libidine mentiendi ⁊ fallendi: quod merum eſt mendaciū ſm Aug. xxij. q. ij. c. j. vbi ponit hoc eſſe quartū mendaciū: aliqui tamen textus habent mirum pꝛo merum: quaſi diceret ſm gloſam: mirum eſt ꝙ ita vult aliquis mentiri vbi nulla vertitur vtilitas. De hoc autem mendacio quod fit ſola mentiendi vel fallendi libidine vt cum quis delectatur in aſtutia componendi mendacia. Unde dicit Hoſtieñ. ꝙ hoc nō intelligit̃ de libidine decipiendi: ſed de libidine falſum dicēdi: qꝛ dicit̃ hoc fieri mendacium ſola libidine mentiendi. Nam quia libido dicit̃ a libendo: nihil habet hoc mendaciū neq̧ in ſe neq̧ in eam extra illū in quo eſt libido .ſ. mentientē: pꝛopt̃ qd etiā Augu. vt dictū eſt vocat ipm mendaciū merum: nō ſic eſt de alijs mendacijs: qꝛ illa cauſam habēt extra mentientē .ſ. nocendi: iuuandi: placendi vel delectandi. Et nota ꝙ libido duplicit̃ dici poteſt. Uno modo ſtricte ⁊ pꝛopꝛie ſm ꝙ dicit Aug. ꝙ libido eſt appetit⁹ animi q̊ aliquod tempoꝛale pꝛeponit̃ eterno bono: ⁊ ſic non eſt radix niſi moꝛtaliū peccatoꝛū: vñ qñ mendaciū iſtud pcedit ex hmōi libidine: tūc ſemper eſt peccatū moꝛtale. Cui⁹ libidinis expꝛeſſum eſt ſignum: quando quis tm̄ hmōi mendacio inheret ꝙ in ſe ſentiat illud nihilominus dicturum: q̧uis eſſet a deo pꝛohibitū ſicut cōmuniter contingit in hiſtrionibus: et idem eſt immo peius eſſet ſi ex contemptu .ſ. dei mandata nihilipendens talia non dimitteret. Alio modo talis libido accipitur communiter vel large .ſ. pꝛout eſt radix non tm̄ moꝛtaliū ſed etiam venialiū: vnde quandoq̧ mendaciū hoc pcedit ex huiuſmodi libidine que pꝛeponit eternum bonū cuicūq̧ bono tempoꝛali: tunc nō eſt moꝛtale peccatū ſʒ veniale: ⁊ ſic accipit Auguſtinus hoc mendacium in dicto. c. ne quis. dicit tamē in c. pmū non eſt mentiendū. iiij. genere .ſ. mendacij ꝓpter mendacij libidinem que per ſeipam vitioſa eſt. De quo genere dicitur Pꝛouerbioꝝ xx. Suauis eſt homini panis mendacij: ⁊ poſtea implebit̃ os eius calculo .ſ. ignito: nō tamen illo quem angelus foꝛcipe tulerat de altari purgans eo os Eſaie: vt habet̃ eiuſdem vj. ſed ignito calculo ſumpto de inferno ad comburendum ⁊ non ad purgandum. C

Secundo vero mendaciū hoc committit̃ cupidine adulandi vel delectandi: ⁊ hoc ponit Auguſtinus eſſe quintū genus mendacij dicens. Quintum ſcʒ genus fit placendi cupiditate de ſuaui eloquio: gloſa quod faciunt adulatoꝛes ad hoc vt placeant. Et infra: non eſt mentiendum quinto genere: quia nec ipa veritas placendi cauſa hoibꝫ nunciāda eſt: q̄nto minus mendaciū qd per ſeipm: qꝛ mendaciū eſt: vtriq̧ turpe eſt: nihil em̄ tā diuinū eſt quod nō vergit in pnicie: ſi in eo quis querit hominū laudē: ar. cxij. diſtin. ca. cantantes: ⁊ in glo. Hic queri poteſt vtrum

mendaciũ in adulatione cõmiſſum iudicandũ ſit mortale peccatũ: preſertim cũ ſup pſ. lxix. Conuertant̃ ſtatĩ erubeſcentes. dicit glo. ꝙ plus nocet lingua adulatoris ꝗ̃ gladius perſecutorũ. Ad hoc dicendũ ſm Tho. ij. ij. q. cxv. ꝙ adulatio tripliciť contrariat̃ charitati: ꝛ per ꝯñs iudicat̃ eſſe peccatũ mortale. Uno modo rõne ipi⁹ materie puta cũ quis laudat alterius peccatũ tanꝗ̃ bonũ vł factũ ſtrenuũ: iuxta illđ pſ. x. Quoniã laudatur peccator deſiderijs anime ſue ꝛc̃. Et hoc q2 contrariat̃ dilectiõi dei: contra cuius iuſticiam loquit̃: ꝛ contra dilectionẽ ꝓximi quem in peccato fouet: ꝛ forte multis alijs per hoc nocet: ideo tale mendaciũ eſt graue: ꝛ plerũꝗ multiplex mortale pecccatum. De quo dicit Gregorius. xviij. mora. ꝛ ponit̃ diſt. xlvj. c. ſunt nonnulli qui dum malefacta hominũ laudibus efferunt: augent que increpare debuerant. Hinc enim ꝑ ꝓphetã Ezech. xiij. dr. Ue qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu manus: ꝛ faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſe etatis. Ad hoc quippe ſub cubito puluillus vel ceruical ſub capite iacentis ponit̃ vt molliter quieſcat̃: quiſꝗs ergo male agentibus adulatur: puluillum vel ceruical ſub capite vel cubito iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat: in ea fultus laudibus molliter quieſcat ꝛ ſic vide ſi placet. Unde in hoc caſu mendaciũ adulatorium ſemper eſt peccatũ mortale. Scđo modo contrariatur adulatio charitati ratione intentionis: vt cum quis ad hoc adulat̃ alicui vt ei fraudulenter noceat corporaliter vel ſpiritualiť ꝛ hoc eſt graue mortale peccatũ: ſicut cõmuniter faciunt qui ꝓcant̃ mĺres: ꝛ eas ſuis voluntatibus inclinare nitunt̃. vel qui verbis adulatorijs ad alia ꝑnicioſa nitunt̃ allicere: vel quomodocũꝗ ꝓximos nitunt̃ iniuſte decipere: de hoc enim habetur Prouerbiorum. xxvij. Meliora ſunt vniuerſa diligentis ꝗ̃ fraudulenta odientis oſcula. Tertio modo charitati contrariat̃ accidentaliť: ſicut cum laus adulationis fit alteri occaſio peccandi. ſ. per vanam gloriam: complacentiam ꝛ ſimilia: quod tamen fit preter intentionem adulatoris: ꝛ hoc fit duobus modis vt tangit glo. xxv. diſtin. § als. Primo cum quis in alio nimis extollit bonum quod habet. Secundo vero cum quis per adulationem alicui bonum attribuit quod non habet: ꝛ vtrũꝗ veniale eſt in ſe, ſecundũ tamẽ grauius eſt primo. Unde dicitur ibidem in textu. Que ſunt autẽ minuta pctã licet omnibus nota ſint: tamen quia longum eſt vt oĩa replicentur: opus eſt vt ex eis vel aliqua nominemus: ꝛ infra. Si amplius fiunt blanditus ꝗ̃ oportet: ſi cuiꝗ maiori perſone aut ex volũtate: aut ex neceſſitate adulari voluerit. hoc ibi: ꝛ ſic in tali caſu ponit Auguſtinus adulationẽ int̃ pctã venialia: qđ ſane intelligit̃: niſi fuerint occaſio mortalis ruine: tunc em̃ ſm Thomã conſiderandũ eſt vtrũ ſit occaſio data vel accepta et qualis ruina ſequat̃ ꝛ ſm hoc erit adulatio iudicanda culpa venialis vel mortalis. Porro ſi quis ex ſola auiditate delectandi alios: iocoſa profert mendacia: ille ſm philoſophũ vocat̃ placid⁹. Si vero hoc facit intentione alicui⁹ cõmodi vel lucri conſequendi: vel etiam alicui⁹ mali vel incõmodi euadendi: talis vocat̃ blanditor vel adulator: ꝛ in vtroꝗ conſiſtit tm̃ veniale peccatũ: niſi ex aliquo accidenti contingeret eſſe mendacium pernicioſum: vel niſi ex aſſiduitate generaret dei contemptũ: q2 tunc fieret mortale peccatum. Tertio proinde mendacium: hoc committit̃ appetitu placendi: ꝛ hoc fit per iactantiam. Pro quo nota ſz Thomã. ij. ij. q. cxij. ꝛ Aſteñ. lib. ij. ti. xxviij. ꝙ iactantia proprie videtur importare ꝙ homo ſe verbis extollat. Illa enim que vult homo longius a ſe iactare in altum eleuat: tũc autem proprie ſe quis extollit quando de ſe ſupra ſe aliquid dicit. Et hoc dupliciter: vel enim de ſe dicit ſupra id quod de eo homies opinantur: vel etiam de ſe dicit ſupra id qđ in ſe ſm rei veritatem: ꝛ hoc ſm magis proprie dicitur iactantia: ꝗ̃uis vtroꝗ modo dici poſſit iactantia. Unde iactantia proprie ſic diffiniri poteſt. Iactantia eſt oſtentatio proprie laudis cui veritas non ſubſiſtit: et hoc nomine dicitur arrogantia: cum. ſ. quis attribuit ſibi quod non habet. Poteſt igitur iactantia conſiderari dupliciter. Uno modo ſm ſe prout eſt quoddam mendacium et tũc eſt mortale: qñ qs de ſe iactanter ꝓfert id qđ eſt contra gl'iã dei. Sicut ex ꝑſona regis cui dicit̃ Ezech. xxviij. Eleuatum eſt cor tuum ꝛ dixiſti: deus ego ſum. Uel etiã contra charitatem proximi: ſicut cum quis ſe iactando ꝓrumpit in contumelias aliorum: vt habetur Luce. xviij. de phariſeo dicente. Non ſum ſicut ceteri hominũ: raptores: iniuſti: adulteri: velut etiam hic publicanus. Quandoꝗ vero ſm ſe quidem eſt veniale pctm̃: qñ. ſ. qs de ſe talia iactat que neꝗ ſunt contra deum neꝗ contra proximũ: q2 tunc non eſt mendacium ꝑnicioſum in ſe: veruntñ ſm ſuã cauſaz põt fieri mortale: vt ſi ꝓcedat ex mortali ſupbia vel vana gloria. Similiter ſi fit ꝓpter appetitum lucri: tunc ad deceptionẽ ꝛ dãnum proximi pertinere videt̃: ꝛ iõ magis mortale pctm̃ iudicat̃. Dicit em̃ phus in. iiij. Ethicorum: ꝙ turpior eſt qui ſe iactat cauſa lucri ꝗ̃ qui ſe iactat cauſa glorie vel honoris: non tñ ſemꝑ eſt mortale pctm̃: q2 põt eſſe tale lucrũ ex quo alius non damnificat̃. ¶ Quarto deniꝗ mendaciũ hoc committit̃ affectu diſplicendi: ſicut cũ quis humilitatis cauſa mentitur ꝛ vocat̃ ironia. Nam ironia ꝓprie committitur cum quis a veritate declinãs de ſe minora dicit: vt cũ aſſerit aliqđ vile de ſe qđ tñ in ſe non recognoſcit: aut cum negat de ſe magnũ aliquid qđ in ſe tñ eſſe recognoſcit. Et vt dicit Aſten. vbi ſupra. Iactantia ꝛ ironia rõne materie ſiue obiecti circa qđ ſunt: equalia pctã ſunt: q2 vtrũꝗ mentit̃ circa idẽ ſcz circa conditionem ꝑſone. Sed vt in plurimũ iactantia ꝓcedit ex turpiori motiuo. ſ. appetitu lucri vel honoris: ironia vero ex hoc ꝙ fugit elationẽ licet inordinate ſcz ꝑ mendaciũ. Et ſm hoc dr. iiij. Ethicorum: ꝙ iactantia eſt pctm̃ grauius ironia: cũ tñ qs de ſe minora fingit vt doloſe decipiat: tũc grauior ẽ ꝗ̃ iactãtia. Unde Eccĩ. xix. Eſt qui nequiter ſe humiliat ꝛ interiora eius plena ſunt dolo. Nã ꝛ ꝗ humilitatis cauſa mentit̃ peccat etiaz plerũꝗ mortaliť: vt ꝑz. xxij. q. ij. c. cũ humilitatis: ꝛ in gloſa. vbi dr: ꝙ dicẽdo in ſpeciali aliqđ pctm̃ de ſe cui⁹ cõtrariũ eſt verũ mortaliter peccat: ꝗ̃uis in generali dicere põt ſe eſſe peccatorẽ. Et vt dicit cõpendiũ: in hoc ꝓcepto etiã includit̃ taciturnitas veritatis tꝑe neceſſitatis: vt. xj. q. iij. c. quiſꝗs. Ad laudẽ dei.

## De mendacio in hypocriſi ꝛ ſimulatione ꝛ quis eſt cenſendus hypocrita: ac vtrum omnis ſimulatio ſit peccatũ de triplici quoꝗ hypocriſi. ſ. in doctrina: iuſticia ꝛ vita. Sermo. x.

NOn loqueris contra ꝓximũ tuũ falſuz teſtimoniũ. Exod. xx. Ordine congruo iã videndum eſt de falſo teſtimonio ſm tertiaz acceptionẽ ꝓut accipit̃ largiſſime ꝓ omni deceptoria vł ꝑnicioſa ſimulatione quocunꝗ mõ fiat in opere vel apparatu exteriori. A. Ad cuius euidentiã prio queri põt: vtrũ ſimulatio ſit idez qđ hypocriſis: ꝑſertim cũ ſimulatio cõſiſtat in quodã factorũ mẽdacio: ſed hypocriſis põt etiã eſſe ſi quis oñdat exterius qđ agit interius: ſm illud Math. vj. Cum facis elemoſynam noli tuba canere ante te ſicut hypocrite faciunt. Unde hypocriſis in ſola intentione ꝯſiſtit dicente dño Math. xxiij. ꝙ oĩa opa ſua faciunt vt videant̃ ab hoib⁹. Et Greg. xxxj. moral. dicit: ꝙ nunꝗ̃ ꝗđ agũt: ſed quõ de actione qualibet hoib⁹ placere poſſint cõſiderant. Simulatio vero non ꝯſiſtit in ſola intentione ſed in exteriori operatione. Dicit em̃ gloſa ſup illud Iob. xxxvj. Simulatores ꝛ callidi ꝓuocant iram dei: ꝙ ſimulator aliud ſimulat ꝛ aliud agit: caſtitatẽ ꝓfert ꝛ laſciuiã ſequitur: oñdat paupertatem ꝛ marſupium replet. Ad hoc dicendum ſm Tho. ſcđa. ij. q. cxj. ꝙ ſm Iſidorũ nomen hypocrite tractuz eſt a ſpẽ corũ qui in ſpectaculis ꝯtecta facie incedunt: diſtinguentes vultũ vario colore vt ad ꝑſone quã ſimulãt colorẽ ꝯueniãt mõ in ſpecie viri: mõ in ſpecie femine: vt in ludis populum fallant. Dicit em̃ Aug. in li. de ſermone dñi in monte: ꝙ ſicut hypocrite ſimulatores aliarũ ꝑſonarũ agũt partes illi⁹ qđ non ſunt: Non enim qui agit ꝑtes agamenonis vere ipſe eſt ſed ſimulat eũ: ſic ꝛ in eccleſijs ꝛ in omni vita hũana: quiſꝗs vult ſe videri qđ nõ eſt: hypocrita eſt: ſimulat em̃ ſe iuſtũ non exhibet. Omnis igit̃ hypocriſis eſt ſimulatio: non tñ oĩs ſimulatio eſt hypocriſis: ſed ſolũ illa qua quis ſimulat ꝑſonã alterius: ſicut cũ pctõr ſimulat perſonam iuſti. Nã ſm Iſidorũ in li. etymologiarũ hypocrita greco ſermone ſimulator latine interꝑtatur: qui dũ int⁹ malus ſit: bonũ ſe palã oñdit: Hypo em̃ falſuz criſis iudiciũ interꝑtat̃: vñ ſup illđ Math. v. ſicut faciunt hypocrite: dicit glo. Hypocrita eſt qui ſimulat qđ eſt repꝛſentator alterius ꝑſone: hoc eſt vult videri bonus ꝛ non eſt. Ad argumentũ igit̃ eſt dicendũ: ꝙ opus exterius naturaliter ſignificat intentionez: qñ igitur quis per bona opera que facit ad dei ſeruitium pertinentia nõ querit placere deo ſed hoibus: tunc ſimulat rectam intentionẽ quam non habet. Unde dicit Grego. xxxj. mo

ralium: ꝙ hypocrite per cauſas dei intentio
ni deſeruiunt ſe vult: q2 ꝑ ipa quoqꝫ ſe agere
ſancta oſtendunt non conuerſionē querunt
hoim ſed auras fauoꝝ: ⁊ ita ſimulant men-
daciter intentionem rectam ꝙ̄ nō hn̄t: ꝙ̄uis
non ſimulant aliqd opus rectum quod non
agant. Vn̄cū hypocriſis ſit mendaciū opis
vtpote ſimulatis qdam illius qd non eſt: iō
ſicut in mendacio ſic etiam in hypocriſi vel
ſimulatione duo ſunt: vnuꝫ qdem eſt ſicut ſi
gnum: ⁊ aliud ſignatū. Mala aūt intentio
in hypocriſi conſiderat̃ ſicut ſignatum quod
non reſpondet ſigno: exterioꝛa vero vel ꝟba
vel opa vel quecunqꝫ ſimilia conſiderantur
in omni ſimulatione ⁊ mendacio ſicut ſigna
Cum igitur intentio qd eſt ſignatum non re
ſpondet verbo vel operi vel cuicunqꝫ ſimili
tanꝙ̄ ſigno: tunc eſt ibidem ſimulatio. Ex
dictis ergo patet ꝙ omnis hypocriſis eſt ſi-
mulatio: ſed non omnis ſimulatio eſt hypo-
criſis. ¶ Secundo queri poteſt: vtrum
gerens habitum ſanctitatis vel religionis
non tamen habens meritum perfectio-
nis cenſendus ſit hypocrita: preſertim cum
illi qui tenent habitum ſanctitatis ⁊ non ex
equunt̃ meritum ꝑfectiōis: ſimulatores cen
ſendi ſint: q2 exterioꝛ habitus ſanctitatꝫ opa
ſignat perfectionis. Ad hoc dicendum ꝫm
Aſteñ. li. ij. ti. xxvij. ꝙ talis hypocrita cenſe
ri non debeat. Cuius rō eſt: q2 habitus ſan
ctitatis vel religionis vel clericatus ſignat
quidem ſtatum quo quis obligatur ad opa
perfectionis: ⁊ ideo cum quis habitum ſan
ctitatis aſſumit: intendens ad ſtatum perfe
ctionis ſe transferre: ſi per infirmitatem defi
ciat: non eſt ſimulatoꝛ vel hypocrita: q2 non
tenetur manifeſtare ſuum peccatum habitū
ſanctitatis deponendo. Dicit enim Grego.
xxxj. moral. Sunt nonnulli qui ſanctitatis
habitum tenent ⁊ perfectionis meritum exe
qui non valent: hos nequaꝙ̄ credendum eſt
in hypocritarum numerum currere: q2 aliud
eſt infirmitate peccare ⁊ aliud malicia. Si
tn̄ habitum ſanctitatis quis aſſumeret vt ſe
iuſtū oſtentaret: hypocrita ⁊ ſimulatoꝛ eſſet
ſi opera bona ex genere ad ſeruitium dei ꝑti
nentia faceret ad inanem gloꝛiam vel ꝓpter
queſtum cupiditatis. ¶ Tertio ꝟo q̄ri pōt
vtꝝ oīs ſimulatio ſit peccatuꝫ: preſertim cū
dicit Hiero. ⁊ ponit̃. xxij. q. ij. c. vtilem ſimu
lationem ⁊ in tempoꝛe aſſumendā Iheu re-
gis iſrael nos doceat exēplum: qui cum non

potuiſſet interficere ſacerdotes Baal niſi fin
xiſſet ſe idolum velle colere dicens: Congre
gate mihi omnes ſacerdotes Baal: Achab
rex ſeruiuit ei in paucis ego ſeruiā ei in mul-
tiſ: vt habetur. iiij. Reguꝫ. x. Et Dauid qn̄
mutauit faciem ſuā coꝛam Abimelech ⁊ di-
miſit eum ⁊ abijt: vt pꝫ. j. Reg. xxj. Sic ie
ſus finxit ſe longius ire: vt patet Luce vlti.
Ad hoc ꝫm Tho. dicenduꝫ vbi ſupꝛa: ꝙ ad
virtutem veritatis ꝑtinet vt aliquis talem
ſe exhibeat exterius ꝑ exterioꝛa ſigna qualis
eſt. Signa aūt exterioꝛa non ſolum ſunt ver
ba ſed etiam facta. Sic ergo veritati oppo-
nitur ꝙ aliquis per exterioꝛa verba aliud ſi
gnificet ꝙ̄ꝙ apud ſe habet: qd ad mendaciū
ꝑtinet: ſic etiam opponitur veritati ꝙ aliqs
ꝑ aliqua ſigna factoꝝ vel rerum aliquid de
ſe ſignificet contrarium eius quod in eo eſt:
quod ꝓpꝛie ſimulatio dicitur. Unde ſimula
tio propꝛie eſt quoddam mendacium in exte
rioꝝ factoꝝ ſignis conſiſtens: non refert aūt
vtrum quis mentiatur verbo vel quocunqꝫ
facto: cum enim eadem intentio fallendi ſit
vtrobiqꝫ: equaliter vterqꝫ peccat: verbū eñ
⁊ factum aſſumuntur vt inſtrumentum fal-
lendi: ⁊ ſic non refert ꝙ̄tum ad pctm̄ vtrum
quis verbo ſcripto nutu vel quocunqꝫ facto
mentiatur: ſicut nec refert ꝙ̄tum ad homi-
cidium vtrum quis gladio vel ſecuri interfi
ciat. Cū igit̃ oē mendaciū ſit pctm̄ vt dictū
eſt ſupꝛa: conſequens eſt ꝙ oīs ſimulatio ſit
pctm̄. Ueruntn̄ vt dicit Aug. in lib. de que
ſtionibus euangelij. Non omne quod fingi
mus mendacium eſt. ſed qn̄ id fingimus qd
nihil ſignat tunc eſt mendacium Cum ergo
fictio noſtra refertur ad aliquaꝫ ſignificatio
nem non eſt mendacium: ſed aliqua figura
veritatis. ¶ Ad maioꝛem aūt euidentiaꝫ
dicit Bonauen. in. iij. ⁊ Alexander angli. ꝙ
triplex eſt ſimulatio. Pꝛima eſt inſtructiōis
⁊ hec fuit in chꝛiſto cum finxit ſe lōgius ire:
quia compoſuit motum ſuuꝫ quaſi volentis
longius ire: ad aliquid figurate ſignifican-
dum. ſ. ꝙ ipſe ab eoꝛum fide longius erat: vt
dicit Grego. vel vt dicit Aug. quia inde lon
gius receſſurus erat aſcendendo in celum: et
per hoſpitalitatem quodammodo retineba-
tur in terra. Uel etiam in hoc erudiuit ſuos
ad exhibendum membꝛis eius officium ho-
ſpitalitatis: quo diſcipuli coegerunt eum
apud ſe manere: per quod etiam meruerunt
eum cognoſcere. Secunda vero ſimulatio

eſt cautele que fuit in Dauid: vnde ⁊ habet̃
j. Regū. xxj. ⁊ ibi mgr̄ in hiſtoꝛijs. Cū Da-
uid fugiſſet ad Achis regē Geth indicauerūt
hoc regi dicentes: ꝙ q̄ſi rex erat in iſrl̄ qui la
tebat apud eū: ⁊ de vicino hoſtem reciperet
ſi ſaluum eum ſeruaret: et timuit Dauid pꝛe
ſertim: q2 miſerat Saul ad Achis vt redde
ret ei ſeruū ſuū fugitiuū. Cūqꝫ traheret̃ ad
regē ſimulauit furoꝛem ⁊ imutauit os ſuum
aliena loquens ſicut inſanus: ⁊ collabebat̃
int̃ manus eoꝛū ſicut epylenticus: defluebāt
qꝫ ſaliue eius in barbā: ſicut in tali paſſione
fieri ſolet: ⁊ impingebat in oſtia poꝛte quaſi
per clauſam poꝛtam ingredi volens: ⁊ q̄ furi
oſi erant agebat, vt fidem regi vere paſſiōis
oſtenderet. Et ait rex. Nō ingrediat̃ hic arre
pticiꝰ: ⁊ dimiſit Dauid et abijt: hoc ibi. Nec
dicendū eſt Dauid in illa ſimulatione pec-
caſſe: quia vt ſubdit̃ in dicto. c. vtilem. Nec
mirum ꝙ̄uis iuſtos hoīes tamē aliq̄ ſimula
re ꝓ tempoꝛe ob ſuā ⁊ alioꝝ ſalutem: cum et
ipe dn̄s eſt noſter Ieſus chꝛs peccatū nō ha
bens nec carnē pcti: ſimulationē peccatricis
carnis aſſumpſit: vt cōdemnans ī carne pec
catū nos in ſe faceret iuſticiam dei: hoc ibi.
Glo. vt ſic falleret diabolū. Dicit enim au-
ctoꝛitas. Si diabolꝰ eum filium dei ſciuiſſet
nunqꝫ eum a iudeis crucifigi paſſus fuiſſet.
Multū igit̃ intereſt ex qua cauſa fiat ſimu-
latio. Dicit eñ glo. Brix. xxvij. diſt. c. qd int̃
rogaſti. ſup verbo: finxit: ꝙ quedam ſimula
tio fit ex honeſta cauſa: ⁊ quedā ex ihoneſta.
Ex hōeſta cauſa fit vt dicto. c. vtilem. ⁊. xxiij
q. ij. c. Dominus deus noſter iubet ad Ieſū
naue vt conſtituat ſibi retroꝛſum inſidias.
Glo. Sic ḡ ꝑ inſidias ⁊ ꝑ dolū poſſumꝰ lici
te vincere hoſtes nr̄os: ⁊ hoc in iuſto bello et
in iuſta ⁊ licita cauſa: vt. xliij. di. c. in manda
tis. circa fi. dū tn̄ hoſti fidē nō rumpamꝰ: vt
e. q. c. noli. Et idē dicas de aduocato ꝙ ſi iu
ſtam habet cauſā licite pōt aduerſariū ſuuꝫ
decipere. Sequit̃ in glo. ſuper verbo: finxit.
Silr̄ ſi qs ſimulat ſe religionē intrare ꝓpter
timoꝛē: talis ſimulatio nō nocet: dūmō ꝓte-
ſtatio p̄cedat: vt extra de his q̄ metus cauſa
fiunt. c. ꝑlatū. vbi plane de hoc. Simulatio
aūt ex inhoneſtate cauſa ſꝑ facit monachū ⁊
ſemꝑ eſt pctm̄: nec talis admitteret̃ ſi vellet
ꝓbare ꝯriū: vt extra de regula. c. vidua. C. de
lati. li. tollenda. l. vnica. § ſed qui ſumꝰ. Et
nota ꝙ ꝫm Fauentinū eſt fictio opis: ⁊ eſt fi
ctio intentiōis. Fictio intentiōis eſt cū quis

licite accedit ad baptiſmū: ⁊ licet ficte acce-
dat tamen verū baptiſmū accipit: vt. j. q. j. c
ſicut ficti. Similit̃ ſi qs ficte fit monachus
ad hoc vt poſſit fieri abbas: nihilominus eſt
monachus: licet ficta ⁊ nō ſyncera ſit eiꝰ in-
tentio: ⁊ idem caſus eſt ibidē in textu. Fictio
ꝟo opis dicit̃ vbi factū fingit̃ eſſe quod non
fiat: vt ff. de ritu nupt̃. ſimulare: vel cū ſimu
lat ſe vendere ⁊ donat. Tertia deniqꝫ ſimu-
latio eſt duplicitatis ⁊ hec eſt in hypocritis:
que enim tenet rōnem mendacij: non autem
ꝑma ⁊ ſecunda: ⁊ ideo eſt ſemper peccatum.
Ad cuiꝰ euidentiā queri poteſt: vtrum hy-
pocriſis ſit ſemper moꝛtale peccatum: pꝛeſer
tim cum dicit Hiero. Eſa. xvj. in glo. ꝙ in cō
paratione duoꝛum maloꝛū leuius eſt a parte
peccare ꝙ̄ ſanctitatem ſimulare. Et ſup illō
Iob. ij. Sicut domino placuit. dicit gloſ. ꝙ
ſimulata equitas non eſt equitas ſed dupli-
catum peccatum. Nimirū: cū dicit Gregoꝛi
us. xxxj. moral̃. ꝙ hypocrite ex malicia pec-
cant: ſed hoc eſt grauiſſimū: quia pertinet ad
peccatum in ſpiritū ſanctū. Ad h̄ dicendum
ꝫm Thomā. ⁊ Aſteñ. vbi ſupꝛa: ꝙ in hypo-
criſi pꝛincipalit̃ ſunt duo. ſ. defectus ſancti-
tatis ⁊ ſimulatio ipſius. Si igit̃ ille dicitur
hypocrita cuius intentio fertur ad vtrūqꝫ:
vt ſ. aliquis non curet ſanctitatem hr̄e: ſed
ſolū ſanctus apparere: ſicut accipi conſueuit
in ſacra ſcriptura ſic manifeſtū eſt ꝙ pecca-
tum moꝛtale: ⁊ tales hypocrite cōmunit̃ fue
runt ſcribe ⁊ phariſei. Si autem ille dicat̃
hypocrita qui intendit ſimulare ſanctitateꝫ
a qua deficit per moꝛtale peccatū: tūc ꝙ̄uis
ſit in moꝛtali peccato: nō tn̄ ipa ſimulatio ſꝑ
eſt ei peccatum moꝛtale: ſꝫ erit qn̄qꝫ veniale.
Et hoc diſcernendū eſt ex fine. Nā ſi finis re
pugnat charitati dei vel ꝓxi: tunc erit pctm̄
moꝛtale: ſicut etiam cōmunit̃ contingit ī ſcri
bis ⁊ phariſeis. Exempli gratia: cum quis
ſimulat ſanctitatem vel falſam ſeminet do-
ctrinam vel vt indignus eccleſiaſticam adi-
piſcat̃ dignitatē ſeu quecūqꝫ alia bona tem-
poꝛalia in quibus finem conſtituit: multo-
magis autem ſi pꝛopter vanā gloꝛiā in q̄ fi-
nē conſtituit. Si ꝟo finis intentus charita-
ti non repugnat erit peccatū veniale: puta cū
quis in ipſa fictione delectat̃: de quo dr̄ phs
in. iiij. Ethicoꝛum: ꝙ magis videtur vana ꝙ̄
mala. Cōtingit etiā quandoqꝫ ꝙ aliquis ſi
mulat perfectionē ſanctitatis que non eſt de
neceſſitate ſalutis: ⁊ talis ſimulatio nec eſt

ſemper peccatū mortale: nec ſemꝑ cum pec-
cato mortali. Contingit deniq̧ ꝙ aliq̇s ſi-
mulat ſanctitatē ſolū ad dei honorē et ꝓxio-
rum edificationē: ⁊ tūc nō peccat ſed poti⁹
meret̄: dūmodo fuerit in charitate vt cū ali-
quis religioſus maiorem religioſitatē oſten
dit corā ſecularibꝫ q̄ꝫ corā ſuis fratribꝫ vt ma
gis edificentur: q̄ꝛ tunc oñdit opa ſua coram
hominibus vt glorificent patrē. Et ſi queri
tur: cur chriſtus Jeſus in euangelio totiens
hypocriſim deteſtat̄. Reſpondet Aſteñ. ibi-
dē: ꝙ hoc fecit ꝓpt̄ tria. Primo: quia illi pha
riſei ⁊ ſcribe q̇bꝫ dñs loquebat̄ plurimi erant
hypocrite peſſimi: vt iā patebit. Scd̄o: quia
hypocrita cōtrari⁹ eſt opi diuino. Ut enim
dicit Aug. in enchiridion. Dñs ordinat ma
lum in bonū: hypocrita ꝟo conuertit bonum
in malū. Tertio: quia contrarius eſt toti tri
nitati. ſ. patri: vſurpat enim gloriā que pa-
tri attribuitur: ⁊ filio qui eſt veritas ⁊ vita.
Quid em̄ eſt hypocriſis niſi falſa vita vł do
ctrina: vel iuſticia apparens bona ⁊ exiſtēs
mala que triplex falſitas veritati cōtrariat̄:
et ſpū ſctō cui bonitas attribuit̄: hypocrita
nāq̧ ñ curat bon⁹ eē ſed bon⁹ apparere. Cō
cordat Alex. an. His igit̄ generalit̄ ꝑmiſ-
ſis nunc ad ꝑticularia ipius hypocriſis de-
ſcendentes: ex phariſeoꝝ ſcribarū ⁊ iuriſperi
torū hypocriſi exempla ſumamus. Nā chr̄s
Mat. xxiij. ꝑncipalit̄ ⁊ in diuerſis paſſibus
euangeliſtarū ex effectu multiplici culpam
hypocriſis eorum euident̄ oſtendit. Et quia
vt dictū eſt hypocriſis eſt falſa ſimulatio q̄
veritati opponitur: ⁊ veritas triplex diſtin-
guitur. ſ. doctrine que conſiſtit in quadā ma
nifeſtatiōe eorum de quibus eſt ſcientia: ⁊ ve
ritas iuſticie que conſiſtit in quadam recti-
tudine regulata ſm̄ regulam legis diuine. ſ.
quam aliquis ſeruat rectitudinem in iudi-
cijs ⁊ alijs que ſunt ad alterum: ⁊ veritas vi
te ſm̄ quam aliquid eſt verum. Dicitur autē
vera vita ſicut ⁊ quelibet alia res: ex hoc ꝙ at
tingit ſuam regulam ⁊ menſuram ſm̄ legem
diuinam: per cuius conformitatem habet re
ctitudinem: ⁊ ſm̄ hanc recte viuit in ſeipſo.
Ideo dominus oſtendit in euangelio quali
ter dicti phariſei ⁊ iuriſperiti per hypocriſim
veritatem hanc triplicem damnabiliter cor
rumpebant: ⁊ hoc propter inuidiam vanam
gloriam vel auariciā. Qd̄ preuidens in ſpū
Joannes baptiſta: ⁊ videns m̄ltos phariſeo
rum ⁊ ſaduceoꝝ venientes ad baptiſmū ſuū
vt habet̄ Mat. iij. non tñ credentes ſm̄ veri-
tatem ſed ſm̄ ſimulationē ⁊ inſidiationē vt
etiā dt̄ Joſephus in lib. antiquitatū. xix. di-
xit ad eos. Genimina viperarū q̄ꝛ venenū er
roris ⁊ hypocriſis a ſuis progenitoribus tra
xerunt: quis demōſtrabit vobis fugere a ven
tura ira: quaſi diceret: licet falſitas veſtra la
teat in conſpectu ppł̄i: tñ in iudicio dei late-
re nō poteſt. Hinc ait dñs Lu. xij. Attendi-
te a fermento phariſeorū qd̄ eſt hypocriſis:
ne. ſ. per eoꝝ hypocriſim auertamini a fidei
veritate: nihil ei opertū qd̄ nō reuelet̄: q̄ꝛ fal
ſitas eorū in diuino iudicio manifeſtabit̄.
¶ Primo igit̄ damnabiliter corrūpebant
veritatē doctrine: ⁊ hoc qñq̧ ex liuore inui-
die: vt pꝫ Mat. xxiij. vbi dr̄. Ue vobis ſcri
be ⁊ phariſei hypocrite qui clauditis regnū
celoꝝ ante hoīes: id eſt eternā beatitudinem
cuius oſtium chr̄s eſt: clauis oſtiū eſt doctri
na vel auctoritas docendi. Dicit̄ em̄ Luce.
xj. Ue vobis legiſperitis qui tuliſtis claueꝫ
ſcientie per quā. ſ. intellectus verus interius
latens aperiri debet: vnde ꝑ ſanā doctrinaꝫ
aperit̄ hoc oſtiū: ⁊ ꝑ falſam claudit̄ ſicut ipi
fecerūt ſcpta de chr̄o in lege ⁊ ꝓphetis corrum
pendo. Sequit̄. Uos enim non intratis: q̄ꝛ
a cognatōe quā a chr̄o habuerūt ꝑmo ꝑ odiū
⁊ rancorem: conuerſi ſūt i errorem: ⁊ hoc ido
q̇s poſtq̧ ꝑdicare: cepit ꝯ eos; ꝓprijs paſſio
nibꝫ excecati ſunt ⁊ obdurati in malo: ⁊ ideo
omnia bona que fecit chr̄s interpretati ſunt
in malū: ⁊ hoc vocat̄ ſcandalū phariſeoꝝ: vtꝫ
Matt. xv. Ubi cōfutata coꝝ ſubdola mali
cia dixerūt diſcipuli: magiſter ſcis: q̄ꝛ phari-
ſei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt: q̇ re-
ſpondit. Sinite illos ceci ſunt ⁊ duces ceco-
rū. Unde intantū erant excecati ꝙ chr̄o de-
monia eijciente dicerent eū i beelzebub eijce
re demonia: excecauit ei nos malicia eorum:
vt dicit̄ Sap. ij. Et tñ excecatores ſe nō cre-
debant. Nā eis q̄rentibus Joan. ix. Nunq̇d
⁊ nos ceci ſumus. Rñdit Jeſus. Si ceci eſſe
tis: id eſt ignorātes ſcripturas ⁊ ꝓphetias de
me: non haberetis pctm̄. ſ. intantū q̄ntū nūc
ſed q̄ꝛ dicitis: q̄ꝛ videmus: id eſt reputatis
vos intelligere ſcripturas: pctm̄ vr̄m manet
id eſt aggrauat̄. Nimirū: nec em̄ ipſi volebāt
in eū credere: nec alios ꝑmittebant ad credu
litatē venire: iā em̄ vt dicit̄ ibidē Joā. ix. cō
ſpirauerāt: vt ſi q̇s eū ꝯfiteret̄ chr̄m: extra ſy
nagogā fieret. Ecce q̄le fermentū facit male
dict⁹ liuor inuidie. Qñq̧ vero veritatē do-
ctrine corrumpebat ex appetitu vane glorie.
Unde Mat. xxiij. dicit̄. Ue vobis ſcribe et
phariſei hypocrite: q̇ circūitis mare ⁊ aridā
vt faceatis vnū ꝓſelitū: ⁊ cum factus fuerit
facitꝭ eū filiū gehenne duplo q̄ꝫ vos. Proſe
litus legis dicebat̄ q̇ de gentilitate ad iudai
ſmū cōuertebat̄: q̇ per vitā malā coꝝ in mo-
ribus corrumpebat̄ ⁊ in moribꝫ deprauat⁹
ad gentilē ritū reuertebat̄: ſicq̧ fiebat apo-
ſtata a lege quā obſeruare ꝓmiſerat: ac ꝑꝯñs
in fide pariter ⁊ in moribꝫ peccauerat. Et h̄
faciebāt ſm̄ Chry. ſuꝑ hūc locū ꝓpt̄ vanam
gloriā vel etiā ꝓpter auariciā. Dicit etiā Hi
larius ꝙ maris ⁊ terre ꝑagratiōe ſignificat i
totis orbis finibus eos eſſe chr̄i euangelio
obtrectaturos ⁊ legis iugo cōtra iuſtificati-
onē fidei aliquos ſubituros: q̄rū futuroꝝ ra
ritas in vno indicat̄ neq̧ em̄ poſt chr̄i ꝑdica
tionē doctrine coꝝ fides relicta eſt: ſed q̇ſq̇s
acquiſitus fuerit ad fidem iudeoꝝ filius fit
gehenne hec ille. Uñ huius vane glorie cau
ſa diligebāt ꝑmos accubitos i cenis: ꝑmas
cathedras in ſynagogis: ſalutatōes in foro:
⁊ vocari ab hoibꝫ rabbi. Et hec fuit etiā vna
cauſa cur i chr̄m credere nolebant: ſicꝫ ait Jo
an. v. Quō vos poteſtis credere q̇ gloriā ab
inuicē accipitis ⁊ gl̄iā que a ſolo deo eſt non
queritis: Alchinus ibidē dt̄ Jdeo non poſ-
ſunt credere q̄ꝛ ſuꝑbia mens coꝝ laudari de
ſiderat ⁊ ſe ſuꝑ alios offerre cum econtra vi-
debant chr̄m pauperē ⁊ vilem cui ſubijci re-
fugebant. Quandoq̧ deniq̧ veritatem do
ctrine ex affectu auaricie corrūpebant. Unð
ait Mat. xxiij. Ue vobis duces ceci qui di-
citis: quicunq̧ iurauerit per templum nihil
eſt: qui autē iurauerit in auro templi debitor
eſt ⁊c̄. Pro q̄ nota ꝙ ex cupiditate auri ⁊ do
norū emanauit talis error ab eis: ꝙ qui iura
bant per templū vel altare: nec peccabāt nec
erant in aliquo obligati: qui vero iurabant
per aurū templi vel donū altaris erant obli
gati ad abſoluendū ſacerdotibus certā quo
tam auri vel etiā tantū q̄ntū valebat illud
donū. Inſuper dt̄ ibidē Chry. ꝙ ſacerdotes
aurū quo ipi delectabant̄ ⁊ dona quibꝫ ipſi
paſcebant̄: ſanctiora dicebāt eē q̄ꝫ ipm tem-
plū: vt hoīes ꝓmptiores facerent ad offeren-
da dona q̄ꝫ ad preces fundendas in templo.
Sic ex auaricia docebāt filios parentibꝫ de-
bita offerre in templo: dr̄ em̄ Mat. xv. Qua
re tranſgredimini mandatū dei ꝓpt̄ traditio
nē veſtrā; De⁹ ei dix. Honora patrē ⁊ mr̄em
⁊ vos dicitis: quicūq̧ dixerit pr̄i vel matri
munus qd̄ eſt ex me. ſ. deo oblatū ⁊ conſecra
tū: ꝓderit etiā tibi magis. ſ. q̄ꝫ ſi expenderes
in neceſſitates tuas. Glo. ibidē vt ſit ſenſus
qd̄ ego offero deo ⁊ mihi ⁊ tibi ꝓderit: ⁊ idō
nō debes ſumere res meas in tuos vſus ſed
pati vt deo offeram. Scd̄o corrumpebāt ve
ritatē iuſticie ⁊ hoc vel ex liuore inuidie: ſicꝫ
Matt. xv. Non amore iuſticie ſed liuore in
uidie chr̄m in ſuis diſcipulis arguebant: tā-
q̄ꝫ contemptorē doctrine ſeniorum: vt ſic eū
redderent odioſū ppł̄o. Quare inquiunt di-
ſcipuli tui tranſgrediunt̄ traditōes ſeniorū:
non enim lauant manus cū panē mādicāt.
Multas em̄ hmōi traditiōes obſeruandas
ſtatuerūt: vt zelatores iuſticie viderent̄: ⁊ ꝓ-
pter hec chr̄m in ſuis redarguebant: nō moti
zelo iuſticie ſed liuore inuidie. Sicꝫ ⁊ Mat.
xij. diſcipulis ſpicas vellentibꝫ impropera-
rabant chr̄o dicentes. Ecce diſcipuli tui fa-
ciunt qd̄ non licet eis facere ſabbato. Et idō
concludit cōtra eos dñs Mat. xv. dicēs: hy
pocrite bene ꝓphetauit vobis Eſaias. xxix.
licet ſub alijs verbis. Popul⁹ hic labijs me
honorat: quia verbis iuſticiā zelare videban
tur: cor autē eorum longe eſt a me: quia liuo
rem inuidie per hoc fouere q̄rebant: ſicut pa
tet expreſſe Joā. viij. cū obtulerūt muliereꝫ
in adulterio deprehenſam quaſi requirentes
iuſticiam: cum tamen ibidem ſubditur: hoc
dicebant tentantes eum vt poſſent accuſare
eum. Uel etiā corrumpebāt veritatē iuſtitie
ex appetitu vane glorie: multas nanq̧ tradi
tiones ⁊ obſeruationes inducebant non faci
endo ſed docendo vt ſic hominibus iuſti ⁊ ho
norabiles apparerent. Uñ dicit Lu. xj. Ue
vobis legiſperitis qui oneratis homines one
ribus que portari non poſſunt: ⁊ ipi vno di-
gito veſtro non tangitis ſarcinas. Et nihilo-
min⁹ tumebant ꝓpꝛia cōplacentia ⁊ vana glo
ria tanq̧ iuſti: ⁊ ſic aſpernabant̄ ceteros ad
quos chr̄s dixit parabolam de phariſeo et
publicano: q̄ ponit̄ Luce. xviij. In talibus
em̄ nihil eſt niſi quedam falſa ſpecies ſancti-
tatis vel honeſtatis: quibꝫ iteꝝ ait dominus
Mat. xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypo
pocrite q̇ ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis
q̄ apparent a foris hominibꝫ ſpecioſa: intus
vero plena ſūt oſſibꝫ mortuorū ⁊ oī ſpurcicia
ſic et vos a foris q̇dē paretis hoibꝫ iuſti: int⁹
aūt pleni eſtis hypocriſi ⁊ iniq̄tate. Uel de-
niq̧ corrumpebant eā ex affectu auaricie: dr̄

enim Mat.xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei
hypocrite q decimatis mentã ⁊ anbelitũ et
ciminũ ⁊ relinquitis que grauiora ſũt legis:
iudiciũ miſericordiã ⁊ fidẽ. Hiere. ibidez ex
hoc capitulo arguit eos auaricie ꝙ ſtudioſe
etiã viliũ olerũ decimas exigant ⁊ iudicium
in diſceptatiõe negociorũ miſericordiãq; in
paupes ⁊ fidẽ in deũ q̄ magna ſũt pretermit
tant. Chry. ibidẽ Sacerdotes auaricia ple
ni ſi qs decimã alicuius rei vel minime non
obtuliſſet: corripiebant eum quaſi magnuz
crimen feciſſet. ſi qs autẽ alterũ ledebat aut
in deũ peccabat: nõ curabant euz corripere:
de lucro ſuo ſolliciti de gloria dei ⁊ de ſalute
hoim negligentes. Tertio corrumpebant ve
ritatẽ vite ⁊ hoc etiã tripliciter. Primo ex li
uore inuidie: ⁊ de hoc habet Lu.xx. vbi pn-
cipes ſacerdotũ ⁊ ſcribe querebant Jeſum
capere propt parabolam cõtra eos dictã ſz
timuerũt pplm propt quod conſiliũ inierũt
vt cũ caperẽt in ſermone: miſeruntq; inſidia
tores qui ſe iuſtos ſimularent ſ. quoſdã di-
ſcipulos cũ herodianis vt ſic ficta iuſticia ie
ſum redderent incautũ: vt ſic diſcipuli cape
rent cũ in ſermõe: ⁊ milites herodis eũ rape-
rent ad puniendũ ⁊ dicunt ei. Magiſter ſci-
mus quia verax es. ſ. in vita: ⁊ viam dei in ve
ritate doces ſ. in ſana doctrina: ⁊ non eſt ti-
bi cura de aliquo: in quo apparet tua iuſti-
cia: ⁊ ſic eum cõmendauerũt licet fallaciter
de veritate doctrine iuſticie ⁊ vite: vt liberio
rem redderent ad reſpondendũ: ⁊ deinde p-
ponunt ei queſtionẽ brigoſam dicentes. Li
cet cenſum dare ceſari an non? Vt ſi diceret
non eſſe licitũ: iudicaret cõtrari᷒ ceſari: ſi di-
ceret eſſe licitũ videret contrari᷒ libertati po
puli ⁊ diuino honori. Cognita igit Jeſus eo
rum nequitia dixit: quid me tentatis hypo-
crite: quaſi diceret: non queritis veritatem
addiſcere ſz me vbis capere. Scdo vo ex mo
tiuo vane glorie. Dicit em Jeſus Matthei
xxiij. Omnia opera ſua faciunt vt videant
ab hominibus. i. propter vanã vel humanã
gloriã: dilatant em phylateria ſua. ſ. p aliis
vt videant magis religioſi: ⁊ magnificabãt
fimbrias ſuas. Et Mat.vj. dr. Cum facis
elemoſynam noli tuba canere ſicut hypocri-
te faciũt: non ad pauperum vocationem ſz
ad propriam oſtentationem. Eadem etiam
cauſa culpantur Matt.xxiij. ꝙ edificant ſe
pulchra ꝓphetarum quia ſm Chryſo. ibidẽ
dicebant apud ſe. Si benefecerimus paupe-
ribus non multi vident ⁊ pro tempore vidẽt:
nonne ergo meli᷒ edificia facimus que oẽs
aſpiciunt non ſolũ in hoc tpe ſed etiã in poſte
rũ. O inſipiens homo quid tibi prodeſt poſt
mortẽ iſta memoria: ſi vbi es torqueris ⁊ vbi
non es laudaris? hec ille. Et iterum ibi.
Cum oratis non eritis ſicut hypocrite qui a-
mant in ſynagogis ⁊ angulis platearũ ſtan
tes orare. Chryſoſtom᷒ vt videant abſconſe
orare ⁊ ſic dupliciter laudent: ⁊ quia orant ⁊
quia abſconſe orant: ⁊ hoc vt videant ab ho
minibus. Et iterũ ibidẽ. Cum ieiunatis no
lite fieri ſicut hypocrite triſtes: exterminant
enim facies ſuas vt appareant hominibus
ieiunantes. Chryſoſtomus ibidẽ. Si quis
ieiunat ⁊ triſtem ſe facit hypocrita eſt: tanto
magis iniquior eſt qui nõ ieiunat ſz argumẽ
tis quibuſdã in facie ſua pingit venalẽ pal-
lorẽ quaſi ieiunij ſignũ. Pro his igit ⁊ ſilibꝫ
ait dñs Mat.xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ phari
ſei hypocrite q mundatis qđ deforis eſt cali
cis ⁊ parapſidis: intus aũt pleni eſtis rapi-
na ⁊ immundicia: phariſee ecce munda pri᷒
quod intus eſt calicis ⁊ parapſidis: vt fiat
id qđ eſt deforis mundũ. Origenes ibidem
Hic ſermo nos inſtruit vt feſtinemus eſſe iu
ſti non apparere. Qui enim ſtudet vt appa-
reat iuſtus: que a foris ſunt mundat ⁊ que vi
dent curat: cor aũt ⁊ conſcientiã negligit: q
aũt ſtudet ea que intus ſunt i. cogitationes
mundare: conſeqns eſt vt etiã que foris ſunt
faciat munda. Tertio deniq; ex affectu aua
ricie. Vñ Mat.xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ pha
riſei hypocrite q cõmeditis domos viduarũ
in orõne longa orantes: propt hoc ampli᷒ ac
cipietis iudiciũ. Quod a nobis auertat Je-
ſus chrs in ſecl'a bñdict᷒. Amen.

## Sequuntur ſermones de pre-
## cepto nono ⁊ decimo

### De concupiſcentijs in genera
### li ac proceſſu tentatõis: ⁊ cur oĩs
### tentatio diabolo aſcribit: ac vtrũ
### prothoparẽtes tentari debuerãt
### Sermo primus



n

**On concupiſces.**
domum proximi tui: nec deſi
derabis vxorem eius: nõ ſer-
uum: non ancillam: non bo-
uem: non aſinum: nec omnia que illius ſunt.
Exod.xx. Jn his verbis dominus conſtrin-
git pariter explicite duo vltima precepta: im
plicite vero prohibet dominus in eis vniuer
ſaliter omnem concupiſcentiam inordinatã
⁊ prauam cupiditatem. Et ſic in his duobꝫ
preceptis prohibentur peccata cordis: ſicut
in precedentibus prohibentur peccata ope
ris. A Et ſi queritur cur deus hec duo pre
cepta addidit que prohibent affectum: cum
⁊ in predictis preceptis implicite data ſunt:
vtpoteque prohibent manum ⁊ affectum.
Ad hoc dicendum ſcdm Alexandrum an.
in.iij. ſuo: ꝙ aliquando contingit peccatum
eſſe in voluntate non ſequente opere: ne er-
go quis crederet eſſe peccatum tm: cum op᷒
coniungitur voluntati: ideo ſeperatim pro-
hibuit malam voluntatem. Nihilominus
tamen cum opus voluntatem ſequitur: tũc
voluntas et opus exterius ſi conſiderentur
in radice ſcilicet libidine ⁊ intentione ſunt
idem peccatum: ſi vero conſideretur volun-
tas in ſe ⁊ opus in ſe: tunc alie ſunt circum-
ſtantie boni debite actui exteriori q̄ volun-
tati: quia diuerſificatur modus: locus: tem
pus ⁊ quedam alie circumſtantie: licet cir-
cumſtantia finis ſit eadem. Vt ergo rudibꝫ
daretur intelligi ꝙ ſola praua voluntas ſi-
ne opere comitante vel conſequente pecca-
tum eſſet: ideo de voluntate ſpecialia dedit
mandata. Dicit etiam Richardus in.iij. di.
xxx. ꝙ concupiſcentia vxoris dupliciter con
ſiderari poteſt. Aut inquantum ex ipſa cau
ſatur exterior actus mechandi. ⁊ ſic eadem
prohibitione prohibẽtur cum exteriori actu
aut inquantum ex ipſa non ſequitur actus
exterior: ſicut quando concupiſcens impedi
tur ne perpetrare poſſit factum exterius: et
ne putari poſſet talis concupiſcentia culpa
non eſſe: ideo prohibetur in iſto precepto:
quando non ſequitur actus exterior propter
aliquod impediens: ſicut in tertio precepto
ſecunde tabule prohibetur ſimul actus me-
chandi ⁊ inordinata concupiſcentia interi-
or a qua progreditur actus ille: ⁊ accipitur
hic concupiſcentia non pro paſſione appeti-
tus ſenſitiui: ſed pro deliberatiua volũtate
mechandi. Et eodem modo dici poteſt de p
hibitione furti ⁊ de concupiſcentia poſſeſſio
nis proximi: ac p conſequens de tranſgreſſio
ne actuali aliorum preceptorum ⁊ de concu
piſcentia eorum. Jn his etiam duobus ſcili
cet in mechia ⁊ cupiditate magis prohibet ſe
orſum voluntatem ⁊ opus q̄ in aliis: quia
delectatio mechie ⁊ vtilitas diuitiarum ſũt
propter ſe magis delectabilia: inquãtum ha
bent rationem delectabilis vel vtilis: ⁊ ideo
debuit in eis opus ⁊ concupiſcẽtia prohibe
ri. Vnde ⁊ propter improbitatem libidinis
tales concupiſcentie citius progrediuntur
in exterius opus: nimirum cum ad hanc du
plicem cõcupiſcentiam natura corrupta ma
xime inclinet. Nam ad concupiſcentiam ocu
loꝝ inclinat ꝓpter ſui conſeruationem in eſſe
indiuidui: ⁊ ad concupiſcẽtiam carnis incli
nat ꝓpter ſui conſeruationem in eſſe ſpeciei.
Jnſuper hec duplex concupiſcentia prohibe
tur ꝓpter tria damna que facit in hoie. Pri-
mum eſt ꝙ aiam deteſtabiliter inficit ⁊ ma
culat: q2 concupiſcẽtia carnis eſt ſicut aqua
fluens: cõcupiſcentia oculoꝝ ſicut terra pro-
pter ariditatem terrene affectionis: ⁊ ideo ſi
cut ex terra ⁊ aqua fit lutum naturale: ſi ex
hac duplici cõcupiſcentia fit lutum ſpiritua
le quo ſordidatur anima: ac per conſequens
deſpicabilis ⁊ fetida reddit in conſpectu dei
ad modum viliſſimi luti. Secũdum eſt ꝙ ad
moduz ignis extinguibilis aiam inflammat
de quo Job.xxxj. Jgnis eſt vſq; ad conſum
mationem deuorans: ac p conſequens aiam
incinerat: aie bona ſpiritualia ad nihiluz re
digens. ⁊ tunc ſupuenit ſoror eius tertia ſci
licet ſuperbia vite: que ad modum venti ſuf
flat ⁊ in cinerem redactam ad modũ puluer
vſq; quaq; diſpergit. Sicut i pſ.j. dr. de im
pio. Et ipe tanq̄ puluis quem proijcit ven
tus a facie terre. Tertiũ eſt ꝙ vtraq; cõcupi
ſcẽtia tanq̄ inſatiabilis aiam ſemp cruciat:
vnde dr prouerbioꝝ.iij. He ſũt due filie ſan
guiſuge clamantes affer affer. Nam oculoꝝ
concupiſcentia dicit affer diuitias: carnis
vero concupiſcentia dicit affer delitias: ⁊ ap
petitus vtriuſq; inſatiabilis eſt. ¶ Preter
ea ſi queritur vtrum hec duo precepta de nõ
concupiſcendo malum ſint precepta legis
naturalis. Ad hoc reſpondet Aſtẽ. libro.j.
ti.xliij. ꝙ ſic: quia ſicut in corde noſtro ſcri-
ptum eſt ꝙ non eſt faciendum malum ſic
etiam in ea ſcriptum eſt ꝙ malum nõ eſt ꝯcu

piſcendum. Nec obſtat illud qͦ ponit̃ Ro.
vij. Concupiſcentiã neſciebã niſi lex diceret
Nõ ꝯcupiſces: qꝛ ap̃ľus loquit̃ i ꝑſona eoꝝ
in quibꝫ lex naturalis erat intantũ obſcura
ta ꝙ neſciebant vtꝝ ꝯcupiſcentia erat pctm̃.
Et q̃ꝫtũ ad hos dͭ gloſa: neſciebã pctm̃ eſſe
In aliquibꝫ aũt nõ erat ita obtenebrata q̃n
bñ ſcirẽt eſſe pctm̃ ſed nõ tã graue: ⁊ q̃ꝫtũ ad
hos dͭ gloſa vel tã graue. Et ſic non eſt ſim
pliciter verũ illud q̃d legit̃. Lex cohibet ma
nũ nõ animũ: licet ſcd̃m q̇d verũ eſt: q̄ ꝓpter
euangeliũ a lege ſuꝑabundat: Nã lex actuꝫ
cordis ꝓhibet i iſtis p̄ceptis: ne iudei rudes
⁊ carnales putarent ip̃m eſſe ꝯceſſum. Sed
in duobꝫ ſuꝑabundat euangeliũ. Primo in
generalitate ꝓhibendi: quia Matth. v. ꝓhi
betur actus cordis inordinatꝰ ſcd̃m vim ira
ſcibilem ⁊ ꝯcupiſcibilẽ: in lege ꝟo tm̃ ſcd̃m
vim ꝯcupiſcibilem. Secundo ſuꝑabundat
in expreſſione: qꝛ in lege nõ ꝓhibet̃ niſi affe
ctionis inordinatio: cũ dͬ nõ cõcupiſces in
euangelio ꝟo ꝓhibet̃ et intentio cogitatiõis
Matth. v. vbi dͬ. Si videris mulierẽ ad cõ
cupiſcendũ eã ⁊c̃. i. ſi oculũ habeas intentio
